


11972-77

81-2
2.a. 8

11-

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala:	A
Estante:	43
Número:	337



3 09


0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

coll collegio & facamp^a de jeronimis de granada
R. 22462

CATENA EXPLA.
NATIONVM VETERVM
SANCTORVM PA-
TRVM,

*In Acta Apostolorum,
Et Epistolas catholicas,*

JOANNE BERNARDO FELICIA-
NO INTERPRETE.



B A S I L E A E,
1552.

Il capitulo del m^o del sacerdotio

Nomina autorum unde contexta
haec Catena est.

Cyrillus	zianzenus
Theodoretus	Irenæus
Photius	Gennadius
Basilius	Ioan. Chrysosto-
Seuerianus	mus
Gregorius Nissæ nus	Eusebius
Athanasius	Dionysius
Methodius	Isidorus
Clemens	Acacius
Epiphanius	Oecumenius
Gregorius Na-	Andreas Cæsareę archiepiscopus

AD ILLVSTRISSI
M V M, A C R E V E R E N D I S S I-
mum Alexandrum Farnesium s. r. e. Cardi-
nalem amplissimum, Io. Bernardi Feliciani in
Catenam græcarum in nouam scriptu-
ram explanationum, præfatio.

Vbi quām necessaria ueterūm ecclesiæ Docio-
rum lectio Christiano homini
fit, exponitur.



V M s̄epe, Reuerendissime
Antistes, mecum cogitarem,
quid esset in causa, cur cum
una tantū sit ueritas, non
nulli tamen sint, qui pro do-
ctrinaru[m] diuersitate non di-
uersa tantum, sed cōtraria
quoq; uera esse opinentur: illud potissimum mihi
succurrebat, quod neglecta norma, quæ unicuique
rei ex mutuo quodam uniuersi consensu adiacet,
singula ex se se iudicanda separationem censerent.
Nam cum tres gradus sint, in quibus una & ea-
dem ueritas, pro ratione tamen temporum, pri-
mum obscurius paulò, deinde clarius, postremò
apertissime emicuerit, sub natura, sub lege, sub
gratia: nemini dubiū esse deberet, quin sicut lex
& gratia naturæ, sic legis gratia esset examen:
ut nihil una ab altera in ueritate præmonstran-
da, nisi quantum ad perfectionem & imperfectionē

spectat, discrepare censeretur. Duplex enim doctrinæ genus cùm sit, humanū unum, alterum diuinum: humanum esse in præsentia id intelligo, quod cùm ex rerum natura dependeat, ut inquit Augustinus, non institutum & excogitatum, sed animaduersum ab hominibus est: cuiusmo di omnia sunt qua sine superstitione ad rerum & rationum investigationem spectant, & non tam ad bene traducendam uitam faciunt, quam ad memoriā temporū & rerum gestarum reuocandam: ac quibus demū philosophiæ omnis ratio, ac disciplina constat. Diuinum, alterum nouum est, alterum uetus. Vetus, quod in tabulis lapideis, literis mandatum testamentū Dei fuit. Nouum, quod in tabulis cordium spiritu fuit inscriptum: quod per totum terrarū orbem Apostolorū prædicatione disseminatū, in ecclesia uniuersali ita pullulauit & creuit, ut aßidua eiusdem spiritus præsentia conseruetur. Nam quod literis postea traditum est, id pro occasione ad falsos Apostolos conuincendos, & fundamenta potius & seminari Euangelij memorie cōmittenda, quam ad doctrinam explicandam effectum est. Atq; humana quidem doctrina ac philosophia, ueritatem, que ubiq; (ut inquit Augustinus) inuenta fuerit, Domini est, in rebus ipsis latentem indagat, naturale lumen secuta: quod quia exiguum admodū est, & subobscurum, atq; idcirco interdum facit ut mens

mens imbecilla hallucinetur ac decipiatur, alio lumine, legis uidelicet ac gratiæ, hoc est, ueteris & noui testamenti illustretur, necesse est, si absq; ulla dubitatione uerum sit præmonstraturū: ita ut, si quis regula huiuscmodi uti in philosophia atq; humana disciplina uoluerit, ut an consentiat cum lege & gratia, animaduertat, facilissima omnia futura ei sint: si iudicio suo niti maluerit, tubationē & difficultatē uel levissima queq; interdum sint allatura. Sic fit, ut ex philosophis qui consenserint cum Mose, & ueritate Euangelica, eos uerius fuisse contemplatos iudicemus: eos uero qui contraria his fuerint opinati, falsa sensisse ac scripsisse non dubitemus: quippe ueritas una cùm sit, contraria esse ueritati nullo modo posset. Vnde quamobrem admittenda eorū doctrina sit, nō uideo: uel qui licet uerū esse atq; indubitatū fateantur, utpote quod fidei lumine illustratum iam sit Christianū dogma de mundi creatione, et animæ immortalitate, atq; huiusmodi ceteris, asserere tamen nō uerentur, nō esse falsas rationes, quibus ex hallucinatione philosophi nōnulli contrarium astruere nituntur: quasi fieri ullo pacto queat, ut aut uera duo contraria sint, aut uera principia ea sint, ex quibus falsum colligitur: uel qui propterea quod perfectius est bonum & clarius, quod ex fide conspicitur, quam quod ex philosophia, quicquid naturali lumine perspicitur.

aut falsum esse, aut malum cōtendunt: quasi si falso
sum aut malum aliquid colligatur, id ex luminis
peruersitate, quod ab uno & eodem autore Deo
emanat, nō ex hallucinatione nostra existat, cū
tamen sicubi tale quippiam uidetur afferere Au-
gustinus, de hallucinatione se intelligere ex eo si-
ne dubio declareret, quod semper huiuscmodi uir-
tutes cum arrogantiae & superbiae aut auaricie
uitio coniungens ad uulgi sensum, in actu tan-
tum exteriori considerat: in quo quum alij om-
nes philosophi, tum præcipue Aristoteles mo-
rales uirtutes non esse constitutas identidem mo-
net, ubi iusta, temperata, fortia, liberalia &
familia agere prauos etiam posse, iuste uero, tem-
perate, fortiter, liberaliter, non nisi probos &
bene moratos homines posse ostendit. Nam Pau-
lus quoquā sapientiam mundi nihil aliud quam
aut hallucinationem, aut inchoationem natu-
ralem uidetur appellare, in qua quum quis per-
sistit & intumescit, ac sapiens, ut idem inquit,
sibi uidetur, stultus proculdubio est. Quin ali-
bi quoq; de cognitione diuina loquens, si quis, in
quit, existimat se cognoscere, nōdum nouit, que-
admodum oporteat cognoscere. Vbi cognitio-
nem etiam ipsam diuinam, non tantum huma-
nam, inflare affirmat, si sine charitate sit. Sicut
igitur humanum hoc lumen à diuino dirigitur
& indicatur, ita diuinum quoquā uetus à nouo

illustrari

illustrari censendum est: ut si quis in ueteri nul-
la habita ad nouum ratione uelit persistere, nihil
minus in errore permanens sit. Nam cū in
figura & umbra omnia illis contingent, nisi
& figura ad ueritatem quam effingit, & um-
bra ad corpus ex quo redditur, fuerit relata, ua-
na futura omnis cognitio est. Veritas autem ipsa
& corpus, nouum testamentum est, quod à uete-
re per umbras & figuras significatur. Modus au-
tem accommodandarum figurarum ueritati satis
multis locis in noua scriptura indicatus est, ubi
ex ueteri testimonia quamplurima citata repe-
riuntur. Cum enim in diuina scriptura, utpote
spiritu Dei tradita, non tantum uoces sicut in hu-
manis, sed res quoquā ipsa significant, sit ut du-
plex eius sensus euadat. Nam si eandem scripturā
extrinsecus ex uocū significato tantum cōsidere-
mus, historicus seu literalis sensus existit: in quo
perseuerare ac persistere nihilo secius imperfictū
est, ac si in naturali inchoatione permanissimus.
Si intrinsecus ex rerum ipsarū indicatione per-
scrutemur, ad Christi aduentū, qui finis legis est,
deueniemus, ac spiritualē sensum iam habebimus:
qui quō perfectior literali est, eō nobilior etiam
censendus ac dignior est, quē attēdere debeamus:
quippe cū, sicut inquit Apostolus, omnia in Chri- Ephes.1.
sto in unā quasi summā redacta iam sint, uerbūq; Rom.9.
in eo fuerit abbreviatū. Spiritualis uero is sensus,

Rom. 9. cùm Christii aduentus triplex sit, in mundum ad fidem instituendam, in animā uniuscuiusq; ad cōponendos mores, in gloriam ad unionem nostri cūm patre faciendam, triplex etiam ipse euadit. Vnus siquidem & idem sensus si ad ecclesiā quæ in mundo adhuc militat, referatur, allegoricus propriè est: si ad ecclesiam particularem quæ in unoquoq; nostrū est, tropologicus fit, & moralis: si ad ecclesiam in cœlo triumphantem, angelicus & mysticus efficitur. Qui omnes quidē sensus ex scriptura ipsa noua cūm alibi colligi facile possunt, tum ubi modò ecclesia, modò unusquisq; nostrū, modò coelestis patria, regnum cœlorū appellatur. Atq; ita quidem fit, ut uetus scriptura his tribus modis à noua explicetur. Noua uero ipfa cūm & prius & explicatius in tabulis cordium, sicut diximus, quām in membranis scripta fuerit, nihil aliud habet quō referatur, & à quo comprobationē sui & iudicium petere posse, quām catholicae ecclesiæ institutionē & autoritatem: in qua cūm à spiritu Dei & custodiatur, & regatur, timendum non est, ne ullus error subesse, aut ulla falsitas queat. Cui rei illud indicio est, quod licet in scriptura euangelica fundari quandoq; falsitas possit, id quod ex innumerabilibus heresibus iam patuit: in ecclesia catholica inniti falsi & subdoli nihil unquam potest: ut non immerito non habere maculā aut rugam p̄dicetur:

dicitur: sine spiritu enim, qui uiuificat, litera omnis etiam euāgelica occidit: sine spiritu autē est, cūm catholicæ ecclesiæ sensu non intelligitur: id quod Paulus etiam uidetur significare, cūm seu rīsima illa detestatione utitur, ubi inquit: Si quis uobis euangelizauerit, siue nos, siue angelus e cœlo, præter id quod accepistis, anathema sit: quo in loco de prædicacione & traditionibus, quas acceperant, non de scriptura, quæ nondum extabant, loqui eum nemini dubiū est. quæ quidem tradiciones ab Apostolis seminatae, tot martyrum sanguine irrigatae, à doctoribus cultæ, à posteris per continuam successionem obseruatæ, altissimis radicibus firmatae iam sunt. Si quis autem est qui a deo sibi fidat, ut quia in cordibus scriptū est hoc testamentum, illustratum denuò priuatum se esse existimet, ipse uiderit. Cauendū tamen idem Paulus monet, cūm ipse etiam satans in angelum lucis se transformet, ne decipiatur. Non decipi autem nos inde perspicuū erit, si illuminatio nostra ab ecclesia uniuersalis illuminatione nulla ex parte disenserit: id siquidem ipse Paulus etiā docet, quippe qui præcipuum argumentū & apud Corinthios, & apud Galatas, quod peculiari illuminatione à Deo fuerit instructus, illud faciat, quod cūm ab alijs Apostolis non didicerit, cōsentanea illis p̄dicarit, nullaq; in re diuersa ab illis docuerit. Nam si nouū quoddam lumen nobis pro

arbitrio nostro configere maluerimus, omnia nobis obtenebrabuntur ac confundentur: ita ut doctrinas quoque omnes humanas, quæ naturali lumine etiam sine hallucinatione et errore percipiuntur, adeò esse peruersas et falsas simus opinari, ut nō modo quicquā nō prosint, uerum etiam à Deo homines penitus alienent atq; excluant: quod quanto in errore uersetur, perspicuum esse inde potest, quod cum tria lumina hæc sint, quæ cōmemorauit, naturæ, legis, et gratiæ, et ita connexa inter se sint, ut quod prius extitit, posterioris certitudine illustretur: illud quod posteriorius est et certius, quod prius est non tollit, sed confirmat ac perficit, nouumq; aliud insuper adiungit, ad quod pertingere prius illud non poterat. Quemadmodum enim si quis lumen naturale dubie luci crepusculi, lumen ueteris testamenti luci quidem diei, sed nube tamen obscurate, lumen noui testamenti clarae solis luci meridianæ si mile esse diceret, is nequaquam affereret, lucē diei eò quod clarior sit et certior, propterea efficerre, ut ea uel falsa uel nulla sint quæ in crepusculo conspecta fuerint, nisi hallucinando quispia errauerit: inò quò clarior dies illucescit, preterquā quod et hallucinatione omnē tollit, et tenuiora ac perfectiora formarū lineamenta, quæ coniici fortasse aliqua ex parte subobscura ea luce, sed percipi nullo modo poterant, manifestiora efficiuntur,

ciuntur, eò certiora quoq; illa ipsa fieri existimat, et quò certiora, eò nobiliora et utiliora, quippe quæ magis homines in diuinæ huius fabri et admiratione inducāt. Cūm enim naturalis cognitionis res in generatione constitutas tantū consideret, in secundis causis cōtemplandis uersatur: primam uero omnium causam, qui est Deus, non aliter explorat, nisi quatenus ad secundas respicit, et ab ea secundæ omnes necessariò dependent: ut lumen naturæ non nisi crassiorem quasi quādam corporis molem, et formâ rudiore inuentibus possit aperire: cognitionis autem diuina superueniens, quasi lux diei, minutiora etiā et exquisitoria, quæ perfectionem totam afferunt et absoluunt, explorata nobis facit: Deumq; ipsum in se considerans, admiranda etiam quæ sine secundarum causarū ope ulla et effectis et effectis, ita manifestat, ut non modò secundarum causarum cognitionem non tollat, sed etiam illustret. Alioqui enim si ob clariorem cognitionem, quæ ex fidei lumine existit, repudiari scientia naturalis deberet, uetus etiam scriptura esset damnanda et fugienda, quia à noua explanata iam fuit, neque amplius ei studium ullum esset adhibendum: cui quidem quantum noui testamenti luce prævia insident sancti omnes patres, et merito insudandum sit, nemo est qui nesciat: quippe quum plena omnia in ea mysterijs sint, ut quod

I N T E R P R E T I S

Matth. 15. profundiore indagatione sensa eruuntur, eò certior ex iucundior in umbra ueritas emicet. Vnde à summa ueritate commendatur doctor qui similis patrifamilias est, qui de thesauro suo noua ex uetera exponit ac profert. Sicut igitur illa, falsis Rabbinorum quorundam fabulosis commentis refecta, amplectenda est, ita naturalis omnis doctrina, falsis quorundam hallucinationibus eruditatis, sic est peruestiganda, ut quòd profundius quis penetrarit, eò magis in natura rerum diuinitatem admiretur. Imò cùm naturam nihil aliud esse quam diuinæ artis in rebus insitam rationem constet, tantum abest ut damnandum eum esse censem qui hanc diligenter perscrutatur, ut qui id non facit, quatenus non postpositis charitatis officijs potest, parum gratus erga sapientissimum rerum omnium artificem mihi esse uidetur. Nam neque, cùm fide prævia ac duce id fiat, timendum est ne euaneat consideratio: neque quum merito fidei certa omnia hoc lumine conspiciantur, uerendum est ne rerum certitudine, que merito fidei existit, meritum fides amittat. Scire enim per fidem non dicinur, quia sine causa sciamus: sed quia sine causa sciremus, nisi credidissemus. Nisi enim Deus uerum nobis præmonstrasset, in tenebris adhuc cespitaremus. Vnde etiam si post fidem de rebus fidei rationes habeamus, propterea tamen non fit ut fi-

des

des periclitetur: imò tanto magis fidei confirmatur, quātò per eam certior ac clarior rerū omnium cognitio nobis existit. Adde quòd antē etiā quām quis fidei lumine fuerit illustratus, dubia ea crepusculi lux quantū prodeſſe homini posſit, modò oculis mentis non conniveat, ex sincero ac pio corde ingrediatur, testis Cornelius centurio est: qui cùm esset gētilis, naturali hoc lumine in eam pietatem est inductus, ut dignus habitus fuerit cuius preces à Deo exaudirentur, quīq; ad fidei lumen præmonstrante angelo perueniret: ad eum enim qui ubiq; præſens est, ut inquit Augustinus, non locis mouenur, sed bono studio, bonisq; moribus accedimus. Quòd si quia pauci sunt, qui sincero animo ex pietate, id est, ueritatis ex honestatis causa naturales ex sciētias ex actiones per tractent, propterea prauas esse eas uelimus affirmare: uideamus ne diuina etiam scripturam euangelicam eo nomine accusandam esse fateri nobis necesse sit, quia nōnulli sensu suo eam cōtumaciter interpretantes, in errores absurdissimos delabamur. Sed iniustum sane est, si uitia hominū ad res ipsas transferenda esse censemus. Sanctam enim scripturam nouam esse dubitat nemo: nō propter tamen fit, ut qui non sancte eam interpretantur, prauis esse non existimetur: non sancte enim explanatur, quum catholicæ ecclesie sensu non exponitur. Ecclesiæ autem sensus ex perspetuus

Act. 10.

petua obseruatione ab antiquissima memoria
hucusq; traducta agnoscitur. At antiquissima me-
moria ex innumerabilibus ueterum sanctorū pa-
trum scriptis facile repræsentatur. Ut enim de
Hieronymo, Ambroſio, Auguſtino, Gregorio, et
cæteris huiusmodi taceam, e quorum libris om-
nia ferè uetera ecclesiæ instituta hodie quoq; u-
surpata deprehenduntur, quād multa antiquo-
res manifestat: quād multa Origenes: quād mul-
ta Nazianzenus: quād multa Cyprianus: Nam
Basilius de baptisnatis celebratione, et chrisma-
tis benedictione, de Canone quē appellant Mis-
se, de horis canoniciis, atq; huiusmodi alijs, que-
dam quæ nunc etiam obſeruantur, minutissimè
exprimit: ubi docet multa esse, quæ licet in scri-
ptura expreſſe mandata non reperiantur, quin
tamen ex Apostolorum traditionibus accepta
fuerint, ex antiquissima obſeruatione dubitan-
dum non sit: quæ tamen sicut nonnulli quafi he-
ri inuenta et introducta tanquam ex Epimeni-
dis somno experrecti admirantur: ita egregius
ille autor tot abhinc seculis (mille enim et tre-
centi ferè anni post ueritatem illustratam pre-
terierunt) perinde in usu fuisse testatur, ac si me-
moria quoquā sua ex uetusſima haberentur,
et comprobata apud omnes effent. Tametsi in
scriptoribus quoquā his, quantum quidem ad
dogmata attinet, regula illa adhibenda est, ut

ca uo

ea ueriora esse intelligamus et certiora, in qui-
bus cuncti, uel plerique conſenserint. In qui-
bus uero diffentire aliquis ab alijs uideatur, ca-
ueamus primum, ne quæ ad hominem et ad alio
rum principia ſunt diſputata, et pro occasio-
ne dicta, in uniuersum aſſerta existimemus: id
quod ſe alijs aduersus Pelagianos nonnunquam
facere ſignificat Auguſtimus, et alijs quoquā ef-
fe faciendum monet in eo libro, quem de Gratia
et Libero arbitrio inscripsit: ubi quum multa
ex ſcriptura ad humani arbitrij libertatem con-
probandam produxerit, poſtea timendum eſſe
inquit, ne iſta omnia diuina testimonia (eius e-
nius hæc ſunt uerba) et quæcumque alia ſunt,
quæ ſine dubitatione ſunt plurima in defenſione
liberi arbitrij, ſic intelligantur, ut ad uitam piam
et bonam conuerſationem, cui merces eterna do-
betur, adiutorio et gratiæ Dei locus non re-
linquatur, et audeat miſer homo, quando be-
nè uiuit et benè operatur, uel potius bene uiue-
re et benè operari ſibi uidetur, in ſeipſo, non in
Domino gloriari, et c. Deinde uidendū eſt, ne ſi
aſſerta etiam opinemur, ita ſimus contentioſi, ut
uel non eo modo interpretemur, ut aut cum alijs
conſentiat, aut faltem ſibi autor conſet: et de-
rum tandem uerſemus, ut monet idem Auguſtimus
in ſcriptura ſacra eſſe faciendum, quoad inter-
pretatio ad regnum charitatis deueniat: uel ſi id

non potest, ab uniuersorū cōcētu potius, quām ab
opinione unius discedendum esse censeamus: præ
sertim cū ipse etiam Augustinus in huiuscmodi
occasione æquiore animo admissurum se esse uitu
peratorem, quām laudatorem sui, in libris de Tri
nitate fateatur. Quocirca cū mecum hæc repu
tarem, summa ope mihi enitendū duxi, ut ad san
ctorum ueterum patrum lectionem, quasi in por
tum tutissimū, præsertim his periculosisimis tem
poribus, me conferrem, quibus tantam hostis ge
neris humani siue ignorantiam, siue impudentiā,
siue utrungq; disseminauit, ut repente unusquisq;
quasi nouo quodam spiritu afflatus, nulla catholi
cæ ecclesiæ ratione habita, nulla sanctitati docto
rum reuerentia exhibita, nullo in discendo studio
collocato, interpretandæ scripturæ pro libidine
sua, et docendi munus sibi arroget, quasi solus
ipse ecclesia catholica sit: cū tamen Augustinus
eum sc̄iunctum à charitate et Deo esse affirmet,
qui se à catholica, id est, uniuersali ecclesia sep
rauerit. Vbi cū inter alia in quasdam ueterū do
ctorum Grecoꝝ explanationes nouæ scripturæ
incidisset, nō ab re facturum esse me existimauit,
si eas in latinā linguam uertere potuissent: primū
quia pīj et Christiani animi esse mihi uidebatur,
ut tranquillitatē et securitatem, qua ego legen
dis his persuebar, alijs quoq; impertiri conarer:
deinde, quia cū in Euangeliā catenā, quā appell
ant

Lat̄ aureā, Latini haberent, opus præstantissimū
ex ueteribus autoribus tam Gr̄ecis quām Lati
nis à Thomā Aquinate et sapientissimo et san
ctissimo doctore, miro ordine collectū ac dispositū:
reliquam omnē nouæ scripturæ partē, hoc
est, tam Acta Apostolorū et epistolæ Pauli, quām
cæteras aliorū Apostolorū, quas Canonicas uo
cant, et Apocalypsin, cōmentaria hæc explicab
ant, in modū catenæ etiam ipsa contexta: ut si
latinitate suisser donata, eam subsequi nō incon
grue posse uiderentur. Tum illud quoq; accede
bat, quod quo diligentius et diutius hæc pertra
stare, id quod in uertendis ipsis omnino mihi
erat faciendū, eō maiore utilitatē percepturū me
esse sperabam: ut omnibus his de causis negocium
hoc nō inuitus suscepim. Sed cū rem eō tan
dem deduxisset, ut explanationes ipsas essent in
terpretatus, amicorū flagitationib. postea effectū
est, ut ad contextus quoq; ipsius nonnulla ad gr̄e
corum exemplariū fidem immutanda animū ad
iecerim. Quia in re tamen ne præceps admodum
essent, nec quicquam uariarem, nisi ubi explana
tionū uis interdum coegisset, Ambrosius monuit:
qui in epistolam Apostoli ad Romanos de gr̄eo
rum codicūm discrepancy loquens, quæ tunc in
latinis reprehendebantur codicib⁹, sic inueniri
à ueteribus posita, Tertulliano, Victorino, et Cy
priano testatur. Ut non ita temere gr̄ecorum co
-

dicum fidem, absque doctorum et temporum etiam consensu attendendam esse declareret. Quum igitur catene huius opus iam absoluuerim, id precepue tibi Reuerendissime Farneſi propterea offerendum duxi, quia cum superioribus annis moralia Aristotelis cum Eufstratiſ explanationibus lumine naturali elucubratum opus sub tuo nomine edidifsem, in quo humana ad mores animi comprehendendos disciplina exquisitè et sancte ita traditur, ut non leuem illa quidem ad perfectionem diuinam preparationem afferat: consentaneum esse uidebatur, ut quicquid efficere postea potuisse, quod ad diuina hanc perfectionem aliquid ex parte spectaret, totum id eidem tibi debe retur: præfertim cum in amplissima dignitate et autoritate in ecclesia iam ab adolescencia constitutus, eam animi præstantiam praetere semper tuliris, ut cum in omnibus maximis Christianæ rei publicnegocijs, tum in his præcipue tibi uersandis, esse duxeris, quæ ad charitatem et perfectionem, omniumq; utilitatē et concordiam maximè attinent. In quibus proximis his annis quomodo te gesseris, inde perspicere unusquisq; potest, quod in tanta Christianorum principum dissensione nullos uel maximorum itinerum labores recusando, nullam uel minimam occasionem omitendum censueris, unde opem aliquam rebus afferre te posse sperares: ut ea de causa libentius etiā accepturos

cepturos homines putem, quicquid tuo nomine dicatum in publicum exercit. Accedit, quod cum tam benignè, quæ tua singularis humanitas est, Eufstratiſ illud opus antea suscepereis, non diffidofore ut tibi hoc iucundius accidat: ac tanto quidem iucundius, quanto è sublimiore et diuiniore lumine extiterit. Nam quod ad meam interpretationem attinet, non dubito quin eam non exiguum maximæ meæ erga te obseruantæ ac uenerationis argumentum omnes sim exigitur. Vale.

xviii EX C O M M E N T A R I I S D I

ui Ioannis Chrysostomi in Matthæum
de sacrarum scripturarum
lectione.



*Ebebamus quidem nos neq; ulla scri-
pturarum ope indigere, sed ita pu-
ritate uitæ præstare, ut spiritus gra-
tia animis nostris uicem librorū ex-
pleret: ut sicut libri atramento, ita corda no-
stra spiritu essent inscripta. Quoniam uero gra-
tiam hanc repudiauimus, agè uel secūdam nau-
gationem amplectamur. Nam prius illud longè*

Genes. 6. melius fuisse ex ijs que & dixit & fecit Deus,

Gen. 17. nobis manifestauit. Cum Noë enim & Abraham

Job 38. & filiis eius, & Iob, & Mose, non per literas,

sed ipse, cum purum eorum animū inuenisset, co-

Exod. 3. rām loquebatur Deus. Vbi autem in fundum im-

Exo. 20 probitatis totus Hebræorum populus fuisse de-

Exo. 34 lapsus, postmodum literæ & tabule, ut per eas

commonerentur, necessariæ euaserunt. Atq; hoc

sancis contigisse, non in ueteri tanium testamen-

to, sed in nouo quoq; uidere unusquisq; potest.

Neque enim Apostolis scriptum quippiam dedit

Deus, sed loco literarum spiritus gratiam datu-

Ioan. 14. rum se esse promisit. Ille enim, inquit, cōmemora-

bit uobis omnia. Utq; hoc multò melius fuisse in-

Hierem. 31. telligas, audi quid per Prophetam dicat: Insti-

tuum, inquit, uobis testamentum nouum, dans le-

ges meas in animum uestrum, & in corda uestra

scribam

C H R Y S O S T . P R A E F . xix

scribam ipsas, & erunt omnes dociles Deo. Un-

de Paulus excellentiam hanc significans, se nō in 2. Cor. 3.

tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis le-

gem accepisse dicebat. Sed cū tempore proce-

dente alijs dogmatibus, alijs uita & moribus exor-

bitassent, rursus literarū cōmonitione opus fuit:

Considera igitur quantū malum sit, si nos quitta

pure uiuere debebamus, ut ne scripturis quidem

ullis indigeremus, sed loco librorum corda no-

stra spiritui inscribenda exhiberemus: ubi præ-

stantiam eam amisimus, & literarum adiumen-

to indiguimus, secundo remedio opportune uti

non uelimus. Nam si crimen est quod è relapsi-

mus, ut literarū auxilio indigerimus, & gratiæ

spiritus non seruauerimus: quanta accusatione di-

gni censendi sumus, si ex oblato nobis hoc adiu-

mento utilitatem consequi recusemus, & quasi

frustrà nobis datas literas negligamus: in maio-

rem sani pœnam incideremus. Quod ne nobis

contingat, diligenter quæso scripturis attenda-

mus: & considerenmus, quo pacto uetus lex fue-

rit tradita, & quo pacto nouum testamentum

institutum. Quomodo igitur, & quando, & ubi

data illa lex fuit: Post Agyptiorū perniciem in

deserto, in monte Sina, quum ex eo & sumus & Exod. 19.

ignis exiret, cum tube sonitu, & tonitruis, &

fulguribus, cū in ipsam caliginem penetrasset

Moses. In nouo autē testamēto nō ita, neq; in de-

ferto, neq; in monte, neq; cum fumo & tenebris
 & caligine & procella, sed principio diei in do-
Act.2. mo omnibus cōsidentibus, multa cum quiete effe-
 eta omnia sunt: quippe cū illis qui rudiores ad-
 huc erant & intratibiliores, corporali quadā
 specie opus fuerit, deserti uidelicet, montis, fumi,
 sonitus tubæ, aliorumq; similiū: sublimiores uero
 & obtemperantiores, qui corporū sensum tran-
 scenderant, nulla huiusmodi re indigerent. Nam
 licet in ipsis sonitus etiam quidam contigerit, id
 nō ob Apostolos, sed ob Iudeos qui aderant, eue-
 nit: quorum etiam causa linguae quasi ignis appa-
 ruerunt. Si enim etiam post hēc signa multo esse
 plenos Apostolos dixerunt, multo magis si nihil
Exo.19. eorum uidissent, fuissent dicturi. Atque in ueteri
 quidem testamento cū ascendisset Moses, ita
 Deus descendit. Hic natura nostra in cœlum, imo
 in solium regale subducta, spiritus descendit. Si
 autē spiritus esset minor, quæ facta ab ipso sunt,
 maiora atque admirabiliora nullo pacto essent.
 Nam sicut tabulae hæ cordis multo meliores, ita
 facta multo fuerūt splendidiora. Non enim ē mon-
Exo.19. te descenderunt Apostoli, sicut Moses, lapides as-
 tabulas in manibus gestantes: sed spiritum in ani-
 mo circumferentes, & thesaurū quendam & fan-
 tem dogmatum & gratiarum & bonorum om-
 nium scatentem aperientes atq; effundentes, cū
 libri ipsi essent per gratiā ac leges animatae, quo-
 cung

cunque discurrebant. Ita tria millia hominū, ita **Act.2.**
 quinque millia, ita totius orbis populos attraxe-
 runt, quum Deus per eorum linguam omnes ac-
 cedentes alloqueretur.

E I V S D E M C H R Y S O S T O M I
in Acta Apostolorum præfatio.

Multis neq; quis sit liber is, neq; quis
 eum scripserit ac composuerit, satis
 notū est: idcirco ego in hoc præci-
 pue necessariò mihi incumbendum
 censui, ut ignorantes monerem, et nō cōmitterem
 ut tantus thesaurus latēret, atq; occultus iaceret.
 Tanta enim philosophia, & dogmatum recitu-
 dine, eorū maxime quæ de spiritu dicta sunt, est
 refertus, ut non minorem quam Euangelia nobis
 afferre utilitatem poſſit. Ne igitur ipsum negli-
 genter prætereamus, sed studioſe atque accurate
 perpendamus. Hic enim uidere licet ea, quæ in
 Euangelijs prædictis Christus, re ipsa eueniſſe, ut
 in rebus ipsis lucentem iam ueritatem conficia-
 mus. Hic multam discipulorū in melius mutatio-
 nem ex spiritu effectā animaduertere poſsumus.
 Audiuerat quippe à Christo dicente, Vnusquisq; **Ioan.14:**
 qui in me credit, signa quæ ego facio, etiam ipse
 faciet, & maiora his faciet. Audiuerant, cū **Matth.10:**
 prædiceret, ad principes & reges deducendos **Ioan.16:**
 ipſos esse, et in synagogis illorū effe flagellandos,

Matth. 24. innumerabilia passuros, atq; omnia demū supera turos, in totoq; mundo Euangelium esse prædicandum. Quæ sane omnia uera euasisse, hoc in libro intueri unusquisq; potest: nec non plura alia, quæ cum discipulis uersans Christus prænunciauit. Ipsos uero Apostolos per mare ac terrā, tanquam aues trāsuolando, hic percurrere uidebis, et timidos illos atq; imprudentes aliquando, repente alios fuisse effectos, ut et diuitiarū superbia, et gloria, et ira, et cupiditate, et omnibus huiusmodi sublimiores euaserint. Nullā in his uel inuidiam, ut prius, uel principatus cupiditatē animaduertes, sed maximam in omnibus concordiam, atq; omnē deniq; uirtutem absolutā ac perfectam, charitatemq; in primis fulgentem in ipsis admiraberis: de qua multa sepe ipsis præceperat

Ioan. 13 magister, cūm diceret: In hoc cognoscēt omnes uos meos esse discipulos, si mutua uos charitate fueritis prosecuti. Adde quod dogmata etiā quædam inuenire hic possumus, quæ nisi hic extaret liber, nemini aliunde ita innotescerent: sed salutis nostræ summa, quantū ad uitā et decreta spectaret, obscura esset, atq; occultaretur. Quod autem maiorē partem huiusc libri Pauli gesta, qui supra omnes alios maximē laborauit, sibi uendicarint, illud in causa est, quod qui librū hunc cōposuit beatus Lucas, discipulus ipsius fuit. Cuius quidem Lucæ uirtutē cūm multis alijs ex rebus,

tum præcipue ex eo cōspicere ualemus, quod magistro semper adhæserit, sequutusq; semper eum fuerit. Nam quando etiam omnes ipsum deseruerant, alius in Galatiam, alius in Dalmatiā profectus, quid de ipso dicat Paulus, audi: Lucas est, 2. Tim. 4. inquit, solus mecum. Et ad Corinthios scribēs de ipso ita loquitur: Cuius laus in Euangelio est per omnes ecclesiās. Et quum inquit, Cephæ apparet, deinde undecim, iuxta Euangeliū quod acceptistis, de hoc loquitur. Quare si quis tractatio nem hanc ipsi attribueret (quoniam ipsi dico, dico Christo) non erraturus esse uideretur. Sed cur, dicet quissam, si semper cum ipso fuit, non omnia usque ad finem descripsit? Respondendum illud est: ijs qui diligentia adhibere uoluerint, haec sufficere: ipsisq; ijs quæ necessaria erant, attēdisse, neq; libris conscribendis studuisse, cūm multitatis etiam sine scriptis traditiones relinquērent. Omnia igitur quæ hoc in libro conscripta sunt, digna quidem sunt admiratione: sed illud tamen præcipue, quod Apostoli sese ad audientium captum confessione quadam usi demittunt: id quod spiritus eis suggerit, quod in dispensationis sermone et prædicatione immorarētur. Vnde cūm multa de Christo locuti fuerint, pauca de eius diuitate, de humanitate uero et passione, et resurrectione, et ascensione pleraq; differuerunt. Quod enim tunc requirebatur, erat, ut resurrexisse et

ascendisse in cœlos crederetur. Proinde sicut Christus præcipue atq; ante omnia se à patre uenisse studebat ostendere: ita hic præcipue dat operam, ut resurrexisse Christum, assumptumq; fuisset, atque ad eum rediisse à quo uenerat, declareret: Nisi enim hoc prius creditum fuisset, maiorq; aliqua resurrectionis ex assumptionis confirmatio acceperisset, totum dogma non credendum Iudeis apparuisset. Idcirco sensim ac paulatim ad altio

Act. 17. ra ipsos prouehit. Athenis uero etiam hominem Christum appellat Paulus, neq; quicquam aliud

Ioan. 10 adiungit. Nam si Christum ipsum de æqualitate, **Matth. 26.** quam cum patre habebat, differentem lapidare sè penumero conatis sunt, ex maledicuum propterea uocabant, serò profectò à pescatoribus idem admisissent, præsertim cum iam crucisopprobriū

Ioan. 6. præcessisset. Sed quid Iudeos dico, cum etiā ipsi discipuli tunc sublimiora dogmata audiendo sepe turbarentur, ac scandalo afficerentur? Vnde

Ioan. 16 ipsis etiā dicebat: Multa habeo uobis dicere, sed gestare ea non potestis. Quod si illi qui tandem cum eo uersati fuerant, qui tot arcanorum facti fuerant participes, qui tot miracula confixerant, percipere ea non poterant: quo modo homines ab aris ex idolis, ex uictimis, ex felibus, ex crocodilis (talia enim erant quæ à Græcis colebantur) atq; alijs huiusmodi awulsi, repente ita sublimes dogmatum sermones admisissent? Quo modo

modo Iudei, quorum aures per singulos dies huiusmodi monitionibus personat, Dominus Deus Deut.4: tuus, Dominus unus est, ex præter ipsum nō est Deut.6: alius: qui ipsum cruci affixum inspexerunt, immo etiam cruci ipsi affixerunt, ex sepelierunt, ex non uiderunt resurrexisse: si Deum ipsum illum esse, ex patri æqualem audiuerint, non maxime omnium resugissent, seseq; ab aliorum consortio abrupiissent. Propterea sensim ac paulatim ipso hos prouehunt, multumq; hac consensionis dispensatione utuntur: abundantiorem etiam spiritus gratiam cōsequuntur, maioraq; quam ipse **Act. 5.** fecerit, in nomine ipsius operantur: ut utroque **Act. 19.** hoc modo eos humiliantes excitarent, ex resurrectionis prædicationem confirmarent. Hic enim liber resurrectionis præcipue demonstratio est, qua credita cetera apte progrediuntur. Atque huiusc quidem libri argumentum, actus scopus, sicut summatum colligere quissimam posset, huiusmodi est.

Argumentum.

Apostolorum gesta qui narrat, est Lucas Euangelista: qui quum Antiochenus esset genere, & scientia medicus, si mul cum Apostolis & praeceptore cum Paulo peregrinatus est, atque ita ea que accurate nouerat, describit. Capita eorum que narrat, haec sunt: Angelis excipientibus assumptum esse Dominum: Spiritum sanguinis in quinquagesima in Apostolos & omnes qui aderant, effusum fuisse: Mathiam loco Iudee proditoris fuisse substitutum: Septem diaconos institutos fuisse. Quo pacto electus Paulus fuerit, & quae sit passus. Quocunque item Apostoli & fide in Christum miracula fecerint.

SIGNA APOSTOLORVM
quaे hic narrantur, haec sunt.

Petrus et Ioannes claudum ab ortu, qui ad Speciosam portam considerabat, in nomine Domini curauerunt. Cap. III.

Petrus Ananiam et Sapphiram, qui ex pecunijs quas Deo promiserant, quasdam defraudaerant, coarguit, et statim mortui ceciderunt. Cap. V.

Petrus in Ioppe Dorcadam, quae et Tabetha dicebatur, mortuam precibus effusis a mortuis suscitauit. Cap. IX.

Petrus uas e cœlo demissum omnibus animalibus plenum impexit. Cap. X.

Petri umbra ingredientis super egrotantes pertransiens eos sanabat. Cap. V.

Petrus uincitus et custoditus in carcere non uidentibus militibus fuit absolutus, et Herodes uerbibus corrosus interiit. Cap. XI.

Stephanus prodigia facit et signa. Cap. VI.
Philip-

Philippus Eunicho legenti Prophetam Esiam astitit, eumque baptizauit. Cap. VIII.

Philippus idem in Samaria multos spiritus eleicit, et claudos et resolutos multos curauit. Cap. VIII.

Philippus raptus a spiritu, atque in Azotum translatu est. Cap. VIII.

Paulus cum appropinquaret Damasco uisionem impexit, et statim euangelista euasit. Cap. IX.

Paulus in Lystris claudum ab ortu in nomine Domini sanauit. Cap. XIII.

Paulus ex uisione in Macedoniam est uocatus. Cap. XVI.

Paulus mulierem spiritum Pythonis habentem in Philippis purgauit. Cap. XVI.

Paulo et Syla cum in carcere conclusi essent, et compedibus ligneis constricti, media nocte orantibus, factus terramotus est, ac soluta eorum uincula sunt. Cap. XVI.

Acorpore Pauli sudaria supra egrotantes et a demonibus uexatos imponebantur, et salutem consequebantur. Cap. XIX.

Paulus in Troade Eutychum e fenestra delapsum ac mortuum suscitauit. Cap. X.

Paulus magum Elyman in Cypro increpauit, et cæcum eum reddidit. Cap. XIII.

Cum nauigaret Romanum Paulus, magna tempesta se et ipse et qui cum eo in naui erant, per-

quatuordecim dies agitati sunt: cumq; omnes morituros se crederent, astitit Dominus Paulus, et dixit, Causa tua his uitam donauit: atq; ita incolumes euaserunt. Cap. XXVII.

Egressum est navi Paulum cum uipera momordisset, omnes ipsum moriturū confestim esse opinabantur: ubi uero illas permanerat, Deum esse existimabant. Cap. XXVIII.

Patrem Publij in insula tormentibus laborantem impositis manibus sanauit Paulus, et alios multos agrotantes curauit. Cap. XXVIII.

NOMINA DVODECIM

Apostolorum.

Simon qui dicitur Petrus, Andreas frater eius, Jacobus, Iohannes, Philippus, Bartholomeus, Thomas, Mattheus publicanus, Iacobus Alphæi, Simon Cananeus, Iudas Iacobi frater, Mathias inter duodecim loco proditoris Iudeæ subrogatus.

SEPTEM DIA CONORUM nomina.

Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timon, Parmenas, et Nicolaus.

EX SEPTVA GINTA DOMINI Apostolis fuerunt etiam hi.

Barnabas, Sosthenes, Cephas cognominis Petri, Mathias qui inter duodecim connumeratus postea fuit, Barsabas, et Linus, de quo ad

Timo-

Timotheum scribens meminit Paulus, Taddæus et Clopas, et qui cum ipso erant.

V B I A P O S T O L I E V A N G E-
lium Christi prædicarint, & quo-
modo defuncti uita fuerint.

Simon Petrus Apostolorum princeps, cum, ut epistolis suis ipse declarat, in Pontio et Galatia et Cappadocia et Bithynia et in Italia Euangelium prædicasset, Rome postea sub Nerone, capite deorsum uerso, ita ipsum postulantem, cruci affigitur, Romæq; tertio Calend. Iulij sepelitur.

Andreas frater eius, sicut patres nostri trididerunt, Scythis, Sogdianis, Sacis Euangeliū Domini nostri Iesu Christi prædicauit, et in magna urbe, ubi castrum est Apforus, et Phasis fluuius. Sepelitur autem Patris Achæaē urbe, quum ab Aegea proconsule cruci fuisse affixus.

Iacobus Zebedæi filius duodecim tribubus quæ in dispersione erant, Euangelium prædicauit: et ab Herode Tetrarcha, qui etiam Agrippa dicebatur, gladio interemptus, in urbe Marmarica sepelitus est.

Iohannes frater eius in Asia Euangelium Christi prædicauit. Cum uero à Traiano in Pathmum insulam ob prædicationem Domini fuisse relegatas, ibi Euangelium conscripsit. Ephesi sepelitur, cum adhuc uiueret, Deo ita uolente.

Philippus Apostolus in Phrygia Euangelium Domini prædicat. In Hieropoli sepelitur.

Bartholemæus Apostolus Indis prædicauit, ijs qui Felices appellantur, ipsiſq; Euangelium Matthei tradidit. Albani confopitur, que magna Armenia Indicæ urbs est.

Thomas Apostolus, sicut proditum memorie est, Parthis, Medis, Persis, Germanis, Hyrcanis & Bactris Christum euangelizauit. In urbe Calamina Indiae sepultus est.

Matthæus euangelista Euangelium Hebraica lingua conscriptum edidit. In Hieropoli Parthie obdormiuit, atq; ibidem est sepultus.

Iacobus Alphæi, qui Iustus est cognominatus, primus Hierosolymorū episcopus, lapidibus à Iudeis in Hierusalem est interfactus, atq; ibi sepultus in templo est.

Taddæus, qui er Lebbæus, er Iudas Iacobi appellabatur, Edesenis & toti Mesopotamiae uerbum Christi annunciauit sub Augaro Edesenorū principe. Beryti est defunctus, ac sepultus.

Simon Cananeus Clopæ filius, qui er Iudas, post Iacobū Iustum episcopus Hierosolymis extitit: cumq; annum centesimum ac uigesimum ageret, crucis martyrio sub Traiano rege ē uita decessit.

Mathias unus ex septuaginta discipulis loco Iudei Iscariotis cum undecim connumeratus, in

Aethiopia

Aethiopia exteriore moritur, in regione nbi est castrum Apsarus, cùm ibi uerbum Domini nunciasset.

PAVLI PERAGRATIO, & martyrium.



Aulus Apostolus à Damasco incepit, & deuenit Hierusalem, inde Tarsum, ē Tarso Antiochiam: & rursus secundò Hierusalem redijt, atq; inde iterum Antiochiam. Vnde segregatus cum Barnaba in apostolatum Seleuciam uenit: deinde in Cyprum est profectus, ubi etiam Paulus est cœptus uocari. Postea Pergen, tum Antiochiam Pisidie, inde Iconium, ex Iconio Lystram & Derben Lycaonie urbes peruenit: in Pamphyliam deinde, & Pergen, & Attaliam: ac rursus tertio in Antiochiam Syrie: postea per agrata Syria & Cilicia, iterum Derben & Lystram redijt, ubi Timotheum circumcidit. In Phrygiam postea & Galaticam regionem abiit, inde in Mysiam & Troadem, inde Neapolim, atque illinc Philippos Macedoniae deuenit. Pertransiens deinde Amphipolim & Apolloniam, Theffaloniam est profectus, inde Berrhœam, inde Athenas, Athenis Corinthū, unde in Ephesum transit. Ex Epheso in Cæsaréam, & Cæsarea secundò in Antiochiam Pi-

fidicē est p̄fœctus. Inde in Galaticam regionem & Phrygiam, postea secundō Ephesum uenit. Peragrata deinde Macedonia in Græciam deuenit: atq; inde repetita Macedonia Philippo se-cundō petijt. E Philippis in Troadem p̄fœctus est, ubi Eutychium qui ē feneſtra ceciderat, fuſci-tauit. Postmodum in Assūm, inde in Mitylenem, inde ē regione Chij, inde in Samum, inde in Mile-tum peruenit. Deinde accerſitis ijs qui Ephesi e-rant, colloquitus cum ijs est. Postea in Coum, utq; inde Rhodum deceſſit. Inde in Patara, ē Pa-taris in Tyrum, tum in Ptolemaidem, inde in Cæſaream, ē Cæſarea rurſus tertio in Hierusalem a-scendit. Inde traductus in Cæſaream, ac deinceps uiuetus Roman perrexit: nam ē Cæſarea in Sido-nem, ē Sidone in Myra Lycie, atq; inde in Cni-dum deueniūt: unde poſtea magna tempeſtate agi-tati in iſula Melitam elekti ſunt, in qua cū Pau-lus à uipera in manu fuſſet morſus, illæſus permā-fit. Ex iſula Syracusas adeunt, inde R̄hegium, ē R̄hegio Puteolos petunt: unde poſtea pedetri iti-nere Roman proficiſcenti Paulo, frātres uſq; ad Appij forum & Tres tabernas obuiam proceſſe-re. Cum uero ingressus Roman eſſet, atq; ibi ali-quantū tempus docuiſſet, poſtea ſub Nerone Cæſare trigesimo ſexto anno a paſſione Domini, cū bonum certamen certaſſet, detrūcato capite mar-tyrium conſummauit, tertio Calendas Iulias, an-no ab

no ab aduentu Domini nostri Iesu Christi ſexageſi-monono. Sunt autem ex quo martyrium obijt, trecenti ac trīginta anni uſq; ad præſentem hunc consulatum, qui quartus eſt Arcadij, & tertius Honorij frātrum Imperatorū Auguſtorū, quin-decenialis circuitus iudictione nona.

Marcus euangelista cū Alexandrenſibus & toti circumuicina regioni uſque ad Pentapo-lim Domini Euangeliū prædicasset, Alexan-drie in Bucolis cum Ictaro primo Lyci martyre ſepelitur: quem Alexander detulit, & ubi omnes epifcopi poſiti ſunt, collocauit.

Titus epifcopus Cretæ, Cretenſibus & cir-cumadiacentibus iſulis Domini Euangeliū an-nunciauit, & ibi mortuus eſt, ac ſepultus.

Crescens in Gallijs cū prædicasset, obdor-miuuit, atq; ibidem humi eſt conditus.

Eunuchus Candacis reginae Athiopum, in A-rabia Felice et in Taprobana iſula Euangeliū prædicauit. Eundem ibidem martyrium obijſſe, & magnifice ſepultum fuſſe, fama obtinet;

& uſq; ad hodiernum diem cœmiti-rium eius extat.

IN HOC LIBELLO
HÆC EXPLANANTVR.

Primo A C T A Apostolorum, quæ habent
capita XXVIII.

Postea, septem Epistolæ catholicæ.

Prima,

Diui IACOBI apostoli Epistola catholicæ, quæ
incipit in pagina 270

& habet capita V.

Secunda,

Prima diui PETRI apostoli Epistola catholicæ,
quæ incipit in pagina 327

& habet capita V.

Tertia,

Secunda diui Petri apostoli Epistola catholicæ,
quæ incipit in pagina 397

& habet capita III.

Quarta,

Prima diui IOANNIS apostoli Epistola ca-
tholica, quæ incipit in pagina 437

& habet capita V.

Quinta,

Secunda diui Ioannis apostoli Epistola catholi-
ca, quæ

incipit in pagina

& habet caput

Sexta,

Tertia diui Ioannis apostoli Epistola catholicæ,
quæ incipit in pagina

& habet caput

Septima,

Diui IVDÆ apostoli Epistola catholicæ, quæ
incipit in pagina

& habet caput

Omnibus his Argumenta do-
ctissima præbentur.

502

I.

514

I.

519

I.

APOSTOLICORVM
GESTORVM ARGV-
mentum alterum.

ATQ; si Acta seu gesta Apostolorum liber hic inscribitur, maiori tamen ex parte, Pauli facta continet: quæ qui hæc conscripsit Lucas, optimè cognoscebat, utpote qui simul cum eo et uixerit, & peregrinatus sit, & multa ei necessaria submittarit. A gestis autem aliorum Apostolorum exordiri historiam necesse ipsi fuit: quia nisi ea prius fuissent exposita, de Paulo exactè tradiquippam non poterat. Quo pacto enim ipsius crudelitas & ferocia in discipulós Christi, antequam ad prædicationem accessisset, fuisset manifestata? quo pacto in cæde Stephanii consobrini sui consensus apparuiisset? quo pacto eius inexpectata uocatio & conuersio erga eos quos antea persequebatur, & periculorum pro ipsis susceptio potuisset declarari? que omnia Iudeos semper ita irritabant atq; exagitabant, ut rabide in eum ferri cogerentur. Nihil sancte horum perspicci satis potuisset, nisi Apostolorum historia præcessisset. Præterea si ab ipso Paulo narrationem incœpisset, prorsus ad explicanda ea quæ ipsi contigerunt, digressione sèpe uti, fuisset ne-

Act. 9.
Act. 18.

Act. 9.

cessè: atq; ita sèpe narrationis series fuisset interrupta, dum multa subinde interserūtur, sine quibus euidenter constare quod de Paulo diceretur, non potuisset. Ut igitur & perspicuum de eo, & non interruptam historiā strueret Lucas, à communib; Apostolorum gestis est exorsus. Posteaquam uero ad Paulum deuenit, propositum in eo suū persequutus est, atq; omisssis cæteris, quod à principio instituerat, absoluuit. Non scripsit autem neque mortem Pauli, neque eius ad Neronem secundam abductionem, licet cum eo adhuc esset, cùm Paulus ipse dicat, Lucas mecum est solus: uel quia historiam perpetuam componere minimè proposuerat, sed eatenus tantum progressi uolebat, ut seruens eius erga Christum studium & adhæsionem, quæq; eō spectabant, manifestaret: uel quia occasio ei data non fuerit, quæ deducere ad calcem institutū opus liceret: quippe cùm multæ à persecutoribus Christi quæ tunc incepere turbationes, esse impedimento potuerint. Licet igitur liber is gesta Apostolorū à principio polliceatur, sicut iam diximus, uerius tamens spiritus sancti gesta in eo continentur. Quæ enim admirabilia ab Apostolis facta fuerint simulac sancto spiritu fuerunt afflati, ex hoc libro cognoscimus: quæ plane spiritus ipse per eos efficiebat. Quin & prædictionum Christi ex hoc

2. Tim. 4.

libro cventus manifestatur. Nam quod dicebat,
& maiora his faciet, tunc impletum uidemus,
cum umbra Apostolorum, & sudaria à corpore
ipsorum defumpta, mirabiliter agrotanibus ac
uexatis à dæmonibus succurrerent: ita ut non ab
re esse uideretur, si Euangeliū, Christi ge
sta, librum hunc Spiritus sancti ge
sta appellaremus.

IN ACTA APOSTO
LORVM EXPLANATIO VE
TERVM SANCTORVM PATRVM,
ab Oecumenio ex diuersis commen
tarijs collecta, atq; in compen
dium redacta.

IOANNE BERNARDO FELICIA
NO INTERPRETE.

De preceptione Christi discipulis ne discederent ab Israel:
de ascensione eius in celum, & substitutione
Matthia in locum Iude. Cap. I.



RIMVM sermonē feci de om
nibus o Theophile, quæ incœ
pit Iesus & facere & docere, ad
eum usq; diem, quo Apostolis
quos elegerat, mandatis per
spiritum sanctum traditis, af
sumptus est.

Sermonem, inquit, primum, non Euangeliū,
cū tamen Paulus Euangeliū suū appelleat, cū 2. Tim. 2.
ait, Secundū Euangeliū meū: iactantiā enim u
biq; euitant: perinde ac Matthæus, qui librum gene- Matth. i.
rationis inscribit. Quod si Marcus, Principium, in- Mar. 1.
quit, Euangeliū Iesu Christi, nō ita intelligendum est,
ut sua scripta Euangeliū uocarit, sed Christi prædi
cationem: cuius initium fecisse Christum manifestum
est, ubi primum à Ioannis baptisme prodiit. Gene-

ratio autem ex uirgine, que ē; ad eam spectant, relationis mysterij Christi, eiusq; hominis facti origo erit, quo etiam principio suarum historiarū & Matthaeus, & ipse hic Lucas usi sunt. Quanquā hæc scripta, quippe que uerum Euangeliū, id est, Christi doctrinam continent, fideles postea Euangelia appellanda censuerunt. Cum uero, de omnibus, inquit,

- Ioan. 21. Euangelistæ Ioanni uidetur aduersari: ille siquidem nō posse hæc ullo modo scribi asserit: neq; enim mundum libros qui scriberentur, esse capturū: hic de omnibus à principio ad assumptionem usq; sermonem fecisse scribit. Quid igitur dicendū? Luca nempe hic dicere se de omnib. necessarijs atq; ad rem pertinentib; nihil prætermisſe, quibus prædicationis diuitias ac ueritas comprehendatur: quippe cum etiam ipse Ioannes de omnibus his differuerit: nihil enim prætermisſit, quo posſit uel uerbi secundum carnē dispensatio credi atq; agnoscī, uel diuinitatis magnificentia emicare, atq; innoteſcere. O Theophile.) Princeps erat hic Theophilus. Nec mireris quod dominus uiri causa tantum laborem suscepereit Lucas, ut d'os ipsi integrōs ac iustos libros conscriperit: seru-*

- Matt. 18. re enim Domini mandatum studebat, qui ait: Nō est uoluntas patris mei, ut unus ex paruis & pusillis hærebeat. Et facere & docere.) De paſſione intelligite & miraculis que fecit: uel quia ex ijs que ipſe d'ebat, monere cōſueuerat. Ad eum usq; dič.) Odo: ad eum usq; diem quo assumptus est, reliqua inta-*

pōſita sunt. Mandatis per spiritū sanctū traditiſ.) Vel quia spiritualia mādata significat, nihilq; in ſe mundanum p̄fereſtia: uel ut ſpiritum in eo inſitum, cognatumq; oſtentat: quippe qui nihil eorum que à Deo perficiuntur, in ſe habeat, quod à ſanctificatrice persona deficere uideatur. Que uero ſunt hæc mādata? Funes docete omnes gentes, bapti Matth. 28. zantes eas in nomine patris & filij & ſpiritus san- Luc. 24. ti. Assumptus eſt, inquit: nō ascēdit: adhuc enim de eo tanquam de homine loquitur.

Quibus etiam manifestauit ſeipſum uiuentem poſte aquā paſſus eſt, in multis argumen- tis, per dies quadraginta apparens iſpis, & lo- quens de regno Dei.

Cum dixiſet, assumptus eſt, ne aliquis alterius potestate id factum existimaret, ſtatiu quod proprie- facultatis erat, ſubiunxit: Quibus etiam manifestauit ſeipſum uiuentem. Ut autem & paſſum eſſe & ſur- rexiffe eundem oſtenderet, adiunxit, Poſte aquā paſſus eſt. Per dies quadraginta.) Nō, in diebus: non enim aſtua cum iſpis conſuetudine utebatur, quem admodū ante paſſionē, ſed intermiſſa: partim ut ma- ius iſpis deſiderium p̄fentiæ ſue excitaret: partim ut ſublimiorē, diuiniorēq; naturā ſuam oſtenderet. Apparens iſpis.) Quia de cauſa nō omnibus, ſed A- poſtolis tantū appariuit: Propriea quod pleriq; alii mysterij arcana nō intelligentes, uifum quoddā, atq; umbrā eum eſſe exiſtimarent. Nam ſi diſcipuli iſpi-

principio non credebant et turbabantur, quid factum fuisse uulgas putandū est? Idcirco ex signis, quorum faciendorum gratiam acceperant Apostoli, indubitatam resurrectionis fidem, communemque facit: ut non illis solummodo qui tunc fuerunt, id quod ex sola uisione euenturum erat, sed omnibus etiam alijs qui postea successerunt, resurrectio fuerit manifestata. Et loquens de regno Dei.) Hinc possumus cognoscere, Christum post resurrectionem quoq; discipulos docuisse.

Et conuersans præcepit ipsis ab Hierosolymis ne recederent, sed expectarent promissionem patris, quam audiuistis ex me.

Luc. 24.

Et conuersans, uel ut uerbum uerbo exprimimus, consaliens, id est, comedens et bibens, hoc est, salis et mensa particeps factus, græcè id est οὐναὶ μός. Ab Hierosolymis autē ne recederent, monuit, eō quod uolebat eorum permanescere resurrectionis fidem certiore reddi, tum ex miraculis quæ ex innovatione crucifixi efficiebantur, tum ex eorum afflictionib. atq; oppressionibus: qui cùm à Iudeis multis malis afficerentur, non modò ab eius qui crucifixus fuerat, et surrexerat, amicitia non recedebant, uerum etiam pro eo constanter moriebantur. Quod si ab Hierosolymis statim discessissent, nihilque exhibuisset subsequutum, dubia ac suspecta resurrectionis potuisset, presertim cùm multi etiam illic essent, qui erant credituri. Accedit, quod ea quoq; de causa

cx

expectandum illis fuit, ne aut aliqui dicere possent, eos relictis suis ad externos gloriabundos abiisse: aut ipsi nondum uirtute spiritus armati, ad cōgressus ad uersariorum imbellies redderentur. Promissionē patris.) Et ubi hoc promisit pater? Dicendum, uel per defecum, ab, præpositionis, locum hūc ita intellegi debere, ut sit, sed expectarent promissionē τῆς ωρᾶς patris, pro ἀπὸ τῆς ωρᾶς, id est, à patre, quā ipsiis de spiritu sancto pollicitus fuerat: uel quia, quem Ioan. 14. admodum ipse inquit, Quæ à patre audiui, ea annun. Ioan. 15. cio uobis: ita quoq; spiritus sancti promissionem, licet ab ipso facta fuerit, à patre tamen etiam extitisse credendum est. Si uero de ipso etiam spiritu inquiris, Ioel locuples ad hoc confirmandum testis producetur, Effundam, inquiens, è spiritu meo in omnem carnem. Ioel. 2. nem. Quam audiuistis ex me.) Quando audierunt: quando dixit, Cōfert uobis ut ego discedam: Ioan. 16. nam si non discessero, paracletus et cōsolator ad uos non ueniet. Et rursus: Ego rogabo patrem, et alium Ioan. 14. consolatorem uobis mittet. Cæterum si nondum aduenerait spiritus, quomodo dixit, Accipite spiritū san. Ioan. 20. Et cum an quia ita dicendo idoneos eos ad suscipiendum spiritum reddidit, quem postea quando uenit, suscepserunt: an quia de futuro tanquam de præsenti loquitur: an quia spiritus exhibuit duplex est, purgās una, altera perficiens? Perfecta igitur ac perficiens, qua etiam alios impetriri poterant, Apostolis data est quinquagesima tempore, quando spiritus aduentus

A

5

tus apparuit. Cur autem ipso præsente non descendit spiritus, ea est ratio, quod si Christo discenderet spiritus mansisset, minor fuisset consolacionis uis: nam ipso agrè admodū diuelli potuissent. Vnde nō statim, sed post octo circiter uel nouem dies aduenit, quo & paulū tristati, & desiderio promissionis, indigentia excitati, puram demum ac perfectam ex præsenzia ipsius uoluptatem perciperent. Adde quod prius portebat naturam nostram in celo apparere, perfectamq; & integrā fieri reconciliationem, & tunc postea spiritum descendere. Vide præterea quomodo, ne rursus post assumptionē abeant, expectatio ne hac, quodam quasi uinculo omnes ibi detineat.

Luc. 24.

Quod Ioannes quidem baptizauit aqua uos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies.

Principiō Apostoli aqua baptizati fuere, deinde etiam sancto spiritu. Hic excellentiam suam Christū qua Ioannē excedebat, manifeste iam ostendit, & non ita obscure, quemadmodū cū dixit: Qui minor est in regno celorum, maior Ioanne est. Vos autē baptizabimini spiritu sancto.) Baptizabimini inquit, non baptizo, ut iactantiam ubiq; euitet. Præterea

Matth. 11.

cū Ioannes id præmonuerit, cū inquit, Ipse uos baptizabit spiritu sancto, & igni: superuacancū era, ut idem per se ipse cōfirmaret. Nōne in coenaculo sive aqua ipse gratia baptizat? principalior enim est spiritus, per quē etiam aqua ipsa uit̄ habet, nam ip-

A P O S T . C A P . I .

7
sc etiam sine olce Christus, id est, unctus effectus est.

Qui igitur conuenerant, interrogabant ipsum, dicentes: Domine, in tempore ne hoc restituis regnum populo Israël?

Vide hic, quoniam ante passionem de mundi con Matth. 24.

summatione interrogauerant, nō amplius de eadem re nunc, sed de regno mundano sciscitantur: adhuc enim imperfecti erant: simul autem congregati interrogat, ut uel ex ipsa multitudine impetrare possint.

Cum uero ante passionem audiuerint, nemine nosse Matth. 24.

diem, rursus tamen etiā nunc interrogat. Nam quia audiuerant se accepturos esse spiritū, reliqua etiam quasi digni uolebant cognoscere, & simul molestijs liberari cupiebant. Non dixerunt aut, quando: sed, in tempore ne hoc id est, nunc ne tanto diei illius desiderio tenebantur, ac nondū, ut mihi quidē uidetur, certō quidnā esset regnū, cognouerant: quippe cū nondum adesset spiritus, qui postea omnia docuit. Dixerunt, restituis, quia maiora posthac de ipso cōcipient.

Vnde etiam ipse remissus respondit. Nō enim dixit, neg, filius nouit: sed, non est uestrūm. Ne tamē Matth. 24.

penitus desperarent, subiunxit: Sed accipietis uim, &c. Cumq; illi non de cōsummatione interrogarent, ipse id quod non inquirebant, docet, more optimi magistri, qui non ea quæ uolunt discipuli, sed quæ cōserunt, docere consuevit. Idcirco non ad interrogatiōnē, quippe quæ nihil utilitatis in se habebat, respondit: sed quod urgebat, maxime docet. Tūc enim ipsis māxima spiritus necessitas erat.

Dixit autem ad ipsos: Non est uestrūm cognoscere tempora uel momenta.

Vbiq; à futurorum cognitione ipsos remouet, nō quòd ignoraret, sed quòd nullam ex eo utilitatem ad animæ salutem consequituros ipsos sciebat. Vnde etiam superius nulla certa pr.efinitione ad eos ita dixit: Vos autem baptizabimini spiritu sancto nō post multos hos dies. Quòd si queras, cur uel non statim spiritum demiserit, uel saltem certum aliquem terminum aduentus eius nō significarit: illud tibi sciendum est, nec statim post ascensum spiritum acceſſe, quòd majori postea desiderio excipcretur: nec ad certum diem, quòd solicii de aduentu eius discipuli, paratiſes; efficerentur.

Quæ pater posuit in propria potestate.

Aduertendum an hoc rerum humanarum pr.eſcriptionem, id est, fatalem necessitatem tollere uolentibus, non parū afferat argumenti. Nam cùm inquit, quæ pater posuit in propria potestate, fatum tollit. Sed si pater, etiam filius: omnia enim quæ sunt patris, filij quoq; eſſe manifestum est.

Sed accipietis uim superuenientis in uos spiritus sancti, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & usque ad extremum terræ.

Math. 10,

Quoniam antea pr.eceperat, In uiam gentium ne abieritis, &c. solis enim se missum esse ijs qui ex Israel erant; nunc uia cum his, & Samaritanis, & re-

liquis

liquis gentibus pr.edicationem cōmunicat, & simul in uniuersum orbem pietatis sermonem diffundendum esse pr.enunciāt, quòd enim inquit, Vsq; ad extreum terræ, quid aliud quām hoc significet, non video.

Et cùm hæc dixisset, uidentibus ipsis subleuatoris est.

Cùm abduxisset ipsis, auocassetq; à uana alia nugacitate, ne rursus eum interrogarent, statim ascensum in coelum aggressus est. Addit autem, uidentibus ipsis, propterea, quòd hac in re principium facti ad fidem ipsorum confirmandam præcipuā uim habuit: finis non ita. Atq; idcirco etiam duo illi uiri astiterunt, qui deuenisse ipsum in coelum docerent: ne que enim in finem usq; penetrare ipsorum uisus poterat. Sed in resurrectione contrarium euenit: principium siquidē in ea uisum non est, eò quòd, cùm et ipse qui surrexerat, uiuus conficeretur, & sepulchrum uacuum, superuacaneum id erat futurum. Finis tamē manifestus fuit, cùm uiuus ipsis apparuerit.

Et nubes ab oculis ipsorum eum suscepit.

Nubes Dominū suscepit, ut æqualem eum patri esse significaret: quippe cùm, Nubes & caligo in circuitu eius, de patre dictum sit. Præterea qui carnem assumpit Deus, nubis uehiculo uisus est: est enim dominus: Helias uero ignis. Hic enim utpote uniuersi 4. Reg. 2. dominus & propria potestate ascendens, nubē, que terrenum quoddam est, ac deorsum tendit, ad ascen-

stionem assumit, quippe cum non magis uehatur, que
hat. At Helias quia erat seruus, propterea curru, qui
eis esset natura ut sursum ferretur, indiguit: et equis,
qui accelerando ad superiora iter peragerent. Vnde
4. Reg. 2. de illo dictu est: Ascendit Helias in concussione tur
bine quasi in ccelum. De Domino uero dicitur, Euntes
ipso in ccelum. Duo autem uiri albis induiti tunicis, re
ditu Domini in ccelum confirmant, propterea quod pe
nes duos et tres testes certitudo uerbi constituitur.

Et cum intente suspiceret eunte ipso in cœ
lū, & ecce duo uiri astiterūt ipsis in ueste alba.

Angeli in hominum specie ob euidentiam appa
rentes, ex cognitione affectus ac formae uaticinātur,
ne prorsus eosturbarent, qui nouitate assumptionis
terrefacti iam erant.

Qui dixerunt: Viri Galilæi quid statis inspi
cientes in cœlum?

Viri uiri loquebantur, et tamen inter se cognati,
confunditalesque non erant.

Hic Iesus qui assumpitus est a uobis in cœ
lum, ita ueniet, quemadmodum conspexitis
ipsum euntem in cœlum.

Ne turbetur discipuli, et quasi abierit magister,
corpusque ei dissolutum evanuerit, sive aduentus eius
omnino in posterum priuentur, ac propterea alio a
lius pre timore dispergatur: idcirco assistunt uiri hi
duo, qui et ascensum eius in cœlum, et assumpti corpo
ris conseruatione permanzionemque ipsis declarant,

cum

cum inquirint: Hic Iesus ita ueniet rursus et. Cum ue
ro dicunt, Quid statim monent, ut omessa occupatio
ne hac in re, in Hierusalē abeant ex Domini præcep
to, qui dixerat, ex Hierosolymis ne recederent. Vn
de cum illuc acceſſent, atque essent adhuc ob magi
stri discessum atque absentiam subtrepidi, non per ur
bem diuerſabantur, sed in cenaculum ascendentis,
quasi in tutum atque occultum locum sese abdiderent.

Tunc reuersi sunt in Hierusalem ex monte
qui uocatur Oliueta, qui prope Hierusalem est
sabbati habens iter.

Sabbati iter, miliare unum est: nam sabbati iter,
ut inquit Origenes in quinto stromate, duorum mil
lium cubitorum erat spacium. Ac sanctum tabernaculum
atque arca, tantum in tentorium metatione spaciū oce
cupabat: tantaque loci distantia figere tabernacula co
sueuerant. Quod sane itineris spaciū sanctū taber
naculum adorare uolenti, sabbati die obire unicuique
licebat. Atque hinc die sabbati assumptionē hanc esse
factam Chrysostomus opinatur: idque ex eo significa
ri inquit, quod subiungitur, sabbati habens iter: ne in
sabbato longiori usi itinere uiderentur, quam quod
lex eo die faciendum præscribebat.

Quod cum ingressi essent, ascenderūt in cenā
culū, ubi cōmorabantur Petrus & Iacobus,
& Ioannes & Andreas, Philippus & Thomas,
Bartholomeus & Matthæus, Iacobus Alphæi,
& Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Hi omnes

unanimiter perseuerantes cum mulieribus & Maria matre IESV, & fratribus eius, orationi & obsecrationibus uacabant.

Petrus, soluens seu agnoscens. Iacobus, supplantator laboris. Ioannes, gratia Dei. Andreas, potentia speciosa, uel condemnatus. Philippus, os uiduarii, uel os lampadis. Thomas, abyssus, seu geminus. Bartholomeus, filius suspendens aquas. Matthaeus, donatus. Iacobus Alpheus, supplantatio. Simon zelotes, disciplina uitiae. Iudas Iacobi, confessio: hic etiam Thaddeus appellabatur. Discipulos nominatim enumerat ut eos ostendat ac declaret, quippe qui in passione ab errauerant. Iudas enim se ex Apostolorum coetu prorsus extruderat: at Petrus et permanxit, et a magis-

Ioan. 21. stro per ternam interrogationem reuocatus est. Si au-

Ioan. 19. tem Christi matrem accepisse Ioannem in propria ac sua scriptum est, cum Ioannes adesset inter Apostolos, ipsa quoque simul affuit. **A L I T E R:** Non temere discipulorum enumerationem facit: sed ut ostendat, qui ex ipsis interierint, et qui in errore et casu

Matth. 26. non persisterint. Petrus enim qui Christum negarat, amaris lachrymis crimen illud abluit: id quod ex eo

Ioan. 21. patuit, quod paulo post ei rationalis gregis cura co-

Ioan. 20. missa est. Thomas item qui non credebat, conrectan- do manibus uulnera et latus, incredulitatis malo sa- natus est. Ita ut cum reliqui omnes adessent, solus Iudas defecerit. Aderat item Maria uirgo deipara, propterea quod qui ea assumperat, acceperatque in pro-

pria

pria Ioannes, et fratres aderat. Vnde si Joseph sponsus uixisset, ipse quoque affuisset: praesertim cum nunquam, sicut alij ipsius cognati, de Christi dispensatione dubitarit. Sed iandiu proculdubio mortuus fuerat: nam neque tunc aderat, quando Iesum docentem inspicere atque alloqui cognati uolebant: quid enim inquit: Mater tua et fratres tui foris querunt te: non autem, pater.

Et in diebus his surgens Petrus in medio discipulorum dixit (eratque illuc turba nominum simul circiter centum & uiginti.)

Surgit Petrus, non Iacobus, tum quia feruenter, tum quia discipulorum praesidentia sibi commissam susceperebat. Accedit, quod mansuetus erat Iacobus, precibusque et quieti utilior, atque aptior, cum alij uidelicet rem tractarent, unde etiam Hierosolymitanus ei sedem concessere. Vide tamen quam omnia Petrus communie confusu, non imperiosus agat. Aderant autem centum et uiginti ex iis qui Domino crediderat: licet enim quingenti et septuaginta fuerint, quos uidisse Dominum afferit Paulus posteaquam resurrexit, **1. Cor. 15.** hic tamen non nisi tot numero fuerunt: quos uerisimile est selectiores fuisse, et seruentiores, atque huiusmodi, quibus arcana consilia crederentur.

Viri fratres oportebat impleri scripturam hanc, quam predixit spiritus sanctus per os Da Psal. 40. uid de Iuda, qui dux fuit iis qui Iesum comprehendentes, henderunt, quod nobiscum fuerit connume- **Ioan. 18.** ratus, & sortem ministerij huius sortitus.

Consolatur ipsos ex predictione: et non dicit, quam David dixit: sed, quam spiritus sanctus per os David. Quid uero id erat? Quae uidelicet in octauo et centesimo psalmo continentur, que etiam ipse paulo ulterius commemorat. Quod autem hic de Iuda inquit, uide quam mansuetè et minimè odiosè referat. Non enim ait, de scelesto Iuda, ac detestabili, sed simpliciter quod factum fuit, declarat.

- Matth. 27.** Hic quidem agrum sibi ex mercede iniustitiae cōparauit, & præceps deiectus crepuit medius, & omnia uiscera eius effusa sunt: id quod omnibus qui in Hierusalem habitabant, innotuit, ut ager ille propria ipsorum lingua Acedema, id est, ager sanguinis fuerit uocatus.
- Psal. 68.** Scriptum enim est in libro Psalmorum: Fiat commoratio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea: & præsidentiam eius accipiat alter.
- Psal. 108.**

Comparauit, non ad Iudam referens dixit: non enim ipse fuit qui emit agryū, sed sacerdotes pecunias quæ ab Iuda proiectæ in templo fuerunt: sed quia tandem mercedē eam proditionis lude tradiderant, ei agri comparatio ascribitur. Et quia ad sepulturā ager is assignatus erat, scriptura ea fuit expleta, que ait: Et cōmoratio eius deserta, quid enim sepulchris desertius est? Cum uero inquit, et prouis perqub, id est, pronus seu præceps effectus ac deiectus crepui, id est, discissus est medius, ostendit eum simulacrum Domini prodiit, ex nimia negligentia et ignavia

desperando, sine hoc defunctū fuisse, dum se se suspensus præcipitem deieciisset. Quanquam alij sunt, qui rupto fune quo suspensus fuerat, pronus ac præcipitem in terram eum delapsum fuisse interpretentur, atq; ita crepuisse. Alij superuixisse etiam aliquandiu post suspendi autumāt. Cū aut hæc de ipso post quadragesima dies cōmemoret, statim post præditionē contigisse ea ostendit. Cōmemorat aut hīc Petrus præsentē Iude miserā, propterea quod imbecilliorū animi præsentib; maximè moueri ac corrigi consueuerunt. Neg; auget atq; exaggerat peccatum, pruditorenum cum uocando, sed pœnam in quam incidit, dum quod passus est refert. Acedema autem agrum cum non ab Iuda, sed ab Iudeis uocatum fuisse asserit, cum inquit, Propria ipsorum lingua: quippe cum etiam ipsi Matth. 27 in iustè illud factum fuerint testificati.

Oportet igitur ex his uiris qui nobiscū conuenierūt in omni hoc tēpore, quo ingressus & egressus est ad nos Dominus I E S U S, à Ioannis baptisme incipiēt ad eum usq; diem quo à nobis astupitus est, ex his inquam unum testimoniū resurrectionis eius nobiscū fieri. Et statuerunt duos, Ioseph qui uocatur Barsabas, qui cognominatus fuit Iustus, & Matthiā. Et cum orasent, dixerūt: Tu domine cordis omnium cognitor, ostende quem elegeris ex his duobus unum, ut sortem ministerij huius & Apostolatus accipiat, ex quo Iudas præuaricatus est, ut in propriū locum abeat,

Communicat cum ipsis hoc, ne res in certamē uiat, in contentionemq; incident. Propterea etiam in principio, Viri fratres, inquit, oportet ex uobis eligi: multitudini iudicium commitens, ut simul & eligendos uenerabiles reddat, & se se ab aitorum inuidia absoluat. quodq; hoc oporteat fieri, Prophetæ testimoniū adducit, qui ait: Et præsidentiam eius accipiat alter. Ex quibus autem hoc faciendum est? Ex iis nimirum, qui ex conuentu cum ipsis mora temporis experimentū sui exhibere potuerunt. Quocirca neque ex probis dixit, ne alios contumelia afficeret uideretur, atq; offendiceret. Addidit autem, A Ioannis baptismate, propriea, quod ca que ante faeta fuerāt, nemo ex ipsis uisu & presentia nouerat, nisi solus ille qui eos elegerat, sed sp̄itu itū tantum per ceperant. Testem uero resurrectionis dixit, eò quod diuinitatis Iesu summa ea præcipue est: miraculorum enim que ante passionem fecerat, etiam ex infidelibus qui inspexerant, multi erant testis. At enim explere Apostolorum numerum studebant, ne magistri elelio quasi manca & de rurcata relinqueretur. Negantem multos statuerunt, sed duos tantum ea de causa, ne simili ex ea electione essent reprobati, maior inter ipsos tristitia suboriretur. Barsabas & Iustus nomina uel distinctionis sunt, uel studij. Opportune uero cordium cognitorem uocant: neq; dicunt, eligere, sed ostende electū: quippe cùm omnia cognita & definita ante etiam quam quippiā cogitemus, apud

Deum

Deum sint. Sortem appellat, seu hereditatem, ut totum esse Dei benignitatis, & electionis significet. Quin & ueterū etiam meminit, quod & Leuitas Do Num. 18. minus ita fuerit sortitus. Et definitè ministeriū prescribit, ministerij huius, subiungēs, eò quod alia quoq; ministeria inter ipsos erant. At cùm propriū inquit, uel de suspicio intelligit, quo per proditionē dignum se reddidit, in quodq; abiit Iudas: uel de loco, in quem expulso Iuda alter sibi proprium, præsidentia eius accepta, erat successurus: ut sensus sit, Ostende utrum elegeris, ut in proprium locum beat.

Et dederunt sortes ipsorum, & cecidie sortes in Matthiā, & is undecim apostolis cooptatus est.

Cùm nondum integrè essent perfecti, sorte & nō signo eum qui dignus sit, agnoscent. Reprobata autē sortes non est. Nam si in Iona uim habuit, ubi ignobiles & uulgo homines sortitionē fecerunt, quid in sanctis, & qui orationibus & precibus rem cōmiserant, cōfessendum est? Si enim illorum rectus animus solus eas direxit, diuinorum uirorum recta sententia multo magis efficere id potuit.

De diuino spiritu sancti in die quinquagesima in credentes descendit, ubi varijs linguis loquuntur Apostoli: & Petrus de passione & resurrectione & assumptione Christi, & dono spiritus sancti ex prophetis commonitionem facit: tria milia ludeorum baptizantur. Cap. II.

ET dum completeretur dies pentecostes, erant

B

omnes unanimiter in eodem loco: & factus est repente de celo sonus tanquam flaminis uiolenti quod deferretur, repleteque totam domum ubi confidebant. Et inspecte sunt ipsis dispersitatem linguae quasi ignis: inseditque supra unumquemque ipsorum: & repleti sunt omnes spiritu sancto, & loqui diuersis linguis coepérunt.

Dum completeretur dies Pentecostes, id est, quinagesimæ: hoc est, dies qui est ad pentecosten, atque ipsam efficit, & terminat: circa ipsum festum, quando iam erat tempus ut tempestiuæ spirituali meſi falx iniiceretur: quando ob festum multi aderant ex iudea etiam qui ipsum cruci affixerant, ut sui sceleris atque homicidij conuincerentur. Repente autem sonus, & non absq; manifesto sensu spiritus aduentus, & de celo effectus est, ut & repentina accessu terrefaceret, atq; exturbaret magis omnes, ad concursumque excitaret, & sensu miraculum calumnia liberaret: Nam si, licet hoc factum fuerit, admirabilem hanc rem in ebrietate referebant, quid fecissent, si absq; evidenti sensu contigisset? De celo autem cum multo impetu & sibilo uenit, hoc enim significat *avòs Brasia*, id est, flammen uiolentum seu flatus: ut ostendat, eius qui assumptus fuerat, & diuinæ potentiae opus id esse, non se-

Exo. 14. cus atq; in Rubro mari austri uiolentus spiritus. Repletè uero in omnibus his particularis quæ similitudinem notant, tanquam, & quasi, posuit, ne de spiritu ipso sensibile aliquid existimetur. Repleteque totam do-

mum spiritus, lauacri uicē subiens: propterea quod promissum fuerat, in spiritu & igne eos esse baptizandos. Adde quod abundantia quoq; et uehemētie argumentum id fuit. Sed ignis tamen domum non replevit, ne prorsus uidētes exturbaret, atq; in fugam concitaret, ita ut nihil haberet, quod de his quæ potesta effecta sunt, testificaretur. Dissertatur in linguis igneis spiritus, & supra unumquemque insidet, ex illis uidelicet centū & uiginti, qui in domo morabantur: quippe cum gratia paracleti & cōsolatoris in diuersa dona distributa ex una esset radice, opusque esset lingua quæ magnifica Dei opera prædicaret, & instar ignis aduersariū omne consumeret. Specie uero ignis apparuit, propterea quod spiritus Deus est: ut *Ioan. 4.* eandem naturam habere is demonstraretur cum patre, qui à Moïse hac specie in rubo fuerat conspectus. *Exod. 3.* Supra unumquemque autem insidet, ut stabilitatem & firmitatem ostendat. Nam quod inquit, insedit, permanit, & inibi requieuit, cōmoratusque est, significat. Aduertendum uero est, cum uni tantum homini erat agnoscendus, specie columbe in caput Christi descendens à Ioanne suisse conspectum: quando autem tota multitudo erat conuerienda, quasi ignem ea specie apparere, quam antiquitus de Deo Hebrei percipere poterat, Deum esse ignem consumentem intelligentes. Illud quoq; animaduersione dignum, quod cum in oratione & precibus & mutua charitate perseuerabant discipuli, tunc spiritus sanctus ipsis accesserit.

Prout ipfis dabant spiritus, ut ex tempore loquerentur.

Extemporarie enim loquitiones erant, quas diversis linguis proferebant.

Erat autem in Hierusalē habitāres Iudæi, uiri religiosi ex omni gente earū quae sub cœlo sunt;

Religiosos ipsos fuisse argumēto est, quod relīctis patriis, omīssisq; possessionib; suisq; domibus, in Hierusalem habitare sibi proposuissent, ut ex patria legē ter in anno uenire in conspectum Dei possent.

At uoce hac facta conuenit multitudo, & confusa est, propterea quod sua quisq; loquela loquentes illos audiebant: stupebantq; omnes, & mirabantur inter se, dicentes, Nōnne ecce omnes hi qui loquuntur Galilæi sunt? & quomodo audimus singuli propria nostra loquela in qua nati sumus? Parthi & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudeamq; & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiām & Pamphyliam, Aegyptum & partes Libyæ circa Cyrenem & aduenæ Romani, & Iudæi, & proselyti, Cretenses & Arabes, loquentes ipsos audimus magnifica opera Dei: stupebantq; omnes, & dubitabat inter se dicentes: Quidnam hoc sibi uult?

Confusa est multitudo, id est, turbata est, atq; id merito: sibi enim ea molesta existimabant, cum ea contra Christum audacter perpetrassem, conscientiag; animi ipsorum agitarentur. Atq; impij quidē & qui

ceteri

cēdē cōmiserant, hac de causa conturbabantur: at religiosi mirabantur, quod ipsos cū esse Galileos agnoscerent, patriis cuiusq; linguis loqui audiret. Apostoli uero magnifica & admiranda Dei opera se dice re quidē sciebant, quib; tamen linguis ea diceret, ignorabant: sed qui audiebant uiri religiosi, puta Scythæ, aut Indus, Scythicè aut Indicè eos loqui percipiebat.

Alij uero deridentes, repletos eos musto esse dicebant.

Erant etiam nonnulli ex ijs qui intelligebant, ab ictiōes fortasse atq; è uulgo homines, qui in ebrietatem ea quæ fierent, deridendo referebant. Nam si nō intelligebant, quo pacto ebrietati rem adscribere potuissent? Sin loquentes intelligebat, dices fortasse, quo modo deridere audebant? propterea sane, quod uitium ex nimia & excedente improbitate existens, nihil aliud quam solam ipsam peruersitatem inducit, ut qualibet causa excogitata, quomodounque id quod præsens est, semper repudiet. quēadmodū etiam cūna Christus miracula ficeret, de facto ipso ambigere minimè poterant, sed Beelzebub principi dæmoniorum Matt. 12. rem furij incitati adscribebant. Gentium autē, quæ Iudeis erant inimicæ, mentionem fecit, Cretensem, Arabum, & aliorum, quorū linguis loquentes Apostoli signum faciebant, se eos omnes fide esse superaturos. Sed ubique profecto una cum uirtute uitium quoq; reperitur: religiosi enim admirabatur, isti deridebant. Vide quæso irridentium amentiam: reple-

tos eos musto esse inquiuit, cum tamē eius nondū esset tempus. Pētecostē enim erat, quo tēpore mustū nondū reperitur. Mustū siquidē propriē, est dulce quod ipso torculari defluit uinum. Adde quod hora diei erat tertia, in qua inebriatos fuisse homines, pr̄esertim in periculis & terroribus confitutos, uerisimile non erat. Restat igitur ut impudentie istorum hoc attribuamus, cum dicerent musto A postolos fuisse repletos. Impudentia enim solum id querit, ut quomodo cung; contradixerit, rationi consentanea nō spectet. Quinetiam absurdius quoq; illud est, quod cum ceteri admirarentur, qui erant Iudei, Romani, proselyti, ex ijs fortasse qui cruci Christum affixerant, gentesq; ferè omnes linguis eos suis loqui confiterentur ac p̄edicarent, nonnulli inuenti sunt, qui irridèrent.

A L I T E R : Quod musto repletos esse Apostolos dixerint, ex calumniantium qualitate est. Mustum enim dulce est uinum, quod cum tenacitate dulcedinis repentina in causa cerebri repletionē exhalationis efficiat, ad ebrietatem magis est opportunitum. Sed qui irridebat, intelligebant' ne ea quæ dicebantur, nec ne? Si enim non intelligebant, locum habere derisio non poterat: nam indistincta blateratio temere prolata, quid molestare atq; offendere aliquem potest? Vnde planè intelligere quidē etiam ipsi, pr̄esertim cum prop̄e alios haberent qui rem in miraculum referebant, sed maligne tamen carpere ac uituperare, sicut mos peruersis est, censendi sunt.

A L I T E R :

TER: Intelligebant quidem, sed ijs quæ dicebantur, (magna enim & admiranda opera Dei erant) nō delectabantur. Mos enim uulgaribus est, ut cum nō placent sibi ea quæ dicuntur, insaniire ac dæmone uexari eum qui loquitur, opinentur, ac iactent. Quemadmodum in Christo, cum miracula esse intelligeret, ea quæ fiebant, celebrareq; ea deberent, è contrario quasi à Matt. 12. Beelzebub fierent, carpebant.

Stans autem Petrus cum undecim sustulit uocem suam, & loquutus ipsis est: Viri Iudei, & qui habitatis Hierusalem uniuersi, hoc uobis notum sit, & in aures admittite uerba mea.

Superius procreationem p̄ se fert Petrus, ubi multitudini electionem eius cōmittit, qui undecim esset ascendens: hic fiduciam ostendit, cum beneuolos minimè haberet auditores, sed & irridentes, & subfannantes, & clamantes, ipseq; esset & priuatus, & literarum imperitus. Quomodo enim quod nūc rum pat in uocem, non supra hominem existimandum est? Cum undecim autem inquit, ut cōmuni consensu & uoce omnium eum loqui, testesq; assisteret undecim ipso ijs quæ dicebantur, significet. Sustulit uocē, hoc est, multa cum fiducia uocem altius emisit, ut statim à principio gratiam spiritus possent agnoscere. Qui enim antehac ignobilis puellē interrogationem nō tolerat, is in medio populo, clamantibus omnibus, adeo intrepidi concionatur, ut indubitatum hoc resurseret argumentum maximè fuerit.

Matt. 26.
Mar. 14.
Luc. 22.
Ioan. 18.

Nō enim sicut uos existimatis, hi ebrij sunt.

Non dixit, Ut uos irridetis, sed, ut existimatis: mutata in mitiorem modum oratione. Non uult enim paulam malignitatem ipsis statim exprobrare, sed paulatim ita eos ad conuerzionem & pœnitentiam præparare studet.

Cum sit hora diei tertia. Sed hoc est, quod Iоel. 2. dictum est per prophetā Iоel. Et erit in nouissimi diebus, inquit Dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij uestrī & filiæ uestræ, & adolescentes uestrī uisiones uidebunt, & seniores uestrī insomnia somniabit. Et quidem in seruos meos & seruas meas in diebus illis de spiritu meo effundam, & prophetabunt, & dabo prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & uaporem sumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam ueniat dies Domini magnus & illustris. Eter Rom. 10. omnis qui cuncti inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Cum sit, inquit, hora diei tertia. Sed quid hoc non ne potest quispiam hora diei tertia inebriari? Sed non ad hoc spectat: non enim illi ita de ipsis sentiebāt, sed irridentes & carpentes dicebant. Quod autem hora tertia haec facta fuerint, non temere contigit: quippe cum tunc splendor ignis ostendatur, quando negotijs, neq; prandio occupati homines sunt: quando

do

do clara dies est, quando omnes in foro reperiuntur.

Hoc igitur cum prius attentiores audientes reddiderit Petrus, deinde prophetā loëlis producit, nusquam Christi facta mentione, neq; miraculorū, quorum ipsi fuerant inspectores: neque quod ex promissione eius haec euenerint. Nam si hoc dixisset, omnia subvertisset, omnesq; ad lapides in se coniiciendos concitasset. Quocirca patrem prius adducit, qui per prophetam hec ipsis promiserat: atq; ut tollat inuidiam, nō Apostolis solis inquit promissa ea fuisse, sed omni carni, quae uidelicet sincerè, & ex affectu crediderit. Non enim, ut inquit, qui dicit mihi Domine Domine, sed Matth. 7. quid una cum optima uite traductioe facit, acceptus est Deo. Hoc tamen non addit, quod faciliorē ex leuiorem promissionis sermonē efficiat, cum solam inuocationem nominis Domini ad salutē sufficere ostendat. Cum uero inquit, sanguinem & ignem, & uaporem sumi, & solem in tenebras conuertendū, de futuro iudicio intelligit: sed prius tamen de Hierosolymis eorumq; captiuitate accommodatius dicta sunt, ex miseria affectuq; eorum qui patiebantur, præfertim cum etiam Iosephus multa huiusmodi ante Hierosolymorū conuersionem præcessisse cōmemoret. Lunā uero in sanguinem conuertendam esse, ingentem cōdem significat: quippe cum ea terræ uincior, idq; ex sanguinis exhalatione contrahere posset. Cum uero inquit, Ante ueniat dies Domini magnus & illustris, euenturis malis eos terret, accōturbat. Ne enim, ait, quia impu-

Rom.10. iungit, cùm ait: Et omnis quicunque inuocauerit nōmen Domini, saluus erit. Hoc autem Paulus de Christo esse dictum afferit. Nunc tamē Petrus, cùm opportunum id non esse uidetur, orationem hanc suam disponens pr̄termisit.

Viri Israélitæ audite uerba hæc: Iesum Nazarenū uirum ex Deo demonstratū inter uos potentijs et prodigijs & signis, quæ per ipsum Deus in medio uestrū fecit, sicut & uos ipsi noſtis: hunc destinato consilio, & præcognitione Dei deditum capières per manus impiorū cùm cruci affixissetis, interemistis: quē Deus fuscitauit, parturiginibus mortis solutis, quatenus ab ea detineri illum impossibile erat. David enim **Psal.15.** in ipsum ait: Præuidebam Dominū in conspectu meo semper, quòd à dextris meis sit, ne agiter. Propterea lètatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea habita-bit in spe. Quoniam non deseret animam mēā in inferno, neq; dabis sanctum tuum ut corruptionem uideat. Notas fecisti mihi uias uitæ, replebis melætia cum facie tua.

Posteaquām superius eos uehementer perfrinxit, nunc remittit ipsos ac relaxat, non adulando, sed sedando, remissioneq; dignos ducendo. Vnde etiā ex ordio

ordio uititur, & progenitorem David cōmemorat, ne, quia Iesum in oratione præposuerat, ipsos turba ret. Prophetæ enim nomine subiuncto statim audito, acquieuerunt. Si uero nomen solius Iesu clamantibus ipsis protulisset, confessim ipsos offendisset. Propterea neq; Credite, dixit, sed Audite, quo minus molesta oratio sit. Ideo etiā de Iesu humilius loquitur. Iesum enim inquit Nazarenū, à uili patria ipsum nominans: deinde, demonstratum, quasi non in ambiguo constitutum, sed demonstratum ex operibus quæ per ipsum fecit Deus, quòd à Deo esset. Quamuis enim Deus opera ea fecerit, per ipsum tamen ea fecit, & in medio uestrū, non clām, neq; in angulo, sed testificantibus uobis. Vbi autem ad crucis scelus commemorandum iam progressus est, liberare ipsos eo co-natur, dum inquit, Prædestinato consilio Dei: simul & uoluntariam eius passionem, & prædestinatis eos fuisse obsequitos ostendens. Sed quamuis eos libe-ret, à crimine tamen non prorsus absoluit: infert enim, Per manus impiorum interemistis: per manus uidelicet Iudeæ & militum tamen interficiisti. Nam si qui egerunt, impij & iniusti fuerunt, illi quoq; pro culdubio qui interemerunt, ita fuisse censendi sunt. Vbi ita inuictus in ipsos est, ipsosq; in hunc modum corripuit, sensim ad reliqua & illustriora de-scendere audet, cùm inquit, Quem Deus fuscitauit solutis parturiginib. mortis: cō quòd mors, dum eum contineret, parturiebat, & quasi grauib, doloribus

- Psal. 17.** afficiebatur. Parturigines enim, id est, à Alveo, hoc est, dolores partus uetus scriptura pericula appellat et calamitates, ut in eo: Parturigines inferni circundaverunt me. Cum uero inquit, Quatenus ab ea coniuerteri illum impossibile erat: magnum atq; admirandum eius opus declarat, quod nō amplius moriatur. Post haec adducit etiam prophetam David, sicut ante dictum est, non in se, sed in ipsum, id est, Christum, hec dicere: et hic quoq; ab humilioribus, humilioremq; in modum prophetiam proposuit, ut pote ad eos qui introductione, atq; institutoria oratione indigerent. Quatenus impossibile erat, &c. Ipse enim dicitur:
- Ioan. 10.** xii: Nullus tollit animam meam à me, sed ego ex myselfo pono eam, & rursus ego sumo eam.

- Viri fratres, licet cum fiducia dicere ad uos
s. Reg. 2. de patriarcha David, quod & defunctus fuerit, & sepultus, & sepulchrum ipsius usq; in hodiernum diem apud nos sit. Propheta igitur cum esset, sciretq; iure iurando iurasse sibi Deū de fructu lumbi ipsius confessurum in folio ipsius, quantū ad carnem resurrectū esse Christum præuidens, de resurrectione Christi loquutus est, quod destituta anima eius in inferno non fuerit, neque caro ipsius uiderit corruptionem. Hunc Iesum suscitauit Deus, cuius omnes nos testes sumus.
- Psal. 131.**

Vbi prophetiam complevit, ab alio rursus exordio a spicatur, Viri, inquiens, fratres. Quod enim magnum aliud dicitur est, exordio quod cœciliat,

APOST. CAP. II. 29

ut consueuit, fratresq; uocat. Non secus & Stephanus, Fratres, inquit, & patres audite: Deinde subdit, Licet cum fiducia dicere de patriarcha David: qua in re nibil offendit, sed multa utitur modestia. Nam ita simplici modo dixisset, hec non de David, sed de Christo dicta fuisset, affer audientib. uisus fuisset, magisq; eos in iram incitasset, quam obtemperantes reddidisset. Nunc uero multa prius cum ueneratione de beato David loquutus, eos ita preparat, ut de Christo fuisset illud testimonium, non difficulter admittat. Ac tota quidem oratio in hunc modum disponitur. Nam cum inquit David defunctum fuisse & sepultum, non adiungit, non resurrexisse, sed sepulchrum eius apud nos usq; in hodiernum diem esse: quod idem est ac si non resurrexisse eum dixisset: quod cum fecit, neq; ita ad Christum deuenit, sed rursus David ipsum commendat, cum inquit, Propheta igitur cum esset: ut ex ueneratione erga eū, & genus quod ab eo est, orationē de Christi resurrectione admittant. Neque dixit, promisisse ipsi Deum, sed quod maius est, & inuiolabile, iurasse. Quod uero, quantum ad carnem, ait, Christum quoq; esse Deum, & semper similis cum patre esse denūciat. Patri aut omnia attrahit, ut tunc ea quae dicuntur, admittant. Sed quo modo in folio ipsius cōsedit? In eo sane, quod omnibus Iudeis & gentibus dominatur in fidem & cultum eius cōprehensis. Quod autem neq; caro ipsius uiderit corruptionē, resurrectionis mysterium magis declarat.

Dextera igitur Dei exaltatus, promissio-
nē spiritus sancti accepta à patre, effudit huc
quem uos uidetis & auditis. Non enim Da-
uid in celos ascendit.

Rursus patri quod effectum est, attribuit: quippe
cùm ita se auditores conciliaturum atq; illecturū co-
gnosceret. Cùm dicit autem, exaltatus, & de as-
sumptione innuit, & in cœlis eum esse significat: un-
de etiam quòd in cœlis sit, non aperte explicauit. Po-
straquam igitur eō processit, ut signorum eius &
resurrectionis mentionem fecerit, postea subiungit, ef-
fudit. Nam cùm à principio patrem, non Christum,
promisisse hoc per Ioëlem prophetam dixisset, ubi
admirabilia Christi cōmemorauit, fidenter iam eum
effudisse ait: ut Ioëlem cùm inquit, effundam, non
de patre, sed de Christo dixisse significet. Promis-
sione autem spiritus sancti accepta inquit, uel qua

Ioan. 15. ipse nobis discipulis promisit, cùm dixit: Cùm uene-
rit consolator, quem ego mittam uobis à patre: uel
Ioan. 12. qua pater ante passionem ipsi promisit, cùm inquit:
Et glorificauit, & iterum glorificabo. Promissionem
tamen patri attribuit, rem ipsam obumbrás, quòd ab
auditoribus facilius suscipiatur. Quaecunq; enim di-
xerit alius, nisi ad id tendant quod consert, frustra
& incassum dicuntur. Hic autem crucem non solum
ipsum nō diminuisse, sed clariorem etiam reddidisse
ostendit: quippe cùm quod per Ioannem Baptistam

Matth. 3. ante crucem pater promiserat, cùm ait, Ipse uos ba-
ptizabit

ptizabit spiritu sancto & igni, hoc post crucē dedit.

Dicit autem ipse: Dixit Dominus domino Psal. 109.
meo, sede à dextris meis, donec posuero ini-
micos tuos suppedaneum pedum tuorū. Cer-
to igitur sciat tota domus Israël, quòd Domi-
num & Christum ipsum Deus fecerit hunc Ie-
sum quem uos crucifixistis.

Non amplius quippiam reformidat, quippe cùm
ex dictis fiduciam habeat. Sed quid inquit: David dī-
cere, Dixit Dominus Domino meo: atq; ita ipso Da-
vid sublimiorum eum reddit. Nam si David Domi-
num ipsum uocat, multò minus ipsi idem facere dedi-
gnabuntur. Quin terorem etiam ipsis incutit, dum
inquit, Donec posuero inimicos tuos exc. Et ne fides
his non adhibeatur, patri subiectionem hanc attri-
but. Cæterū magna quoq; hec rursus in humilio-
rem modum exponit, cum ait: Certò igitur sciat to-
tus Israël, quòd Dominum & Christum eum Deus
fecerit. Fecerit autem, pro, confituerit, & ordinariit,
non pro, essentiam dederit, positū est. Sublimius ue-
rò de Christo dixisset, quod antedictis magis effet cō-
sentaneum, hoc modo: Certò igitur sciat omnis I-
sraël, quòd à dextris patris sedeat.

Hæc cùm audiuisserint, compuncti sunt cor-
de, dixeruntq; ad Petrum & reliquos Aposto-
los: Quid faciemus uiri fratres?

Cùm concionē hanc modestè ita & mansuetè tra-
gasset, in compunctionem ipsos induxit. Compuncti

Sunt autem, id est, turbati et affecti animo sunt, scilicet ipsos damnatione dignos agnoverunt: unde etiam maiori liberationem querunt, et familiariter atque amicis fratres eos vocant, quos paulo ante subannabat. Neque ex aequalitate hoc nomine uitatur, quasi ipsis se adaequent, eos fratres appellando: sed catenus, ut conciliationem atque amicitiam praeseferant. Nam quia Petrus quoque incipiens orationem ita eos vocauerat, inde etiam ipsi huiusc compellationis occasionem sumpserunt.

Petrus autem ad illos, Poenitentiā, inquit, agite, et baptizetur unusquisque uestrum in nomine IESV CHRISTI, in remissionem peccatorum: et spiritus sancti donum accipietis. Vobis enim & filiis uestris promissio est, et omnibus qui longè sunt, quoscunq; dominus Deus noster aduocarit. Alijsq; uerbis pluribus testabatur, & hortabatur, dicens: Salutificamini a genere hoc distorto. atque illi quidem libenter oratione eius admissa baptizati sunt: & addita sunt die illo animarum circiter tria millia. Perseuerabant autem in doctrina Apostolorum, & cōmunicatione, & fractione panis, & precibus.

Quasi os cōmune omnium Apostolorum propositus Petrus, Poenitentiam agite, dicit, et baptizetur unusquisque. Non credat inquit, sed baptizetur: hoc enim in Christum credentium fundamentū est. Hoc igitur primum faciendum esse censet: deinde ad fundamentum

fundamentum finem adiungit, quod est donum spiritus sancti: eò quod per hæc media fides existat, atque emicet. Cum uero inquit, Vobis enim & filiis vestris promissio est, & omnibus qui longè sunt, et qui sunt propè: doni abundantiam significat, quod nō solum ipsis, uerum etiam filiis sufficiat: quim et in gentes quoque superabundet. Hoc enim indicat, quum ait, Et omnibus qui sunt longè. Si uero ihs quisum longè, multò magis proculdubio uobis qui propè estis, exhibebitur. Vide autem tunc eum fidem gentium significasse, ubi compunctos, et seipso damnantes cognovit: anima enim inuidere non amplius potest, cum seipsum damnat.

Contigitque omni animæ timor, & multa prodigia & signa per Apostolos facta sunt. Omnesque credentes simul erant, cunctaque habebant communia: & possessiones & facultates uendebant, distribuebantque omnibus, prout cuiusque opus erat, unanimiter in templo quotidie perseuerantes.

Non enim quasi uiles aliquos eos contemnebant: sed quia uehemens erat Petrus dum desuper flueret, et futura per promissiones ostenderet, merito timore afficiebantur: quippe cum uerbis facta etiam attestarentur. Quemadmodum enim in Christo quoque prius signa præcessere, deinde doctrina subsequuta est, postea miracula: ita etiam

nunc. Cum autem possessiones uenderent, et distribuerent, prout quisque indigebat, non temere id faciebant, sed cum dispensandi ratione pro dignitate unicuique diuidebant. Atque id, unanimiter perseverantes, non uno die, aut duobus, sed quotidie, et uno consensu et animo. In templo autem assidebant credentes, utpote cum studiosiores effecti, nulla alia re ex religione erga locum, quam templo ipso occupari uelent.

Frangentesque in domo panem, cibum sumebant in exultatione & simplicitate cordis, laudantes Deum, & habentes gratiam apud totam plebem. Dominus autem eos qui salui fierent, Ecclesiae quotidie adiungebat.

Dominum nunc templum uocat, in eo enim comedebant. Frangentes panem autem inquit, ut uilem ac parabilem uictus eorum modum significet. Panem enim frangentes sumebant cibum, non delicias quarebant: atque ita uitam ex fide componebant, ac moderabantur, atque amicè se habebant ad totam plebem. Quanvis enim pontifices ob inuidiam ipsis essent infensi, apud populum tamen gratiam habebant: id autem ex eleemosyna qua erga ipsum utebantur, et pura conuersatione ostendebatur. In cordis autem simplicitate, id est, humilitate, et affectione, dum nihil sublimè de se cogitarent, nihilque ex beneficijs et eleemosynis quas faciebant, gloriarentur: id quod maximè

Xime Iudaicum erat, quemadmodum ex iactante [Luc. 18](#) Pharisæo perspicuum est.

De claudi curatione, et Petri super ea re ad Israëlitas monitione, et exhortatione ad penitentiam:
Cap. III.

SIMVL autem Petrus & Ioannes ascenderunt in templū ad horam orationis nonam.

Multa erat inter hos duos unanimitas et amicitia: quippe cum huic in Domini passione innuerit Petrus, ut magistrum interrogaret: et rursus ad sepulchrum simul cucurrerint: et de ipso rursus Petrus Christo dixerit, Hic uero quid? Ascendebant autem in templum, non quod adhuc Iudaïsum sequeretur, sed utiliter ad infirmitatem aliorum se se demittentes accommodabant, ut curato clando in templo multos qui uiderant, testes haberent: multi enim illuc ob loci uenerationem conuenterant. Cum uero horam etiam indicat, semper eos orationibus et precibus uacare ostendit. Templi etiam meminit, ut utrisque, et tempore uidelicet et loco, ea que scribit, confirmet. Cum uero multa alia miracula ab Apostolicis fierent, ut qui haec scribit Lucas, superius dixit, nullum ex illis nominatim commemorat: sed id tantum scribit, ex quo omnes cōmoti sunt. Illa enim fortasse uel quia uidebatur parua, negligebat: uel quia non iactantie causa opus hoc conscribebat.

Et quidam uir qui claudus ex utero matris suæ erat, baiulabatur, quem ponebant quotidie ad ostium templi quod dicitur Speciosum, ut eleemosynam ab ingrediéribus in templum peteret. Is quem uidisset Petrum & Ioannem qui ingressuri erant in templum, rogabat ut eleemosynam acciperet. Intuitus autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit: Respice in nos. Ille uero intendebat in eos, sperans se aliquid ab eis esse accepturum.

Cur nomen claudi non refert? Propterea, quod neq; Apostoli illud norant: prorsus enim ignotus ipsis homo hic erat. Atq; id effectum est, ne ex obsequio & affectu sanationes facere uiderentur: ne ue aliqua simulationis suspicio uel apud impudentissimos quosq; subesse posset, quod in gratiam Apostolorum aliqui ex eorum familiaribus se sanos esse factos simularent. Sed cur post sanationē nomen eius non didicerunt? eò quod oculum ipsis non erat, ut in rebus nullam utilitatem afferenti- bus occuparentur. Sed qua de causa antea nō ad ductus fuit ad Christum, ut sanaretur? Fortasse quia qui assidebant templo, infideles erant: quippe cum neq; ad Apostolos eum adduxerint, licet ipsos ingredientes uiderent, & talia miracula se- cisse cognoscerent. Claudum autem ex utero matris hunc suisse omnes qui in templo erant, scie bant: unde quia hoc conspicuum erat, ne nominis quidem

quidem proprij eius curam habebant ad eum cōpellandum. Sed morbi appellatio nomen quoque eius superabat: laetioq; ipsa ex præcipua notione in nominis uicem abierat. Quum multa autem miracula, ut diximus, ab Apostolis fierent, non adducebant tamen ipsum curandum ad Apostolos, sicut neque ante ad Christum Iudei, uel ob iniuidiam, uel ob infidelitatem: cum nondum eos tanta miracula facere posse existimarent.

Petrus autem dixit: Argentum & aurum non est mihi, sed tibi id do quod habeo.

Hoc nihil prorsus pecuniarum possedisse eos ostendit: non enim, quod nos sæpe dicere consueuimus, nunc non habeo, dixit: sed, non est: quod prorsus nō subesse ipsi ullam pecuniam declarat.

In nomine I E S V C H R I S T I Nazareni, surge & ambula. Et apprehēsa eius manu dextera, excitauit eum, & protinus cōfirmatae sunt plantæ eius & tali: & exiliens constitit, & ambulabat, & unā cum ipsis in templum ingressus est, ambulans & saliens, & laudans Deum: uiditq; eum omnis populus deambulantem & laudantem Deum. agnoscēbantq; illum esse eum qui ad eleemosynā ad Speciosum ostium templi confidebat: ob idq; quod ipsi contigerat, admiratione ac stupore repleti sunt.

Id quod Christus sæpe faciebat in ijs qui imperficius erant affecti, dum non uerbis tanum

turaret, sed etiam attingeret, id nunc Petrus quoq; facit: simulq; dum ipsum excitat, resurrectionis mysterium confirmat: & ea de causa, ne casu aut sponte id factum esse uideretur. Exiliebat autem ubi surrexit, aut qm̄ non credebat: aut quia tentabat an stabilius & firmius collare plantas posset: aut quia neque sciebat deambulare. Quod uero inquit, agnoscabant illum: propterea addidit, quia post miraculum ignorabatur: id quod etiam in cæco ab ortu coniegit. Nos quoq; de ijs qui uix agnoscuntur, tali uti loquitione consueuimus. Ambulans & saliens: Vnde ex saliendo meritò ignorabatur is qui ante non modò erat tardus, uerum etiam ad ingredendum aliorum auxilio indigebat.

Cum uero claudus qui sanatus fuerat, Petrum & Ioannem teneret, concurrit ad eos omnis populus in porticu quæ uocatur Salomonis, stupore correpti.

Tenebat Apostolos post sanationem, uel ex benevolentia, ut quasi laudes ipsorum prædicaret, seruatoresq; suos omnibus monstraret: uel suspicatus si eos dimisisset, rursus se à morbo corruptum iri; tantisper enim liberatum se esse à morbo existimabat, quamdiu ipsos continuisset, eosq; attingeret, præsertim quia etiam Petrus apprehensum ipsum tenendo sanum reddiderat. In porticu quæ uocatur Salomonis. Hæc sola enim porticus

porticus reliqua erat ex fabrica Salomonis: nam templum incendit Nabuchodonosor, Cyrus Per-
sa extruxit.

4. Reg. 25.
1. Esd. 1. &
4. & 5.

Viri Israelitæ quid admiramini ob hoc? aut quid in nos oculos defigitis, quasi propria potestate, uel pietate fecerimus, ut hic deambuleret?

Appellatio Israëlis duplíciter sumi potest: in laudem ab Iacob, cui diuine obediencie causa Israëlis cognomenum attributum est, ab humi repenitibus ad cœlestes & diuinas & intelligibiles sublimitates traductum: in uituperium ab exitu seminis eius ex Aegypto, quod difficile, & inobedientis, & exacerbationis plenum fuit. Vtique uero modo sumptum nomen Israëlis, ipsis afferit uel dedecus, si non obediuerint Deo, ut ipsorum progenitor: uel perditionem, ut qui ex Aegypto promissa sorte non fuerint seruati. quorum utrung; per hoc nomen significatio facit, ut ad alterum emulandum, ad alterum uero fugiendum similis perniciei metu excitentur. Atq; hec quidem concio maiore fiducia plena est, non quod in superiori timuerit, sed quia tunc cum infensi esent & proterui, audire non sustinuerint. Propterea illam incipiens conversionem ipsis ab exorto preparat, cum inquit: Hoc uobis notum sit, & in aures admittite uerba mea. Hic nulla huiusmodi preparatione indiget: non enim desides amplius erant, sed signum claudi omnes ipsis

Gen. 32.

conuerterat, timorisq; et stuporis plenos reddiderat. Sed uide, quo modo gloriam quæ ex hoc signo ipsis eueniebat, diminuendo ac rei sciendo, nihil magni de se loquatur: quippe cum, si in preclarè a se factis quispiam humiliter se gerat, ac loquatur, auditorem magis conciliare consueverit. Idcirco etiam ipsis contempta humana gloria, magis se gloriosos reddebat, cum non humatum, sed diuinum factum esse id ostenderent. Cum enim inquit, Quasi propria potestate: non humana, sed diuina potestate sanatum fuisse hominem declarat. Nazarenus igitur Deus est, cuius nomen eum sanauit.

Deus Abraham, & Isaac, & Iacob, Deus patrum nostrorum puerum suum I E S V M glorificauit, quem uos tradidistis, & negastis in cōspectu Pilati, quum ille dimittendum eum iudicasset: uos autem sanctum & iustum negastis, & uirum homicidam petiistis condonari uobis, autorem uero uitæ interfecistiis, quem deus à mortuis excitauit, cuius nos testes sumus.

Mat. 27
Mar. 15
Luc. 23
Joan. 18

Adhuc humiliora persequitur et de se et de Christo: de se, cum inquit, non propria potestate miraculum se id fecisse: de Christo, cum addit, puerum: qui enim ex se glorificatus est, additionem gloriae non admittit. Qum igitur et se et Christum humiliarit, Iudeorum cōtra Christum scelus auget, neque id offuscet, ut prius. Id autem facit,

facit, ut magis eos conciliet: quanto enim magis pœnae obnoxios eos ostendit, tanto magis fit ut doleant, seq; ipsos Christo subijciant. Cum uero ait, Quem uos tradidistis, & negastis: duo criminia objicit: nam et Pilato tradiderunt ad necem, cum dicerent, Nobis interficere quempiam Ioan. 18.19 non licet: et negarunt cum clamarent, Non habemus regem nisi Casarem. Adde quod cum Pilatus, qui Græcus erat, et neque signum ullum a Christo uiderat, neq; prophetas de Christo audiuerat, absoluere ipsum uellet: ipsi pauci id non sunt, qui et Christum ipsum miracula facientem saepe uiderant, et prophetias de ipso sibi explicatas cognouerant. Dum uero ait, Homicidam petitis, acriter admodum potuisse eos Christum absoluere, comprobat. Nam si effecerunt ut homicida, qui culpe erat obnoxius, absoluueretur, nonne multo magis insontem liberare potuissent? sed ipsi è contrario sontem eripuerunt, insontem interficiendum tradiderunt. Autorem autem uitæ cum inquit, ipsum seipsum suscitasse Christum ostendit. Neq; resurrectionem prophetarum testimonijs confirmat, sed suo et cætus Apostolorum, quia iam autoritatem et fidem apud ipsos habebant. Posteaquam uero accumulato crimine uehementer molestarat, rursus remitti orationem, ad pœnitentiamq; ipsos inuitat, quod uide licet ex ignorantia id egerint, quodq; id quod ab

initio fuerat constitutum, prophetarumq; uaticinio prænunciatum, præteriri nō potuerit. Vbi autem hucusq; processit, nominatim etiam pœnitentiam necessariò sumendam monet, quō & peccata ipsorum deleantur, & ex pœnitentia & bona operatione, perpetua bona consequi ualeant.

Et in fide nominis eius, hunc quem spectatis & nos tis, nomen ipsius confirmauit.

Hoc est, quid dico credens in nomine eius firmatus est: imo prius quam crediderit, nomen solum inuocatum ipsum confirmauit: tantam gratiam nomen infundit. Nondum enim crediderat, sed sola nominis inuocatio totum opus effecit.

Et fides quæ per ipsum est, integratatem hanc coram omnibus uobis ipsi dedit.

Ioann. 17 Quæ nam fides sit quæ per ipsum prædicata est, ipse exponit: Ut cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Ne enim aliquis dicat: Ergo etiam si infidelis nomen eius inuocauerit, nihil minus sanatio succedet, si modo sola nominis inuocatio hunc confirmauit, ac corroborauit: idcirco subiungit, Et fides quæ per ipsum est: perinde ac si dicat, magnum quidem nomen est, sanationesq; efficiens, sed animas tamen requirit quæ dignæ esse gratia queant. Nam si ab infidelibus nomine inuocetur, infidelisq; manus sit, qui sanatione indiget, nihil huiusmodi efficiet. Quod uero inquit, Nomen eius ipsum confir-

confirmauit, sublime ac perfectū est: & si ibi constitisset, Iudeos exasperasset. Cum uero subdit, Et fides quæ per ipsum est: rem humilem reddit. Ita enim alia rei naturæ attribuens, alia affectui & facultati auditorum accommodans, humilia sublimibus ut admittantur, commiscet.

Et nunc fratres ex ignorâlia uos fecisse scio, quemadmodum etiam principes uestros. Deus uero quæ prænunciauit per os omnium prophetarum suorum passurum esse Christum, ita impleuit. Pœnitentiam igitur agite, & conuertimini, ut deleantur peccata uestra, cum uenerint tempora refrigerij à facie Domini.

Noui, inquit, ex ignorâlia hoc uos egisse, propterea quod plerosq; uestrum conuerti, ac uelle esse saluos video. Sciebat enim non ex ignorâlia egisse, sed ita inquit, ut aditum ad pœnitentiam eis aperiat. Vnde inquit, Pœnitentiam agite: non de illis quæ perpetrarunt circa crucem sceleribus, in ignorantia enim illorum fuisse eos iam asseruit, sed de alijs peccatis intelligens. At cum ait, Tempora refrigerij: in afflictiones multas eos incursuros, bellaq; esse subituros significat: quippe cum ad eum qui ploraturus sit, consolationemq; desideret, oratio huiusmodi conueniat. Cum uenerint, inquit, refrigerij tempora, id est, temporibus refrigerij quæ à facie Domini, hoc est, ex diuina & paterna substantia disposita

posita ac preparata esse ostendit. Neque enim uerisimile est, eos qui in passione Domini commeliose ita se gesserunt, meritam retributionem non fuisse consequutos: quam sane Romani exercitibus Vespasianus & Titus in eos intulerunt, qui in Iudaica contra Christum rabie perseuerarunt, qui non modò ciuili sua administratione fuerunt priuati, uerum etiam post metropolis sua & templi euerstionem, uagi per totum orbem disper si errant: siq; usq; ad corruptibilis huius uitæ con summationem perseuerarint, nullum unquam refrigerium adipiscentur: tunc enim Christi de cœlo aduentus unicuiq; pro merito laborum præmia distribuet. Eorum igitur quæ tunc euenerint, notionem Iudeis nunc insinuat, ut illorum metu in maiorem pœnitentiam inducantur.

Et miserit eum qui antè prædicatus uobis est,
IE S V M C H R I S T V M : quem cœlum susci pere oportet usq; ad tempora restitutionis om nium, quæ Deus per os omnium sanctorum suorum Prophetarum à seculo loquutus est.

Vide quomodo ordinatè progrediatur. In pri ma concione resurrectionem, & in cœlos ascen sum & confessum Christi significauit: hic de man ifesto eius aduentu mentionem facit, quem tem pus refrigerij uocat, in quo resurrectionis no stræ tempora declarantur: quæ & Paulus inquirit, cum inquit: Et nos qui in tabernaculo hoc sumus

sumus grauati ingemiscimus. Si quis uero refrigerij tempora ad euerstionem & captiuitatem Hierusalem referat, nihil obstat quo minus intelligi ad eum modum etiam posset: nam eos etiam afflictionis & captiuitatis illius dies, propter electos truncavit atq; abbreviavit Christus, ut credentes refrigerium inuenirent, & à uehementi il la miseria & neceſſitate seruarentur. Cum autem superius dixisset, Deus uero quæ prænunciauit, &c. nullum e scriptura exemplum de crucifixione subiunxit, propterea quod cum unumquodq; ex ipsis multis cum criminationibus, punitioneq; ipsorum dicatur, tristitiam auditoribus maiorem attulisset: id quod facere minimè uolebat. Simplicius item de Christo loquitur, auditorum humili atque abieco adhuc sensui accommodans orationem. Nam ad id quod uisui expositum est in Domino, id est, ad humanitatem eius missio de cœlo: ad futurum autem, eius in cœlum suscep tio spectat. Quem enim, inquit, oportet cœlum suscipere. Sed susceptus iam erat assumptionis tempore: quocirca dicendum est, ipsum hic uel rudius loquutione usum fuisse, quemadmodū in epistola, ubi de Christo ita inquit: Accipiens enim potesta tē à Deo patre, uoce ipsi de cœlo allata. Ibi enim Accipiens, pro accepit, positum est, sicut ad sententiæ perfectionem orationis constructio requirit. Quare etiam hic cùm inquit, Quem oportet suscipi-

Mat. 24

2. Pet. 1

ter suscipere, dixit pro, quæ oportebat. Vel quia non ab omnibus assumptio in caelos fuerat inspecta, Idcirco ipsos sua ipsorum opinione uti permittit. Sed cum dixerit tamen cœlum ad susceptionem eius qui missus fuerat paratus esse, dum inquit, Quem oportet cœlum suscipere: filium esse eum significat, et coæternum patri, et à patre missum inde ubi simul cum patre uiuebat, ut pote filius, et unigenitus: et indubitate in cœlum ascensurum, ut pote qui de cœlo descenderit, et rursus in patriam sedem absq; ulla refragatione rediturum: et unde ex dispensatione descendit, illic rursus in solio confessurum: ut et filius et cœlestis confirmetur, et demonstretur idem rursus de cœlo esse expectandus. Atq; ut hæc clarius cognosci queant, ad Mosen et Prophetas Deu.18 eos relegat. Moses enim inquit, Prophetam suscitat uobis Dominus Deus noster sicut me. Et David, Psal.71 descensum eius de cœlo, pluiae in uellus descendenti comparat. Atq; absolute, cum ad prophetas ipsos referat, rursus consolatur, quasi, si prophetis obtemperauerint, licet non natura, gratia tamen filios etiam ipsos futuros ex magnifico eius qui exhibet, dono: nam filium etiam natura habet. Eius autem qui natura est, et eorum qui sunt adoptione filij, maxima differentia est: hi enim ex spirituali prophetarum institutione in filios fuerunt adoptati, ille naturali habitudine filiationem

filiationem extollit ac magnificet. ALITER: Quod inquit, Quem oportet cœlum suscipere: positiū est pro, quem cœlum suscipere necesse est, utpote qui Deus sit. Cur igitur non dixit, quem cœlū suscepit: sed hoc quasi de superioribus temporibus loquatur, ita protulit. Cum uero ait, Usque ad tempora restitutionis: causam refert, cur nunc non ueniat: restituenda enim, inquit, et ad finem deuentura omnia sunt, et tunc postea ueniet.

Moses quidem ad patres dixit, Prophetam Deu.18. uobis suscitat dominus Deus noster ex fratribus uestris sicut me: ipsum audietis in omnibus quæcumque loquutus ad uos fuerit: eritis, omnis anima qui prophetam illum non audiuerit, de populo disperibit.

Quid est quod inquit, Sicut me: hoc sane, quia sicut Moses in Aegypto, ita in Bethlehem nascitur Christus: sicut ille Israëlia, ita hic quantum ad carnem: sicut ex genere sacerdotali ille, ita hic ex David per uirginem: sicut Pharao contra illum, ita contra hunc Herodes: et sicut Pharao Luc.2 infantes interficiédos præcipit, ita Herodes quoque: masculos Pharao, Herodes quoque: masculos. Mat.2 tollit: ex qua internicione sicut Moses per matrem, ita per matrē Christus et cum matre seruit: ille in fiscella apud fluuium, hic in Lyco urbe Mat.2 Aegyptia, que apud eundem fluuium sita est: ille ab alienigena Pharaonis filia, hic ab alienigena similiter

similiter Pharaonis urbe educatur. Atq; hec dico non ut dominum seruo comparem, sed ut tempus & modum conferam, & ueritatem in umbra describam.

Et omnes etiam prophetæ à Samuel, & qui deinceps loquuti sunt, dies quoque hos annunciarunt.

Gen. 12 Subintelligendum quoque hic est, Ad patres nostros: ut sit sententia huiusmodi: Et omnes quicunq; ad patres nostros loquuti sunt.

Vos filij estis prophetarum & testamenti, quod disposuit Deus ad patres nostros, ad Abraham dicens: Et in semine tuo omnes familiae terræ benedicentur. Vobis primum Deus cum suscitarit filium suum, misit ipsum qui benediceret uobis, ut auertat se unusquisq; ab improbitatibus suis.

Vos ejtis, inquit, filij prophetarum: quasi diceret, ne timeatis, neq; putetis à promissionibus uos esse alienatos: uos estis filij prophetarum, quare uobis haec dixerunt, & facta haec propter uos sunt. Sed uos quidem filij estis prophetarum, hic filius Dei est, substantia patris particeps, qui & illos sui participes reddidit. Vos estis filij prophetarum & testamenti, id est haeredes: nam si filij sum, haeredes quoq; sunt: haeredes autem non recenter ascripti, sed iandiu, utpote filij. Atq; ut ostendat quantum ad adoptionem attinet, si modo etiam

dò etiam ipsi uoluerint, haeredes ipsos quoque perinde ac filios esse: uobis, inquit, tanquam filijs filium suum Deus misit: misit quidem etiam alijs, sed uobis primum: neq; id tantummodo, sed etiam primum, id est, præcipue illis qui cruci ipsum fixerunt & interfecerunt. Sed quando & non nunc solum, sed & ante crucem, tantumq; facinus, & post resurrectionem. Vnde inquit, Vobis primum, cum suscitarit filium suum, ut quid faceret: ut benediceret, et saluos faceret uos, si modo etiam uos à uitij & improbitatibus uestris uelitis auerte-re uos, ac recedere.

De pontificum iniidia ob miraculum: & Petri & Iohannis comprehensione: tum corundem dimisio-
sione, facta comminatione, ne amplius Chri-
stum prædiceret: de oratione ab ecclesi-
a facta eam ob rem facta, & gratia-
rum actione ad Deum.

Cap. IIII.

CVM uero ipso loquerentur ad populum, superuenerunt ipsis sacerdotes, & dux tem-pli, & Sadducæi, dolentes quod docerent popu-lum, & in IESU resurrectionem ex mortuis an-nunciarent: manusq; in ipsis iniecerunt, po-sueruntq; in custodiā in crastinū: erat enim iam uespera. Multi uero qui sermonem audi-uerant, crediderunt.

Vide quomodo res dispensantur. Primum om-nes simul irridebantur: deinde ubi in concioni-

bus claruerunt, & miraculum postea magnum ediderunt, tunc iam ubi fiduciam conceperant, Deo ita permittente, in pericula incident, certaminaq; experintur. Sed hac in re Iudeorum impudentie incrementum considera. Nam cum in Christo aliquem qui eum ipsis traderet, quæsiuisserent, nunc post crucis scelus audaciores effecti manus ipsi iniiciunt: secumq; ducem militum habent, ut rursus facta haec publico alicui crimini ascribant, non quasi priuatum aliquid uindicent, id quod ubiq; facere student. In conspectu autem multitudinis Apostolos uinciunt, ut uideibus etiam terorem incutent. Sed res est contrario cœsit: multi enim qui sermonem audiuerant, crediderunt. Vides diuinam operationē? nam cum eos etiam qui ante crediderant, confundari, ac timidores reddi uerisimile esset, Petri tamen concio spiritu sancto composita animam audientium ita perculerat, ut etiam alij denuò ad fidem intrepide conuerterentur. Separatim autem ipsis examinant, ne ex libera eorum loquitione & fiducia, audientes lucrarentur.

Euasitq; numerus uirorum circiter quinq; millia. Factum est autem, ut in castinum principes ipsorum congregarentur, & seniores, & scribæ in Hierusalem, & Anna pontifex, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & quicunq; è pontificali genere erant.

Quinque

Quinq; millia hic ex Apostolorum prædicatione & miraculis credunt. Propterea enim in quinq; millionum esurientium multitudine eis prædixerat Christus, date illis uos ut comedant: quæsi diceret, quinq; uirorum millia etiam uos post hoc fide saturabitis.

Cōstitutosq; eos in medio interrogabant: In qua potētia uos, aut ī quo nomine hoc fecistis?

Nouerant quidem, nam dolentes quod in Iesu resurrectionem annunciant, ipsis comprehenderant: sed interrogant, eo quod ipsis iudicio & multitudine terrefactos negaturos esse sperabat: atq; ita se omnia hoc modo posse corrigere opinabantur. Vide enim quām uersūtē interrogant. uolebant siquidem ut Apostoli suum potius id opus, quām Christi potētia esse cōfiterentur. neq; præterea claudi curationem nominant. neque enim quid sit id, exprimunt, sed, hoc fecistis, dicunt.

Tunc Petrus spiritu sancto repletus ad eos dixit, Principes populi, & seniores Israel, si nos hodie dijudicamur de beneficio hominis infirmi, in quo iste saluus factus sit: notum sit omnibus uobis, totiq; populo Israel, in nomine I B S V Nazareni, quem uos crucifixistis, quem Deus ex mortuis excitauit, in eo hunc corā uobis sanum astare. Hic est lapis à uobis edificatus nihil factus, qui in caput anguli euasit. neq; est in alio quopiam salus. neq; enim nomē

Psal. 117

Mat. 21

Mar. 12

Luc. 20

Esa. 28

t. Pet. 2 aliud est quod datum inter homines sit, in quo
Rom. 9 saluos nos esse oporteat.

Principes populi ex dignitate plebeæ turbæ: seniores Israël ex doctrina & intelligentia, qua à terrenis ad diuinam populus attollebatur. In duo enim hec auditorum cœtum diuisit, eò quod alij intelligere ea quæ dicebantur, ex equo non possebant, sed leuiter & superficietenuis ea perciperet: alij exactius & profundius in animum ea quæ enunciarentur, admitterent. Quoniam igitur, inquit, quasi ordini cui præfecti estis, prouisuri nos hodie in questionem & disquisitionem ob beneficium homini infirmo & debili collatum inducere uoluitis, et non ex ipsa re admiramini, neque uenerationem illi exhibetis, cuius nomine bonum hoc effectum est (adeò peccatum in uobis abundant) quid post hac faciendum est? nónne quasi profundo torpore sopitos excitare uos debemus, uobisq; & populo aperte manifestare, hunc in nomine eo saluum esse factum? etc. Nomen autem pro existimatione & gloria sumit, non secus ac **Psal. 8 Psalmista, cùm inquit: Quàm admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. quæ sanè existimatio, inquit, adeò apud uos uiluit, tantoq; contempui habita est, ut nō modò uenerabilem eam non iudicaueritis, uerum etiam ipsum cui hoc nomen est, sionum ac maleficorum morti tradideritis. Nazarenum uocat à loco ex quo natum esse ipsum**

sum opinio erat, humiliora etiam hic de Christo commemoratis: ut planum faciat, nullam humanam uilitatem ueræ gloriæ detrimentum afferre, si modò perspicax sit, qui rem ipsam intuetur. Vnde etiam in eorum ignominiam apud quos est sermo, ubi inquit, Quem crucifixisti, statim subiungit, quem ex mortuis excitauit. Quis excitauit? Deus. Nam quia inuidentes uos statueratis turpisima maleficorum morte gloriam miraculorum eius inutilem reddere, atq; obruere (dicebat **Ioan. 11**) quid facimus, quia homo iste multa signa facit? cruci uestræ resurrectionem obiecit, quis? Deus, qui ipsum suscitauit. Patri uero resurrectionem attribuit, tum quid omne diuinum opus, exceptis ijs quæ personales ineffabilis Trinitatis notas præ se ferunt, commune est: tum ut hinc etiam Deo ipsos aduersari ostendat. propria enim potestate id Christum fecisse ita aperte dici non commode poterat, præsertim apud homines qui ad sua ipsorum facta commendanda erant incitati, ita ut etiam Dei iustitiae subiecti non fuerint. In hoc igitur nomine, inquit Petrus, hic sanus **Rom. 10** adstat. quem dum ait adstante, erexit quoq; fuisse eum significat. Cum uero subdit, hic est lapis, non ad claudum, sed ad Iesum Christum referit: cuius nomine claudus corroboratus est. qui quidem lapis à uobis quidem qui ad ædificationem constituti estis, nihil fit & cōtemnitur: in capue

Psal. 117

tamen anguli domus ipsius fidei euasit, utrosque parietes, id est, populum ex Iudeis & ex Gentibus in unius fidei consensum copulans ac connectens. Vide uero, cum inquit, neque in alio quopiam est salus, Psalmicum illud dictum explicat,

A Domino facta est haec, cōnexio scilicet & coniunctio salutaris, quam unusquisque non ex alio quam ex solo angulari lapide consequitur. Neque enim nomen aliud est, hoc est, gloria uenerabilis, nisi sola haec in Christum angularem lapidem fidet, quae omnes alias superexcellit, quippe cum ex ipsa sola salus data hominibus sit.

ALITER : Cum nondum a prioribus temptationibus respiratione Apostoli, in alias ex dispensatione inciderunt. Primum enim omnes quasi ebrij essent, irridebantur, eò quod linguis, quarū erant ignari, loquebantur. Deinde in pericula incidunt: sed neque id tamen statim deinceps, sed ubi prius in concionibus claruerant, & quasi ad fiduciam exercitati ex claudi miraculo fuerant, Deo maxime ita permittente: postea certamina experuntur. Vide autem Iudeorum malignitatem. In Christo aliquem qui eum traderet, quæsuerunt: hic ipsi audacieores post crucem effecti, manus injiciunt, unde etiam duce templi, qui custodiæ templi fuerat prefectus, ad hoc utuntur, ut in publicum crimen, non in priuatum, rem ipsam, ut mos ipsi est, referat. Non statim autem inuesti contra

tra Apostolos sunt, questionesq; in eos exercuerunt Iudei, eò quod uestra iam occuparat. Atq; ipsi quidem uersutè dilatione illa utebantur, cum sperarent se in terrorem Apostolos custodia esse industuros, atq; ita mitiores reddituros. Sed Apostolis dilatio ex dispensatione in bonum ceſit, ut alacriores ad resistendū efficerentur. Quintam dum in conspectu multitutinis uinciunt, & clam interrogant, summam frāudem præse ferunt, quo uidelicet & in conspectu multitutinis eos qui uinciendi essent, terrorerent, et in iudicio quasi delinquentes examinarent: atque id separatim, ne cum fiducia illis respondentibus, qui audirent, ob miraculum conuerterentur. In quali autem potentia id fecerint, interrogant, cum tamen sciant: quomodo enim ignorabant, qui eo quod Christi resurrectionem annunciatib; eos comprehendebant? Id tamen faciunt existimantes timore iudicij eos esse negaturos, omniaq; sibi, si ita interrogarent, esse successura: dicuntq;, In quali potentia hoc fecisti? quasi id non Christi, sed sua potestate efficerint. Neq; nominatim claudi mentionem faciunt: ea enim re adeo cruciabantur, ut ne nominare quidem sanationem uellent. Atq; idcirco Petrus respondet, In nomine Iesu Christi Nazareni, quem uos crucifixistis, quem Deus suscepit, & cetera. cum uili patria passionis quoque & resurrectionis commemoratione facta.

humilia enim ob excellentiam resurrectionis gloriantes prædicamus. Vbi his uerbis ipsos corripuit, testimonia etiam ex scriptura subiungit, de lapide uidelicet angulari, quæ superius à nobis declarata iam sunt. Aduerte tamen, quando docendum est, eos prophetias etiam adducere, sicut in prima concione: quando uero tantummodo cum fiducia loquendū est, afferunt: nam, Neq; nomen, inquit, aliud est quod datum inter homines sit, &c. de quo iam diximus. Non deducunt autem ad Pilatum Apostolos, quemadmodum Christum ante, quia erubescabant, & uerebantur ne ex his, illa quoque quæ contra illum fecerant, redarguerentur.

Spectantes autem illi Petri fiduciam & Ioannis, & cùm homines esse ipsos illiteratos & imperitos comperissent, admirabantur, agnoscabantq; ipsos quòd cum I E S V fuissent: cumq; uiderent hominem cum ipsis stantem qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere. Cùm iussissent autem foras è concilio ipsos sedere, conferbant inter se dicentes: Quid faciemus hominibus his: signum enim notum omnibus habitantibus Hierusalem per ipsos effectū esse, perspicuum est, neque negare id possumus: sed ne latius diffundatur in populum, comminemur ipsis, ne amplius in nomine hoc cuiquam loquantur: aduocatisq; ipsis præceperunt, ne omnino in nomine I E S V loquerentur, aut docerent.

docerent. At Petrus & Ioannes respondentes ad ipsos dixerunt: An iustum sit coram Deo, uos audire potius, quam Deum, iudicate: quæ enim uidimus & audiuimus, non loqui non possumus. Illi uero insuper minati eos absoluunt, cùm non inuenirent quomodo ipsos punirent ob populum, quia omnes ob id quod factum fuerat, Deum glorificabant: annorum enim erat amplius quam quadraginta homo, in quo factum sanitatis id signum fuerat. Absoluti igitur illi ad suos deuenerunt, quæc ipsis pontifices & seniores dixerant, annunciarunt.

Non ambitionis & gloriæ causa hæc enarrant, sed ut gratiæ Christi argumenta manifestent.

Quod cùm audiuisserint illi, unanimiter uocem ad Deum sustulerunt, & dixerunt: Domine, tu es Deus qui fecisti cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt: qui per os David pueri tui dixisti.

Vide quam exquisitè atq; opportunè horum preces efficiantur. Quando enim rogabant, ut qui dignus apostolatu esset, demonstraretur, ita praecatur: Tu Domine, quod es, leuer, id es, princeps atq; autor, cordis cognitor omnium: præcognitione enim ibi erat opus. Quando uero hic aduersiorum ora obstruenda erant, clamant: Domine, id es, Monter, quasi dicas, here: & quasi ab ipso pœcta requirentes prophetiam in medium adducunt: simul, ut sibi quoq; consolationem af-

*ferant, quod frusta etiam contra se & inaniter
hostes meditentur.*

Psal. 2 *Vt quid fremuerunt gentes, & populi me-
ditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & prin-
cipes congregati sunt simul contra Dominum
& contra Christum eius. Congregati enim reue-
ra sunt contra sanctum puerum tuum I E S V M
quem unxisti, & Herodes & Pontius Pilatus.*

*Quæ nam gentes fremuerunt contra Christum?
Iudæorum uidelicet. Quamvis enim Iudæi essent
omnes, ex diuersis tamen erant gentibus, in qui-
bus erant dispersi.*

Cum gentibus & populis Israel.

*In Hierusalem Hebrei cum Caipha & Anna,
populi cum Pilato.*

*Vt facerent quæcumq; manus tua, & consi-
lium tuum fieri prædestinarat.*

*Hoc est, non ipsi potuerunt, sed tu es qui omne
id permisisti, & ad finem perduxisti, qui potens
& sapiens es. Conuenerunt enim illi ut inimici et
hostes animo cædem inhiantes, ea tamen fecerunt
quæ tu voluisti. A LITER : Idem significat
manus & consilium: cui enim potentia adeat, con-
silio opus non est. Quæcumq; igitur à principio
statuisti, ea facta sunt. A LITER : Manus
hic omnia cum ratione & opportune à Deo ad-
ministrari significat, propterea quod sola quoq;
natura composita rationalis, quæ non alia quam*

homo

*homo est, manu plerunq; uti ad maximè necessar-
ia exequenda consuevit.*

*Et num, Domine respice ad minas ipsorum,
& da seruis tuis ut cum omni fiducia uerbum
tuum loquantur, dum manum tuam ad sana-
tionem extendis, & signa & prodigia per no-
men sancti pueri tui I E S V efficiuntur.*

*Animaduerte orantium mansuetudinem: non
enim precatur Deum, ut perdat ipsos ac deiciat,
sed ut ad minas eorum respiciat: detq; seruis suis
ut cum omni fiducia loqui uerbum eius posint,
dum extendit manum, id est, dum inuicta sua po-
tentia eos protegit. Hic enim inexpugnabilem
potentiam manus significat, quemadmodum quo
quæ ibi: Manus tua gentes in perniciem induxit. **Psal. 42**
Oratio autem hæc ab Apostolis fit, non ut mole-
stias deprecentur, sed pro Euangelici præconij
prospero successu. Non enim dixerunt, libera
seruos tuos: sed, da seruis tuis ut cum fiducia lo-
quantur.*

*Cumq; hi precati essent, agitatus locus est
in quo erant congregati, repletq; omnes spi-
ritu sancto sunt. & uerbum Dei cum fiducia
loquebantur. Multitudinis autem eorum qui
crediderant, erat cor & anima una: nemoq;
erat qui aliquid eorum quæ possidebat, pro-
prium esse diceret, sed erant ipsis omnia com-
munia.*

Ioan.13 Signum quodd exauditæ eorum preces essent, terræmotus est: tametsi quandoq; etiam ire indicium est. Quod autem spiritu sancto repleti sunt, id ostendit, totos ipsos diuini spiritus, qui datus ipsis fuerat, fuisse effectos, à carnalibus his serè penitus abstractos: uel quia resuscitati sunt, reaccensatq; in ipsis gratia fuerit. Vnde etiam neglegentis corporis periculis cum fiducia & libere loquebantur, ex quo cor & anima ipsis unum efficiebatur, & ex intellectualibus uidelicet moti-
nibus, & ex uitalibus. Intellectualis enim motus nunc cor significat, quippe quod primum in animalis constitutione subsistat. Hoc siquidem innuit, cor & animam, id est, intellectum & animam seu uitam in his ad unum & eundem bonum ac Deo gratum finem simul tendere ac ferri. Intellectualis enim indicium est, cum pericula negliguntur: uitalis, cùm circa corporis necessaria adeò exacta diligentia seruatur, ut paucis quibusdam, quæ ad uitam traducendam satis sint, possessori exhibitis, cætera omnia indigenibus suppediten-
tur. Amor enim hic mutuus ex magistri quoque spōfione ipsis inerat, ex eo quod dixerat, In hoc cognoscet omnes uos meos esse discipulos, si charitatem inter uos habueritis. Idecirco siebat, ut unusquisq; proximum tanquam seipsum esse existimans, nihil ex ijs quæ haberet, sibi priuatim reseruaret, sed in communem usum omnia expo-
neret.

nèret. De motu autem ex quaßatione loci illud quoq; intelligi potest, quod terræmotus ille con-
tigerit, ut sicut infideles & minantes terreface-
ret, ita animaret & in alacritatē Apostolos indu-
ceret: quippe cùm in principio necessaria quoq;
huiusmodi signa ad confirmandos eos essent.

Et magna potestate Apostoli resurrectionis Domini I E S V testimonium reddebat, gratiāq; magna erat apud omnes ipsos, quippe cùm neq; indigus quispiam inter ipsos esset.

Cum inquit, reddebat, quasi recepisse ipsis aliiquid ostendit, & quasi de debito loquitur. Ex signis enim & prodigijs diuinam uirtutem ac po-
tentiam esse eum qui resurrexerat ex mortuis, ma-
nifestabant. Ex mutuo uero amore magna gratia
inter ipsos existebat: cùm enim aliiquid proprijs
sibi uendicaret nemo, efficiebatur ut nullus inter
ipsos indigeret: id quod ad eius imitationem pro-
culdubio factum uidetur, de quo dictum est: Ape-
ris tu manum tuam, & reples omne animal be-
nedictione. *Psal. 144*

Quicunq; enim possessores erant agrorum & donorum, uendentes afferebant precia eo-
rum quæ uendebant, & ad pedes Apostolorum statuebāt. Distribuebatur autem singulis, pro-
ut unicuique opus erat.

Quod ad pedes Apostolorum precia statue-
bant, & non ad manus, multum honorem, mul-
tamq;

tamq; reuerentiam eorum qui ea adducebant, significat: ob idq; non in manus ea tradebant, ut do minos eos & dispensatores facere uiderentur, ut pote qui ex communibus cellis, & non ex priuatis, per manus expenderent: Præterea hoc quod ad pedes hæc apponebantur, sicut uenerationem ipsis afferebat, ita in opiam eorum qui alebatur, uituperio vindicabat: tanquam enim ex communi promptuario distribuebant.

Ioseph uero cognominatus ab Apostolis Barnabas, hoc est, filius consolationis, leuita, Cyprus genere, cum haberet agrum, eo uendito pecunia attulit, & ad pedes Apostolorū posuit.

Prius commemorat eum qui recte se gesserat, id est, Iosen, ad maiorem Anania redægutionem: quod cum tot essent qui ea ficerent, & tanta signa, & tanta gratia inter eos, nullius exemplum fuerit sequutus. Ioseph autem Barnabas cognomen tum ab Apostolis in uirtutis misericordis testimoniis impositū fuit. Is cum esset Leuita, Cyprus genere erat: quia lex iam soluebatur, & ex Iudea quocunq; uolebat quipiam, habitatu migrabat. Barnabas uero ex Iudea lingua in Latinam explicatum, filium consolationis & misericordie significat. Estq; hæc narrationis de Anania & Sapphira perniciose facto quedam quasi præparatione. Nam hic quoque cum ad imitationem Ioseph agrum uendidisset, neq; postea fine sic ut principio

pi

pio cor responderet, usus fuisset, imprudenter si bi perniciem attulit.

De Anania & Sapphira ob defraudationem precij agri à Petro morte mulctatis: de apostolis in carcerem conieclis, & ab angelis nocte educitis ad predicandum I E S V M: ubi rursum eos capitos in concilio pontificum Gamaliel exemplis adductis dimittendos horae tatur, & flagris caspi dimittuntur.

Caput V.

VIR autem quidam nomine Ananias cum Sapphira uxore sua possessionem uendidit, & fraudauit de precio, conscientia etiam uxore sua: & cum attulisset partem quandam, ad pedes Apostolorum posuit.

Omnino enim satanico furore plenus erat is, qui cum propria incitatione & non ex necessitate et ut i Chriſtum elegisset, statim ubi incœpit, feruidam hanc ad bonum motionem refrigerauit, & rem totam perdidit. Tria autem hic simul signa existunt: occultorum cognitionis in meditationem animi terroris incusio: & post hæc occisio ex mandato.

Petrus uero dixit: Anania, cur impleuit satanas cor tuum, ut spiritu sanctu falleres, & de precio agri defraudares: non ne manes tibi permanebat, & uenditus in potestate tua erat: quidnam rem hanc in cor tuum induxit: non mentitus es ho-

es hominibus, sed Deo. At cum audiret hæc uerba, Ananias cecidit, & examinatus est. & timor multus in omnes qui audiebant, est exortus. Surgentes autem iuuenes cōposuerunt ipsum, & cum extulissent, sepelierunt.

Ananias cur impleuit, &c. Num, inquit, iniuitos uos trahimus? ut quod sponte à uobis in Dei oblationem dedicatum fuerit, rursus in uestros usus absumatis? id quod proculdubio sacrilegium est, unde etiam sacrilegorum poena affecti sunt, quæ est mors. Nam cum inquit, examinatus est, id est, *βίουσφ*, quod refixit, significat, & aruit, mortuum esse ostendit, uitali prorsus humore priuatum. Nam contrà, *ἀπόδει*, uiuus apud ueteres dicitur, quod humidum significat.

Quasi trium horarum spatium intercessit, & uxor eius facti ignara ingressa est. Petrus autem ei respondit: Dic mihi, tanti'ne agrum uendisti? Ipsa uero ait, profecto tanti. At Petrus ad ipsam dixit: Quid inter uos conuenit, ut spiritum Domini tentaretis? ecce pedes eorum qui uirum tuum sepelierunt ad fores, & efferent te.

Animaduerte Petrum minime eam uocare, sed expectare, ut ipsa quando uult, adueniat, ea causa, ut & penitendi, & non impudenter ingrediendi, copiam ei faceret. Accessit autem eorum quæ uero suo contigerant ignara, propterea quod enunciare ea ipsi timore & ueneratione magistri

nemo

nemo ducebatur. Nam horarum trium spatium ut in multis factum id diuulgaretur, satis esse poterat: sed timor uidelicet coercebatur: hæc enim etiæ Euangelista Lucas admirans, utraq; hæc posuit, & horarum trium spatium, & uxoris ignorantie. Cum uero Petrus interroget quanti agrum uendidissent, ipsi ueniae præbet occasionem: quasi non in ipsius, sed in mariti potestate uendere & defraudare situm fuerit. At ubi cum uiri fraude consentientē eam deprehēdit, simili poena quoq; eam multat: quippe cum diuinarum rerum contemptus mansuetū etiam atq; ira uacuum in iram incendere confueuerit. Confirmatio huiusc rei *Num. 15* ex Mose etiam peti potest, qui cum esset mansuetissimus, lignantem tamen in sabbato lapidandum esse censuit: & tamen illic mandati uiolatio in officijs exequendis conspiciebatur, hic sacrilegium commissum est. Deo enim dedicata ad pauperum alimoniam, ipsi in suos superuacuos usus expenderant. Nam necessitatibus facere poterant, si ex ijs que in communī cella reposita fuerant, pro indigentia sibi sumpsissent. Aduerte item quam uehementer aduersus domesticos & suos inuehantur: non enim uolunt, ut qui semel spirituali gratia digni habitu sunt, & conuersationem cum ipsis sunt consequuti, fures & sacrilegi esse deprehendantur. In alienos uero punitione non utuntur, ne uideantur etiam nolentes homines terrore

E

pœnæ cogere, ut ad fidem accedant. Atenim si satanas cor Ananiae impleuerat, totumq; opus perpetrauerat, cur in Ananiam tam seuerè animaduertendum fuerat? Non temere id factum est, sed iuste: quippe cùm ipse ad ita suscipiendum satanam idoneum se p̄fitterit.

Ceciditq; ea ad pedes ipsius, & exanimata est. Ingressi vero iuuenes mortuam ipsam inventam extulerunt, & apud uirum suum sepelierunt: timorq; in totam ecclesiam, & in omnes qui hæc audiebant, magnus exortus est.

Quomodo apud pedes eius expirauit? Propterea quod prope ipsum stabat. Petrus enim ipsam iuxta se cōstituerat, ut si uellet pœnitentiam agere & confiteri, non erubesceret, neq; ob alios audientes deterriri posset. Terror autem hic à sapientissimo Petro contra peccantes incussus non temere est, sed ex doctrina præcognitionis, qua multa hominum peccata præsanari cōsueuerunt. Nam cùm tunc Euangelij semina iacere incœpissent, statim ubi internascientia zizania infixerunt, ea sapienter extirparunt. Sic Moses in exordijs legis eum qui uel leui peccato eā uiolauerat, lapidari iussit, ita Deum præcepisse afferēs. Idem

Num. 15

Gen. 3 in primis parentibus uidere licet, qui ob ligni gū-
Pro. 19 statum fuerunt condemnati. Dum enim pestilens flagellatur, desipiens uersutior efficitur, ut sacrū illud proverbiū est: ita in his quoq; supplicium p̄sen-

presentibus & uidentibus ea quæ siebant, in luctrum cessit. Nam quamuis alta quoq; signa praecessissent, tantus tamen terror animos eorum non inuaserat. Ita cognoscitur Dominus iudicia faciens: in operibus enim manuum suarum peccatore comprehenso fit, ut ex animaduersione contra illum salutaris alijs timor inceutiat: id quod etiam in Ozæ pœna contigit, eius siquidem puni tio plerisq; alijs formidinem attulit, ut quæ Deo essent consecrata, prophanorum manibus intacte conseruarentur. Aduertendum autem hinc est, ex mortuorum Ananie & uxoris eius elatione ab ipsis pollinctoribus facta, contemni iam legem: alioqui enim qui cadauer Ananice attigerat, immundi usq; ad uesperam permanfissent, sed illi ipsi nunc uxori quoq; sepeliend[e] uacarunt. Leui. ii

Per manus autē Apostolorū siebant signa & prodigia multa in populo, erantq; unanimiter omnes in porticu Salomonis: ex reliquis autē adhuc ip̄sis audebat nemo, sed magnificabat eos populus: magisq; credentes Domino adiungebantur, multitudines uirorum & mulierum, ita ut per plateas exponerent infirmos, eosq; in lectis & grabatis collocaret, ut uel umbra ipsa transirent Petri aliquem illorū obtumbraret. Multitudo item uicinarū urbium in Hierusalem conueniebat, infirmosq; afferebant, & eos qui ab immundis spiritibus uexabantur, qui quidem omnes curabantur.

Vide quomodo Apostolorum uita ex tristitia & letitiae uicissitudine contexebatur. Tristitia primum ex assumptione orta est, deinde ex aduentu spiritus successit alacritas: iterum ob irridetes mœror, ob fideles & signum letitiae: rursus animi demissio ex comprehensione contigit, postea ex defensione & responsione alacritas: rursus nunc ex signis & splendore fiducia, ex pontificis & comprehendendum inuasione timor incessit. In veteribus quoque quicunque ex Deo uitam traduxere, idem reperire quispiam posset. Ne mireris, inquit, quo pacto proprijs domibus relicitis, in templo, in porticu Salomonis degere permittebantur: multitudine enim miraculorum quæ ab ipsis fiebant, omnibus erant formidabiles. hoc enim significat cum inquit, per manus Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in populo. Et statim subiungit, ex reliquis uero adhærere ipsis audebat nemo: id est, ne appropinquare quidem ipsis quispiam audebat. Sed magnificabat ipsos populus: quis? Iudeorum. quosnam? Apostolos. Sed qualis hec magnificatio fuit? quod præterquam quod ad fidem Christi accedebant, & augebatur numerus, infirmos quoque & egrotantes in uias & plateas in lectis et grabatis exportabant, ut uel ex umbra transuentis Petri sanitatem conseruerentur: id quod in Christo non fiebat. Ceterum hoc quoque eius ipsius opus erat qui promiserat

serat, & dixerat: Qui credit in me, opera quæ ego facio, ipse etiam faciet, & maiora quoque his faciet. Quare hoc quoque à Christo qui ita promiserat, Apostolis eueniebat, ex ijs qui credebant, ex ijs qui curabantur, ex ijs item qui puniebatur, ut Ananias. Nam licet etiam ipsi Apostoli modeste se gerentes miracula hæc in magistrum referrent, quæ in nomine eius efficiebant: uita tamen ipsorum & uirtus Apostolica satis idonea erat, ut ijs qui ita uiuere proposuissent, mirabilium hanc factorum gloriam exhiberet.

Cum surrexisset autem pontifex & omnes qui cum eo erant, quæ erat Sadducaorum secta, zelo repleti sunt, manusque in Apostolos impickerunt, atque eos in publica custodia posuerūt. Angelus uero Domini per noctem apertis custodiæ foribus, ipsiisque eductis dixit: Ite, & stantes in templo loquimini populo omnia uerba uitæ huius. Quod cum audiuissent, ingressi sub diluculum in templum sunt, & docebant. Cum uero pontifex aduenisset & qui cum ipso erant, concilium conuocarunt, & totum seniorum ordinem filiorum Israel, miseruntque in carcerem ut adducerentur. Ministri autem eò profecti ipsos in custodia nō inuenerunt, & reuersi renunciarunt, dicentes: Carcerem quidem cum omni diligentia conclusum inuenimus, & custodes extrā ad sores stantes, aperto tamen eo intus neminem offendimus. Vbi haec uerba

audiuerunt & sacerdos & dux templi & pontifices, ambigebant de ipsis, quidnam id esset. Accedens autem quidam ipsis annunciauit, Ecce, inquiens, uiri quos in custodia posuistis, in templo stant, & docent populu. Tunc abiit dux cum ministris, & adduxit ipsos, non tamē cum ui.

Cum hæc ab Apostolis fierent, quibus multitudine ad prædicationem accedebat, & fidelium turba quotidiano incremento mari perquam similis iam constituebatur, cum surrexisset, inquit, pontifex: id est, cum excitatus esset, & motus ob ea que fiebant, uehementius in ipsos inuadit, à Saducæis maxime inhumanius incensus atq; inflammatu, eò quod sibi inuisa resurrectione Apostolos omnia efficere conspiciebant. Nam cum Christum resurrexisse illi prædicarent, in fidem resurrectionis nomine eius qui resurrexerat, miracula facere conspiciebantur: id quod proculdubio non eueneriset, si falsa ipsa res extitisset. Quocirca ita efferauit, atque ad cædem Apostolorum incitati, custodiæ uinculis eos tradiderunt. Neq; statim in iudicium adduxerunt, uersutè id studentes, ut terrore carceris, occasionem mutandæ sententia eis exhiberent. Atq; hi quidem in hunc modum uafre consulebant. At Deus mora illa carceris uersutè ab illis procurata, illos frustra dolose agere conuicit, & Apostolos eductione per angelum ministra magis confirmauit, & quæ oporteret, & quomodo

quomodo perseverando operari commonefecit. Ignoratio uero angelici subsidij scelestos opprimebat, quo tempore non misericordia ducti & clementia (quo pacto enim, qui serpentibus seuius erant indignati?) sed dolose in iudicium adducere Apostolos distulerant. Latuit igitur ipsos angelicum auxilium, ut cum consilium suum exequi se primum comprehendendo, carceriq; intrudendo Apostolos opinarentur, deinde cogitationibus omnibus suis diuina protectione frustrati fuissent, consilij inopia atq; hæsitatione erudirentur, diutnamq; esse potentiam existimarent. Eductio enim è carcere per angelum sicut Apostolos in consolationem, ita Iudeis in utilitatem cedebat: latuit si quidem eos, ut uidelicet, quemadmodum dixi, in dubitatione prius rei constituti, si uellent, etiam ipsi erudirentur, diuinaq; esse id potentia factum intelligerent. At ipsi adeo fuerunt debilitati atq; excædati, ut ne odiosissimos quidem sibi Apostolos per uim è templo extrahere auderent. Ex quo facile patere potest, plebeam turbam Iudeis principibus longe fuisse prudentiorem, cum imperiti ciuius, quam legis consulti diuinis signis ad salutem accederent.

Timebant enim populum ne lapidarentur. Cum uero ipsos adduxissent, in concilio statuerunt, interrogauitq; ipsos pontifex, dicens:

O stupiditatem: timore turbæ (id quod tamen

obscurum erat) modestius se gerunt. Dei uero, qui ita aperte ē manibus ipsorum semper eos tanquam pullos suos eripiebat, ne rationem quidem ullam habent.

Nonne præcipiendo præcepimus uobis, ne in nomine hoc doceretis: & ecce impletis Hierusalem doctrina uestra.

Legis periti cum certa & indubitata Dei signa uiderent, impudeenter ac stulte interrogant, Nonne præcipiendo præcepimus uobis ne loqueremini? Si præcipiendo tantum, quō custodia, & multa illa coercendi diligentia spectabat, qua carceri custodes aſſidere constitueratis? Sed horum nimirum non recordantur, id quod ad angelici miraculi occultationem facit. Cæterum ita dicendum ipſis est: Si ad preceptum uestrum confessus quoq; noster acceſſit, consentaneæ hæ disquisitiones uestra examinationesq; sunt: ſin uero nihil ex his est, stultum est criminari quod præceptum uestrum uiolauerimus.

Vultisq; sanguinē hominis iſtius ſupra nos inducere.

Adhuc merus homo ipſis effe uidebatur. Hoc autem dicunt, ut necessariam fuſſe eam præceptionem, ſalutisq; ſuę cauſa factam offendant, utq; contra ipſos multitudinem exafferent.

Respondens autem Petrus & Apostoli dixerunt: Obedire oportet Deo magis quam hominibus.

nibus. Deus patrum nostrorum excitauit IESUS Y M, quem uos ſuſpensum in ligno interemistis, hunc Deus principem & ſaluatorem dextera ſua exaltauit.

Vide quanta dum examinantur, mansuetudine utamur. Non audacter respondent: ſed cum ſint magiftri, non iraſcuntur, ſed miſerentur, utq; ab errore ipſos amoueant, ſtudent: non enim diuinis signis elati, quemadmodum ipſi contumelioſe inuehuntur, monentiq; ſtatum, ne aduersus ſtimulos recalcitrent: ſed primum Dei obedientiam hominum præceptis effe anteponendam afferunt, latenter ita eos coarguent, quod ea contemnerent, quæ per ipſos diuinitus efficiebantur. Deinde, quem merum hominem illi uocauerant, eum auunt & ſaluatorem, & uitæ autorem à Deo conſtitutum, ita ut à mortuis eum uifcitarit (Nam proprie potentiæ hoc adſcribere, nondum opportunum effe uidebatur, ne Deo aduersari eo nomine exiftimarentur) huncq; à Deo ita uifſe exaltatum, quem illi crucis nece occiderant: ob quod quantum poenam mereantur, quaſi à profundo ſopore eos excitans cogitandum ſuggerit.

Vt det poenitentiam Israel, & remiſſionem peccatorum.

Cum sermonē de cruce ita exaggeraſſet, quaſi indignum uenia ſcelus ijs qui eadem contra Christianum rabie uifi fuerat, remq; admodum grauafſet,

nunc tanti oneris ueluti subleuationem parans,
inquit: Sed hic tamen à uobis ignominia affectus,
et à Deo exaltatus, spiritum pœnitentie Israëli
et remissionem peccatorum dedit, nihilq; eum
per crucem illata contumelie auertere à uobis
possunt, propterea quòd qui à Deo est exaltatus,
mūriarum non reminiscitur, ignoscitq; illis qui
ipsum per obedientiam et fidem agnoscunt. Qua
in re animaduertendum est, quo modo et factis
et uerbis admoniti et castigati Iudei, attendere
uoluerunt: ut merito iusta eorum cōdemnatio sit.
Factis quidem erudiebat ipsos Deus cum capi Apostolos, in carcereq; intrudi permisit, et mirabiliter liberavit. Verbis, cum facit ut Apostoli
cum fiducia loquantur, Iudeosq; omnes in sermo
nibus instruant. Sed alij quidem compuncti sunt,
et persuasi ad Apostolos acceſſerunt: pōtīfex ue
rō et principes contra Apostolos frendebant, et
clamabant, propterea quòd rabies qua contra
Christum uisi fuerant, apertius deinceps, utpote
non iuste, sed ex iniuria cōtracta procedebat, et
in simili cædem ipsos instigabat: unde etiam in
quiunt, Vultis sanguinē hominis istius supra nos
inducere: sanguinem cædem appellantes, quemad
modum etiam Deus ad Cain, Vox sanguinis fra
tris tui clamat ad me, id est, cædes. Hæc autem di
cebant Iudei, quasi salutis suæ cautione, utq; mul
titudinem contra Apostolos incitarent.

Nosq;

Nosq; horum eius uerborum testes sumus.

Quorum: quòd remissionem, quòd pœnitentiā uidelicet promiserit. Resurrectio enim erat iam concessa.

Et spiritus etiam sanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus ei. Illi uero cum hæc audiuissent, frendebant, & interficere ipsos cogitabant.

Quòd remissionem det, et nos testificamur, et spiritus etiam sanctus: qui sane non accessisset, nisi prius peccata fuissent soluta. Sed humilitate huiusmodi oratio præfert: non enim dixit, nobis preſinitè qui ipsum amamus, sed omnibus, communem rem faciens, qui obediunt ipſi: ut, si ipsi etiam obediuerint, licet scelus circa crucem commiserint, non futuros esse tamen doni eius expertes ostendat.

At surgens quidam in concilio pharisæus Gamaliel nomine, legis magister, qui in honore erat apud uniuersum populū, iussit parum per foras Apostolos educi, dixitq; ad ipsos: Viri Israelitæ, atēdite uobis super hominibus istis, quid acturi sitis: ante enim hos dies surrexit Theudas dicens se esse aliquem, cui numerus uirorum circiter quadringentorum adhaerat: qui occisus est, & omnes quicunque ei crediderant, dissoluti, & in nihilum redacti sunt.

Hic

Hic Gamaliel Pauli magister fuit: quem, cum esset doctor, et in legis iudiciis optime consultus, non credere in Christum, licet non integrum, non multa prudentiae est existimare: ex uestib; siquidem eius manifestum est, quae sapientia ipsum prestat satis declarant. Quin ex factis quoque ipsis idem patet. Nam cum prius educi e concilio Apostolorum iussit, praeterquam quod terrorum ipsis incusserit, suspitione etiam omni scipsum liberavit, ne uestra ea in gratiam consentientium facere videretur. Idcirco neque multa uehementia utitur, sed quasi ad ira exturbatos, Attende, inquit, uestib; quid acturi sitis: id est, ne ita temere feramini. Deinde exempla quorundam qui imprudenter et inutiliter in talibus rebus se gesserunt, producit, Theudam, et Iudam Galilaeum, qui in felicem exitum minimè euaserunt. Exempla autem non uetera sunt, sed recentia, quorum multi inspectores extiterant.

Post hunc surrexit Iudas Galilaeus in diebus professionis, & auertit populum multum post se, & ipse perire, & omnes quicunq; ipsi paruerant, dissipati sunt.

Videntur Galilaei temporibus Pilati seditionibus laborasse, Iude Galilaei sequuti dogma. Id autem erat, ut in ultimis libris antiquitatum Iudaeorum testatur Iosephus, quod ob pietate speciem non mediocris constantiae ac rigiditatis praeferre

ferre uidebatur. Dominum enim, ne quantum ad nomen quidem attinet, appellandum esse quempiam asserebat, neque honoris, neque humanitatis et obsequij alicuius causa: ut regi quoque hoc nomine attribuendum negaret, atque id ita pertinaciter, ut multi ex ipsis, quia Cesarem dominum appellare nolebant, grauiissimas poenas subierint. Idem hi docabant, alia sacrificia, preter infinita in lege Mosis, offerri Deo non debere: ac propterea ea quae a seniorum populi confessu pro salute regis et Romanorum gente tradita fuerant, fieri uatabant. Ob haec uerisimile est Pilatum contra Galileos fuisse indignatum, ac iussisse ut super ipsa sacrificia quae ex lege uidebantur offerri, ipsis etiam mactarentur: ut tunc cum ipsis sacrificiis quae offerebantur, offerentium quoque sanguis intermixtus fuerit, quemadmodum in Lucae Euan-

Luc. 13

gelio habetur.

Et nunc dico uobis, absistite ab hominibus istis et relinquite ipsis: quoniam si ex hominibus fuerit consilium aut opus hoc, dissoluetur: si ex Deo, dissoluere ipsum non poteritis, ne forte etiam Deo repugnantes esse deprehendamini. Illi autem obtemperarunt ipsis, & cum aduocasset Apostolos, causis eis praeceperunt, ne in nomine IESV loquerentur, & absoluerunt ipsos. Atque illi quidem ibant gaudentes a facie concilij, quod pro nomine IESV digni habiti fuerant ut ignominia afficerentur, omnique die

die & in templo & in domo docere, & euangelizare I E S V M Christum non cessabant.

Exempla nota & recentia attulit, ut & aggressio huiusmodi atque innovatio caueatur, ne in euentum similem incident: & his ad causam suam accommodatis, ab impugnatione contra Apostolos auditores remoueat. Ne forte, inquit, si ad finem qui impediri nequeat, haec tendant, habentq; Deum adiutorem, in pugnam aduersus Deum deueniamus, atque ita non contra illos, sed contra nosipso armemur: quippe cum qui contra id quod Deo uisum fuerit, inferre uim conatur, contra seipsum id faciat, seq; ipsum demum feriat. Nam si humana incitatione nituntur, contra ipsos indignari superuacuum est, cum principium statim subsequutura dissipatio sit, ut ex exemplis colligi potest. Non dixit autem aperiē, Apostolorum consilium aut ex Deo, aut ex hominibus esse: eō quōd si ex Deo dixisset, cōfessum restitissent, atq; aduersati essent: si ex hominibus, promptos atque alacres contra Apostolos eos reddidisset. Idcirco oratione sapienter disposita, expectandum euentum esse inquit, neq; ita temere contra rem ignotam irruendum: qui enim contra consilium Dei pugnat, non illud, sed seipsum disperdit. Nam si humanum est, inquit, quid suscipienda molestiae uobis sunt? per seipsum enim dilabetur. Si autem est diuinum, neque cum mole-

ſtis

ſtis & laboribus omnibus dissoluere ipsum poteritis. ALITER: Non dixit ex Deo esse opus hoc, neq; humanum. Nam si ex Deo esse asseruisset, illicō restitissent illi: si ex hominibus, audacieſ eos contra Apostolos effecſet. Idcirco hominis prudentiam ſpecta, quam moderate orationem instituerit: expectandum euentum iubet. Præterea non dixit, ex Deo esse cognoscetis, si dissoluere non poteritis: sed, si ex Deo eſt, non dissoluetur: illud enim ſeuitia illorum ascriberetur, hoc Dei potentiae attribuitur. Obtemperauerunt autem, eō quōd non coram Apostolis, ſed ſe-motis illis haec dixit: tum quia cum ipsis consentire existimabatur, uereriq; finem rei, quoniam euaderet: ſicut ipsis etiam conſulebat. Accesit postea sermonis ſuauitas una cum iuſtitia, que ad persuasionem magnam uim habuit. Sed si obtemperarunt, & peruasi ſunt, quomodo uerberibus eos afficerunt: Obtemperarunt quidem catenū, ut à cæde abſtinerent: ad eam enim furioſe inhiabant: flagellarunt tamen, ne temere & contra impontes incitati uifſe uideretur. Ac profeſto, quōd impetus ipsis ſolutus ac retuſus fuerit, uituti consultantis: quōd flagris ceſſerint, inſito ipſorum furori attribuendum eſt. Veruntamen hac in re quam in melius profecerint apostoli, inde patres coſpicere, q; afflictionibus quibus illi eos op̄ primedos eſſe ſperauerant, magis illeſti ſunt atq; incitati,

incitati, ut aperte atque interriri ad docendum prodirent: neque in abdito, sed in templo rursus, unde fuerant comprehensi, & ubique alibi Christum denunciarent, atque ita uanum eorum qui contumeliam in se intulerant, studium auditoribus ostentarent.

De creatione septem diaconorum, & Iudeorum in Stephanum calumniatione. Caput VI.

IN diebus autem his cum augeretur multitudo discipulorum, orta est susurratio græcanicorum aduersus Hebræos, quod in ministerio quotidiano uidua ipsorum negligebatur. Conuocata igitur multitudine discipulorum, duodecim Apostoli dixerunt: Non aequum est, ut nos electo uerbo Dei mensis ministremus.

Non in ijsdem diebus, sed in quibusdam sequentibus: more enim scribentium uititur, cum ad principium alterius narrationis transituri sunt. Græcanicos autem, id est, Ἰλλεργας, non qui religione erant Græci, appellat, sed qui græca uoce loquabantur: quasi græcissantes dixeris. Cum uero surrationem ortam inquit, aliud temptationis genus ostendit, non ab externis, sed a domesticis illatae. Atque in hoc Apostolorum comprobationem uidere licet, qui cum undecunque & ab externis & ab internis appetenterunt, undique uitioriam reportabant. Nam cum duodecim ipsi multititudinem aduocassent, eos uidelicet in quos presi-

APOST. CAP. VI. 81

præsidentie huius utilitas deuentura erat, electio nem ipsis committunt: indignum ducentes si ipsi, posthabita Dei prædicatione, circa mensas exhibendas occuparentur. Vnde electos quosdam ministros creauerunt, id est, diaconos: non illos quidem in gradu eo constitutos qui nunc est in ecclesis, sed eo munere ut accurate & pupillis & uiduis, et non negligenter, alimenta distribueret: ac pupillis & uiduis præcipue, ob quas susurratio exorta maximè fuerat. Ministerium autem, id est, diaconovas uocat eleemosynam, id est, misericordem erogationem, quæ & facientes sanat, & accipientibus honorem præstat. Potest etiam per ministerium quam diaconovas dicit, publica spediatio intelligi. Diaconium siquidem publicū promptuarium appellare Græci solent, eò quod eō unusquisq; diaconus uerbō, id est, festinans ac celeriter accedere consueverit, atq; illuc ea inferre, quæ ad usum publicum comparantur. Quod uero uiduae negligenter, id non ex uitio, sed ex negligencia multitudinis eueniebat. Vnde ubi rei huic cura adhibita fuit, omnis querela sublata est.

Dispicite igitur fratres, uiros ex uobis testimonio comprobatos septem, spiritu sancto & sapientia plenos, quos muneri huic præficiamus. Nos autem obsecrationi & ministerio uebi perseveranter incumbemus. Placuitq; sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Ste-

phanum uirum plenum fide & spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenā, & Nicolaum proselytum Antiochenum: quos ante Apostolos constituerunt, & precibus factis manus ipsis impo suerunt. Et uerbum Dei crescebat, & numerus discipolorum in Hierusalem ualde augebatur, & multa sacerdotum turba fidei obediebat.

Repletos spiritu sancto ex sapientia esse eos qui eligendi sint, commissio hæc Apostolorum uult: non enim dissipantium esse hoc munus uidetur: neque est cuiuslibet uiduarum ex pupillorum conuicia interdum ferre. Nam licet fur quispiam non sit, si tamen uel deses, atque eiusmodi fuerit ut multa per negligentiam perdat: uel iracundus, ut qualibet uel leui causa indignetur, neque nugas vulgi patienter toleret, id quod maximum sapientiae indicium est: nulla præsidencia huius utilitas existet. Crescebat autem uerbum Dei, inquit, talem ob rem, quanta eleemosynæ uis sit, ostendens, ut ex collegio sacerdotum etiam nonnullos ad fidem adduxerit.

Stephanus autem plenus fide & potentia, prodigia & signa magna faciebat in populo.

Cum septem horum creatio communis fuisset, is quia ipse aptior erat, maiorem gratiam ex electione consequutus est. Nam cum ante creationem prodigia non faceret, utpote nondum manifestus:

est: ubi per creationem notus est effectus, tunc donum quod ex creatione collatum ipsi fuit, manifestauit: ut planum esse omnibus posset, non solam gratiam sufficere, sed ad gratiae incrementum electione quoque & declaratione esse opus: atque id pro excipientium aptitudinis diuersitate.

Surrexerunt autem quidam, qui erant è synagoga quæ dicebatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrionum, & eorum qui erant è Cilicia & Asia: qui cum disperaret cum Stephano, resistere non poterant sapientiae & spiritui quo loquebatur. Tunc summiserunt uiros qui dicerent, se audiuisse cum uerba maledicta loqui in Mosen, & Deum: concitaruntq; populum & seniores & scribas.

Surrectionem rursus irritationem & incitatem iudeorum uocat, non ex se tantummodo, uermetiam ex alia turba, quæ uidelicet ad disputandum ex cauillandum esset idonea, Libertinorum, & Alexandrensum, & Cyrenensium, & Cilicum, & Asianorum. Et sicut ex alia turba disputatio, ita quoq; per alios accusatio subornatur: id quod dolosorum & dissidentium hominum est. Nam cum à Gamalièle inuchi contra Apostolos prohibiti fuissent, nihilq; eis crimini dare possent, Stephanum nunc calumniose inuidunt, leguleiorum inquisitione & disputatione

frustrati. ALITER: Libertinorum & Cyrenensium & Alexandrensum, utpote qui apud Hebreos in captiosis disputationibus principatum obtinerent, quorum diuersae per singulas nationes habitantium in Hierusalem erant synagogæ: synagogas enim, id est, congregations & conuentus, loca uidelicet separata, atq; ad electionem legis Mosis destinata habebant: quippe cum multi adorandi causa cum in Hierusalē uenitarent, præcipue ad Pascha, quod extra Hierusalem celebrare non licebat, ibi commorarentur. Ne enim à patria discedere frequenter cogerentur, illic assidebant. Libertinos autem Romanorū manumissos uocabat. Cum igitur Stephanus cum ipsis, eò quod indurati erant corde, colloquendū sibi esse non censeret, ipsis propria temeritate fretri, ad disputationem cum eo se ingerebant. Cum eo autem & non cum alio, partim ob inuidiam, eò quod signa ab eo efficiebantur, ut si aliquo modo in hæsitationem eum induxissent, dedecus ipsis conciliarent, quippe qui eorum quæ prædicaret, esset ignarus: partim ut disputationis distractio ne efficeretur, ne ei ad signia facienda oculum suppetteret. Ob hæc igitur cum eum inuassissent, uelletq; uersuté ad dicendum aliquid contra legem inducere, id quod præcipue studebant, ipse ueruté ipsorum præoccupata, uehementius à principio contentionem aggressus, & potentia spiri-

tus,

tus, qui in ipso erat, & sapientia eos in silentium compulit: tum ad ea etiam que ipsis uolebant, deuenit, sed obscurius tamen, ac latenter, ut neq; ea satis intelligere potuerint. Quo effectum est, ut postea latrocinabundè in eum impetum fecerint, & ipse apertius quod cupiebant, ingereret. Quid id erat: legis dissolutio sancte, et finis: id enim prius non explicabat, sed abstruse significabat, atq; inueniebat. Nam si aperte dixisset, falsis testibus minimè fuisse opus: id quod sicut ipsi desideratum finem, ita illis perniciem præparabat.

Ei superuenientes corripuerunt ipsum, & in concilium duxerunt.

Vtique latronum more se gerunt. Prius Christum cum sanguinarijs hominibus, cum facibus & laternis & gladijs comprehendunt: postea Petrum & Ioannem de templo abstrahunt: nunc Stephanū de magistrali loco correptum ad concilium iudicandum abducunt.

Statueruntq; testes falsos qui diceret, Homo iste uerba maledica contra locum sanctum hunc & legem loqui non cessat: ipsum enim audiui mus dicentem, I E S V M hunc Nazarenum locum hunc esse dissoluturum, & instituta quæ tradidit nobis Moses, immutaturum.

Subiecerunt ac subornarunt uiros qui diceret, se audiuisse eum uerba maledica loqui in Moesia.

E & Deum. Quæ uerba erant hæc? Iesum uidelicet Nazarenū locum hunc esse dissoluturum. At qui dixerat hoc quidem Stephanus, licet non ita aperte. Quo pacto igitur suppositiij hi & falsi testes sunt existimandi? quia nimisrum non sicut audiuerant, ita nugabantur. Qyoniam ergo alter audiuerant, aliter uero ipsi in ijs referendis progresi fuerant, merito falsi testes appellamur.

MAT. 26 **JOAN. 2** Quemadmodum de Christo falsum testimonium fuit, quod templum posset dissoluere: non enim dixit, soluam, sed, soluite, illis, non sibi dissolutiō nem adscribens: ita nunc quoq; falsi sunt qui Stephanum afferunt dissolutionem legis & loci Nazareno attribuisse, quasi homo Nazarenus manus sua, & non Deus Romano exercitu id effet facturus: nam Mosis instituta Deus ipse manifeste & per discipulos suos & Apostolos in melius immutauit. Nazarenū autem per exprobratiō nem dictum est: nusquam enim Stephanus Christū Nazarenū appellauit, sed ipsi Hebræorū principes. Nam Stephanus uenerabilem ipsum Christum semper modò iustum à Prophetis denunciatum, modò semper Deo assistentem uocat, ut ex proposita eius oratione perspicuum est, qua cum à misera hac uita absoltus receſſit. Locum hunc esse dissoluturum. Multa enim reverentia ac cura templi ipsis erat, utpote qui incolendum ibi sibi esse cœferent. Duplex autem accusatio est,

quod

quod & instituta effet immutaturus, & alia introducturus. Prætenditur uero ubiq; Moses, propterea quod non admodum Dei institutionum, si-
cū Mosis, rationem habebant. Ita penitus ad so-
lam vulgi famam uiuebant.

Et cum intentè in ipsum inspicerent omnes qui confidebant in concilio, faciem eius vide-
runt quasi faciem angeli.

Ita siquidem effectum est, ut qui in inferiore etiam gradu esset, gratus & splendidus inspi-
cientibus appareret. Ut igitur illi apud quos di-
cturus erat, terreatur, terrifico faciei splendore
ad attentionem orationi conciliandam animos
eorum percellit.

De Stephani concione, in qua de testamento Dei ad Abraham: & de duodecim patriarchis, de fame &
emptione frumenti, & recognitione filiorum
Jacob: de ortu Mosis, & apparitione ipsi fa-
cia in monte Sina: de exitu ex Aegypto:
de fabricatione uituli ænei usq; ad
Salomonis tempora, & templi
ædificationem: de lapida-
tione Stephani.

Cap. VII.

ET dixit pontifex: nunquid hæc ita se habent?
Ipse uero ait: Viri fratres & patres audite.
Vide ipsum non ingerere se ad docendum, sed
ab interrogantibus cogi: et postea quām superior
oratione fuit et signis, intollerandū ipsis fuisse.

Falsa autem mercede subornatorum testificatio introducta est, ne contumeliosa res atq; insolens esse uideretur, quippe cum Deum non timerent, sed ad hominum gloriam tantum spectarent. Sapientis autem reuera & prudenter plenum exordium est: nominum enim hac cognitione significare uult, apud fratres & patres contumeliosum quid & damnosum introducere, non esse sapientis: sed afferre quod & gloriam & utilitate comparare consueuit, illud uero esse hominis qui & naturam cognitionemq; perficiat, & pro salute eorum apud quos est sermo, eloquatur. Sed apud uos, inquit, nihil tale animaduertere licet: in contrariu enim eius quod mihi fratribus & patribus appellatio suggерit, uos quasi communis cognitionis oblitos ferri video, cum immēsum odii nostri efficiat, ut que etiam ad diuinā potentiam spectant, male apud uos audiant. Nam ut alia omittam, haec que per nos facta sunt signa & prodigia uidetis, que uos quoque ipsi non alia quam diuina potestate absolui posse testificamini. Cum haec per fratribus & patribus appellationem innuere Stephanum deprehenderimus, reliqua que sequuntur consideremus, non temere illa quidem, sed multa cum diuina sapientia collocata.

Deus gloriae patri nostro Abraham uisus est cum esset in Mesopotamia, priusquam inhabitas in Charran, ad ipsumq; dixit: Egressere & terra

terra tua & è cognitione tua, & ueni in terram quam tibi ostendā. Tunc egressus è terra Chaldaeorum, inhabitauit in Charran: atq; inde ubi mortuus pater eius fuit, habitatum traduxit in terram hanc, in qua uos habitatis, & non dedit ipsi hereditatē in ea, ne gressum quidem pedis.

Vide etiam hic quo pacto à principio gloriam ipsorum destruat, cum non templo, neq; ipsorum geni, sed soli Deo eam attribuat. Nam cum inquit, Deus gloriae, pro, Deus glorificatus, dictū est. Hic igitur glorificatus Deus cum ex ijs quae fieri nō possunt, & sunt difficultia, facilia efficiat, & obscuros claros reddit, nos quoq; simili modo claros faciet. Qui enim à seculo homines sapientia gubernauit, ille ipse nunc quae uidentur his fieri non posse, difficultiaq; esse, producere ad facilitatem uoluit. Utq; hoc manifestetur, Abraham eiusq; historia in medium adducitur, qui non in templo, neque ex sacrificiis, sed in Mesopotamia Dei uisione fuerat dignatus. Haec autem exorditur, ut iam dictum est, ut significet glorificatum Deum sicut in illis, ita in nobis quoq; posse efficerre, ut ex obscuritate in claritatem inducamur. Nam cum multi populi & reges Abraham ipsi et semini eius insidias struerent, infestiq; essent, labefactati sunt omnes ac destructi: qui uero erat hu[m]ilior, in sublimiorem statum est prouectus. Si igitur in his ita Deus gloriae dispensatione sua se

gesit, considerandum est in nobis quoque similia esse euentura. ALITER: Vide quomodo à corporalibus, & à loco eos abducit, dum Deo, non loco, gloriam attribuit. Ipse enim est gloria fons, inquit, qui nō indiget gloria uestra quæ per Gen. 11 templum exhibetur. Cæterum cùm scriptura dicat Tharran patrem Abraham egredi è Chaldeorum terra coepisse, quo pacto Stephanus nunc oraculum hoc Abraham ipsi adscribit? Ad quod dicendum, Abraham quidem oraculum fuisse datum: sed quia filij incitationi ex oraculo contradicere uel pater non potuit, exemplo hoc Stephanum uti ad exprobrandam eis inobedientiam & incredulitatem. Quomodo enim non conuincuntur esse contumaces & inobedientes, cùm Tharra filij incitationi non fuerit refragatus? ipsi post signa multa diuinitus facta non modò non crediderint, uerum etiam inuidia exagitati contra eos qui digni habiti fuerant ut miraculorum gloria illustrarentur, cædem inimicè intentent.

Et promisit daturum seipsi eam in possessionem, & semini ipsius post ipsum, cùm non esset ipsi filius. Loquutusq; est ita Deus, semen eius in terra aliena iniquilinum futurum, & in seruitutem redigendum, & affligendum annos quadringentos. & gentem cui seruient, iudicabo ego, inquit Deus. Et post hæc egredien-

tur,

tur, & seruient mihi in loco hoc. Deditq; ipsi circumcisionis testamentum, atque ita genuit Isaac, & eum die octauo circuncidit: & Isaac Iacob, & Jacob duodecim patriarchas. Et patriarchæ simulatione prosequuti Ioseph uendiderunt in Aegyptum. Deusq; erat cum ipso, & ex omnibus oppressionibus eum eripuit, deducitq; ei gratiam & sapientiam coram Pharaone rege Aegypti, ita ut super Aegyptū & super totam domum suam præfectum eum constituerit. Venit autem famæ in uniuersam terram Aegypti & Chanaan, & oppressio magna, & annonam non inueniebant patres nostri. Cùm audiuisset autem Iacob frumenta esse in Aegypto, ed misit patres nostros primum: & secundò agnitus est Ioseph fratribus suis, & genus Ioseph Pharaoni manifestum factum est. Sed cùm mississet Ioseph, patrem suum Iacob accersiuit, totamq; cognationem in animabus septuaginta quinque, descenditq; Iacob in Aegyptum, defunctusq; est & ipse & patres nostri, & translati sunt in Sichem, positiq; in monumēto, quod precio argenti à filiis Emmor filij Sichem Abraham emerat. Vbi uero appropinquauit tempus promissionis qua iurauerat Deus Abraham, auctus est populus, multiplicatusq; est in Aegypto, quoad surrexit alius rex qui non nouerat Ioseph.

Ex multis in hac concione beatus Stephanus & sum erga Iudeos benevolentiam, & illorum in se

Gen. 17.21.
25.29.30.35
37. & 41.

in se feritatem manifestat. Nam cum tanquam ad fratres et patres intendit orationem, quid aliud his nominibus ostendit, quam se sicut cognationis dignitas postulat, erga ipsos se gerere, Iudeos uero parum huic attendentes, ob signa magis que per ipsum fiebant, suspiciose et maleuole contra eum inferri? Vnde etiam Stephanus contra illorum innatam malignitatem liberius inuehi conficitur: ostendit enim promissionem ad patres, ob quam gloriabantur, ante locum, ante circuncisionem, ante sacrificium et templum fuisse factam: ipsosque hos neque dignè circumcisionem, neque legem accepisse, sed terram solam, solius obedientie mercedem fuisse: neque data circuncisione fuisse expletam promissionem, quippe cum figuræ tantummodo ea fuerint. Considera uero, si pater Thar
Gen.11 ra non particeps fuit cum filio Abraham peregrinationis à terra Chaldeorū, quia erat indignus, multò magis filii, etiam si multum in via processisse uideantur. Atque Abraham quidem ita obediens fuit, ut et genus et patriam ex solo oraculo deseruerit: isti uero si in omnibus inobedientes esse deprehenduntur, quomodo in filios Abraham deputari debent? non enim uitalis constitutio, sed morum imitatio filios efficit: quippe cum quantū ad generationē spectat, mōstra quoque quae preter naturæ ordinem nascuntur, germanā nationem sibi uenident. Cūm igitur Stephanus in hunc modum

dum eis non explicata oratione, concisi tamen ac contracti et breuiati uerbi copiosa sententia progressus fuerit, atque impudentiam istorum usque ad Christi passionem redarguerit, ea ab ipsis est passus, que malos coarguentem à malis pati ueri simile est. ALITER: Et promisit daturū seipsi. Historia Abraham hinc progreditur, quæ tota tolerantiam ac perseveratiā patriarchæ in promissionum eueniis commemorans, Abraham et similes qui diuinæ promissiones patienter sustinent, celebres et claros ostendit: contemtiores uero et disidentes, similes præsentibus auditöribus: qui etiam ipsi eadem quæ illi infornitia sine ulla cunctatione consequentur, dum quæ sperant, ē manibus subinde ipsis effluxerint. Cūm tamen omnia quæ illi egerunt, parua sint, si ad extremum Christi passionis facinus compararentur. Vnde etiam duræ ceruicis, et incircumcis corde, et obturati auribus appellantur, occisoresque Prophetarum, et ipsius Christi: id quod sane et perniciem, et extremam dispersionem ipsis affectet. Atque hec sunt, quæ in hac huius diuina sapientia instructi Stephani concione ex contracto et abbreviato uerbo recondita consideranda se se nobis obtulerunt: quæ nostra humilitas pro studio eius puritatis quæ in nobis est, adepta intelligentia ita disposita, principio finem connectens, in ipsoque uerbo, ex quo hoc quoque diuinitus scripturuit Rom.9

turiuit flumen, acquiescens. Quanquam non ab re est ut particulatim quoque nonnulla consideremus, quatenus assequi ingenio possumus. Non enim temerè ipsius Abraham nepotumq; eius historia ad corroborationem concionantis assumitur, sed ut & maiorum erga Deum obedientia, & minorum ex asperitate morum inobedientia ostendatur. Primumq; exemplum ex Abraham adducitur, quòd quæ in diuinis promissionibus continentur, cùm festinatione exigenda non sint: quandoquidem neque Abraham exitum nepotum suorum ex Aegypto festinanter requisiuit, cùm tamen ei fuisset manifestatum, per quadragesimos annos multa cùm afflictatione in seruite ipso detinendos: ac seruitute sane non qualibet, sed intoleranda: quippe cùm ipisis non ut seruis, sed ut hostibus abuterentur. Neque petit ut tempus contrahatur, sed sola contentus est ad recreationem vindicta eius, qui se eos qui hostiliter nihil mali agentes opprimebant, iudicatum promisit. Expectare autem ut è Perside in Palestynam promissiones explarentur, et non ob soli longinquitatem fieri non posse quod promitterebatur, existimare, totam rem potestati eius qui promiserat, attribuendo, illud uero quantæ erga Deum consultorem fiduciae est? Ad hæc emulatio fratrum erga Ioseph subsequitur, et ipsius mansuetudo, iniuriarumq; obliuio: dum non modo

non

dò non ulciscitur fratres cùm posset, sed beneficijs insuper afficit. Postremò eos redarguit qui sine ullo prætextu, sed palam contra Christum & discipulos eius rabiose inuehuntur. ALITER: Post ea quæ de Abraham dicta sunt, ex oraculo nepotum eius sub Aegyptijs afflictionem declarat: cuius quasi compensatio quædam consolatoria est Aegyptiorum pernicies, quæ ab ipso Deo in mari rubro ipsis impendere significabatur: atque id, ne inuasione molestiarum desperatio salutis oborta efficeret, ut in diffidentia & incredulitatem delaberentur. Vide autem fidei promissarum rerum stabilimentum ac pignus. Quodnam autem id est? Circuncisio genitalium membrorum: id quod solis ipsis, non alijs qui passi id non fuerant, agnoscebatur. Circuncisionis autem signum id sibi uult. Prætegmen illud quod autoribus generis nostri in Paradiso inuidia auctoris omnium malorum serpentis subortum fuerat, ita ut ad gustationem ligni probabilior eius oratio, quam conditoris Dei iussio uisa sit, detrahendum circuncisio ei mandat, qui ad Deum uitâ suam transferendam censem: eorum detractionem faciendam significans, quæ in lege Mosis ex generatione & carne instituta habetur. Adde quòd tempus Christi aduentus hoc prætendebat, quo umbrosa omnia ac figuralia ad ueritatem Euan gelij transferuntur. Vnde eos qui ita transmutari

non

non patiuntur, duriceruices & incircuncisos procedendo appellat: duriceruices, quantum ad spiritus sancti subiectionem spectat: incircuncisos corde & auribus, quantum ad id, quod non tolerabant pro occasione conuenienter res ipsas respuere, atq; immutare.

Iste genus nostrum cauillatus patres nostros afflixit, ita ut infantes ipsorum exponeret, ne scismaticarentur.

Cauillatus, id est, qui uersutis excitationibus superare ipsos cogitauerat. Cauillatio enim, id est, sophisma, extorta & violenta expositio dicitur: unde uiolenter ipsos inuasisse significat. Vnde etiam cavaillatores & sophistas præstigatores uocant, qui ueritatem deceptione & caillis occultare conantur. Sed quo tempore afflictorum exitus appropinquabat, tunc affligètium conuelia magis progressa marium necem nutritibus edixit. Atq; alijs quidem afflictionibus efficiebatur, ut afflictati augeretur magis ac multiplicarentur: hac uero præterquam quod facinoribus fuerunt frustrati, effectum etiam est ut ipse Moses, qui ipsos erat in perniciem inducturus, inopinato fuerit seruatus, & regiam educationem & curam cōsequitus. Ad quid autem assumptum est hoc? ut significetur uidelicet, nunc quoq; non esse desperandum, quin ij qui contra Christum, & eius discipulos insurgunt atq; instruuntur, similia

milia sint consequituri, in factis manuum suarum Psal. 9 comprehensi. Nam si mirandum est quod Ioseph à fratribus uenditus, eos ipsos à quibus fuerat uenitus, seruarit: mirabilius multò esse deber quod rex eum educarit, qui regnum ipsius erat desideraturus. Quod uero infantes exponendos iussit, indicium est eum non aperte tollere ac perdere ipsos uoluisse. Vide autem, per quae diabolus disoluere promissionem Dei conabatur, per ea magis fuisse confirmatam. Exultat Moses: sed in exilio illa uisione fuit dignatus, populiq; ducatum accepit. Sic fecit, ut & uenditus seruus, quando potissimum putabatur seruus, regnauerit. Quis ipse etiam Christus in morte imperium & potentiam præ se tulit. Ita facile expedit omnia Deus, & prouidentia eius est incomprehensibilis.

Quo tempore natus est Moses, & erat uenustus Deo, qui menses tres in domo patris fuit educatus: expositum autem ipsum fili a Pharaonis sustulit, educauitq; sibi in filiu. Eruditusq; est Moses omni sciētia Aegyptiorū, eraq; potens & operibus & uerbis. Posteaquām uero expletum ipso est quadraginta annorum tempus, ascendit in cor eius, ut fratres suos filios Israel inuiseret: atq; ibi cum uidisset quendā iniuria affici, ultus est, & vindictā ei qui opprimebatur fecit, percusso Aegyptio. Existimabat autem fratres suos intelligere, Deum per manum eius salutē ipsis esse allaturum: sed ipsi non intellexerunt.

In ipso hoc tempore natus Moses est, & erat uenustus Deo, id est, placitus, & Deo carus. Vel uenustus, qui grācē dicitur ἀτάρ, id est, urbanus, propriē dicitur qui in puerili ētate corpore elegans ac decorus est. Filia autē Pharaonis cū eum expositum suscepisset, omni Aegyptiorum sapientia instruendum curauit. Atq; hinc patet, externam eruditionem non prorsus esse aspernandam : quippe cū hic Mosen omni sapientia Aegyptiorum eruditum fuisse, in laudem dictum sit: Dan. i
 quemadmodum etiam de tribus pueris & Daniele: quōd Chaldaeorum sapientia & reliquis scientiis omnes superarent. Parum tamen ac moderatē ipsis incumbere debemus, in diuinæ scripture studio aſſidue immorantes. Nam neq; Moses, neq; Ananias aut Daniel peregrinam scientiam didicissent, nisi necessitate & violentia dominorum fuissent coacti: quippe cū nulla in re etiam ipsa uis fuerint. Tametsi diceret fortasse quispiam, bonum esse si peregrinas scientias adipiscamur ea de causa, ut subuertere & confutare illorum deceptions ualeamus. Interfecit autem Moses Aegyptium non ira uictus, aut cupiditati sue indulgens, sed Dei zelo & emululatione. Quicquid uero Dei ratione fit, pietas est. Nam si cædes etiam propter Deum committatur, cædes non est: quippe cum Phinees cū duos uno iictu interremisset Num. 26
Psal. 105 ita commendatus fuerit: Surrexit Phinees & plauſuit,

cauit, & cessauit profligatio, computatumq; ipsi in iustitiam est. Occisoris enim & pij hominis diuersum propositum est, etiam si una atq; eadem fratres qua agitur. Vnde inquit, Existimabat autem, &c. Quod enim factum à Mose est, significabat Deum per Mosen & Aegyptios esse interficiendum, & Israëlitas seruaturum. Atq; ita quidem, si de Mose intelligamus: si uero altiore speulatione rem consideremus, Christi dispensationem historiæ hæc nobis ostendit, qui cū Israëlitas graui contumelia oppressos inuenisset (insiliebat enim in ipso quasi conculcaturus Satan) misertus in libertatem afferere ipso aggreditus est: & cū quodammodo oppressorem interficiasset, sub terra occultauit: id est, ad inferos detrusum, ibi conclusit: atque ita detruſo satana, Saluator iustitiae exequitor Israëlitis esse uidebatur: ipsi uero cū gratias agere ei deberent, è contrario uituperabant, & dicebant, Hic non eid est demonia nisi in Beelzebub principe demoniorum. Vnde effectum est, ut è Iudea in Galileam transferit, quemadmodum etiam Moses in terram Madian, & congregacionem ex gentibus conuocarit. Luc. 11

Exo. 2 Et sequenti die ipsis pugnantibus apparuit, & compellebat ipsis in pacem, dicens: Viri, fratres estis uos, qua de causa iniuria uos mutuo afficitis: Qui uero iniuriā inferebat proximo,

ipsum repulit, Quis te, inquiens, principem & iudicem in nos constituit? nuncid occidere etiam me tu uis, quemadmodum heri Aegyptum interemisti? Fugit autem Moses in sermone hoc, factus q̄ est aduena in terra Madian, ubi filios duos progenuit.

Specta hinc quoq; ingratitudinem & insidias Iudeorum erga benemeritos. Moses enim qui impetuose eum interficerat, qui gemili suo iniuria inferebat, erga iniuste agentem mansuetè nunc se gerit: is uero patria petulantia contra benemeritos usus, ipsum repulit magis calumnians, & in perniciem Mosen, qui salutarem gentili suo cædem commiserat, circumueniens. Eodem modo contra Christum se gesserunt, benefico ob beneficia morte machinantes. Vnde etiam dicunt: Quid facimus, quoniam homo iste multa signa facit?

Ioan. 11 Expletis q̄ annis quadraginta apparuit ipsi in deserto montis Sina angelus Domini in flamma ignis rubi. Moses autem cum inspexisset, uisum est admiratus: & accedente ipso ut animaduerteret, vox Domini ad ipsum facta est: Ego Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob.

Esa. 9 Filium Dei, angelum nunc uocat, quemadmodum alibi etiam hominem: quippe cum ipse sit magni consilij angelus. Vnde etiam paulo post beato Mosi dicentem eum ostendit: Ego Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Isaac, & Iacob.

In

In flamma autem ignis rubi manifestatur: informa ignis enim etiam in monte Sina legem tradens Deus apparet. Qua de causa? Propterea, Exo. 19. quod uidelicet diuinam naturam igni, ob omnipotentiam, hominem lignis & herbis sacra scriptura a similem facit: inquit enim, Deus ignis consumens est. Et item: Homo, quasi foenū dies eius. Deu. 4. Psal. 103. Sicut igitur spinis tolerabilis ignis non est, ita neq; humanitati diuinitas. In Christo tamen conuenit, tolerabilis q; effecta est, qui in se purum illum nature proprie ignis afflatum ut perceptibilis efficeretur, contraxit: quemadmodum etiam spinis ipsis nunc ignis euasit. Carnem uero suam Christum corruptione excellētiorem reddidisse, enigmaticē significare hic potest ignis, qui prorsus illæsum lignum conseruavit: diuinitas siquidem in humanitate comprehensa est: quod mystrium in Christo fuit absolutum.

Tremefactus autem Moses animaduertere non audiebat. Dixit uero ipsi Dominus: Solue calceum pedum tuorum, locus enim in quo stas, terra sancta est. Inspiciens inspexi afflictationē populi mei in Aegypto, & gemitum ipsorum audiui, & descendи ut ipsos liberarem. Et nunc ueni, & mittam te in Aegyptum. Hunc Mosen quem negauerant, dum dicerent, Quis te constituit principem & iudicem? hunc Deus principem & redemptorem misit, cum manu angelii, qui apparuit ipsi in rubro. Hic ipsos eduxit, Exod. 7. 8. 9. 10. 11. 14. G 3

Exo.16 prodigijs & signis factis in Aegypto, & in mari rubro, & in deserto annos quadraginta.

Licet non iisdem uerbis in Exodo hoc dicatur, eadem tamen uim habet. Siue enim, tremefactus, dicamus, ut hic: siue, pauefactus, ut illic, non multum admodum interest. Idem etiam in narratione

Exo.19 de monte Sina dicitur, manente eadem tremefacti

Heb.12 & pauefacti differentia. Ibi enim inquit Moses,

Pauefactus sum & tremefactus, utrisq; his pro eo-

Exo.3 dem usus. Stupefactus igitur beatus Moses secum dicebat, accedens uisionem hanc magnam inspi-
ciam, quidnam rubus non comburatur. Sed sta-
tim arcet eum Dominus, Ne appropinques, in-
quiens, *huc: calceamentumq; pedis iubet resolute-*
re. Ecce quem paulo ante angelum dixerat, nunc
eundem Dominum esse & Deum ostendit: ipse

Esa.9 siquidem est magni consilij angelus, & filius Dei. Sed quidnam est quod sibi uult calceamenti allu-
sio Mortis & corruptionis calceamentum est si-
gnum: quippe cum omne calceamentum ex reli-
quijs & pelle iam mortui animalis conficiatur. Oportet enim ut omni mortali & carnali cogi-
tatione, quasi calceamentis quibusdam absolu-
tur mens, quae ad Dei contemplationem ascende-
re, et intelligere Christi mysterium conatur. Qui
igitur in lege & paedagogi seruitute adhuc est (le-
gis autem figura est Moses) nisi prius peccati sor-
dem abstererit, & figuralem & umbraticam

seruit-

seruitutem deposuerit, accedere ad Christum non posset. Si uero resoluere sibi calceamentum hoc uoluerit, accedet in spiritu & ueritate adoratio-
ne accepta.

Hic est Moses, qui filiis Israel dixit: Prophē-
tam uobis Dominus Deus uester ex fratribus
uestris suscitabit, quemadmodum me.

Hoc subiungit beatus Stephanus, Christi my-
sterium ipsis significans, ostendensq; Mosen ip-
sis de Christo loquutum fuisse. Deus enim & pa-
ter proprij geniti sui incarnationem per sapien-
tiissimum Mosen prædictit, eumq; secundum ad
nos legislatorem uenturum. Cum enim ipse am-
quis per angelos legem tradidisset, in ultimis tem-
poribus ipse ad nos declaratus noui testamenti an-
gelus accepit, magni uidelicet consilij patris an-
gelus: atq; hoc est quod inquit, quemadmodum
me, id est, legislatorem. Prophetam autem uocat
prophetarū dominum, ob humanitatem. Quem-
admodum me, contemptum scilicet ab ijs, qui-
bus esse uenerationi debebat: uterque enim signis
prius factis legem dedit, sed neutrum ipsorum au-
dere uoluerunt.

Esa.9

Ipsum audieris. Hic est qui fuit in ecclesia in **Exo.16**
deserto cum angelo qui loquebatur ipsis in mo-
te Sina, & cum patribus nostris: qui accepit uer-
bum uiuens, ut daret nobis: cui obedire patres
nostrī noluerūt, sed repulerunt, cōversiq; sunt

Exo.32 corde in Aegyptum, cum dicerent Aaron, fac nobis deos qui deducant nos: Mosi enim huic qui eduxit nos est terra Aegypti, nescimus quid contigerit. Et uitulum in diebus illis fecerunt, obtuleruntque sacrificium idolo, & in operibus manuum suarum lætabatur. Conuertit autem se Deus, & tradidit ipse, ut cceli exercitu seruirent, sicut in libro Prophetarum est scriptum: Nunc quid uictimas & sacrificia obtulisti mihi annis quadraginta in deserto domus Israel?

Amos 5

Vide, primum inducit ipsum etiam tune simulachris sacrificia obtulisse: nam antehac nusquam sacrificij nomen est: sed mandata uiuentia, & eloquia uiuentia appellat. Adducit autem testimonium non absolute, sed etiam non esse opus sacrificijs ostendit, dum inquit: Nunquid uictimas, &c. Id est, non potestis dicere, uos ex eo quod sacrificabatis Deo, illis quoque sacrificasse: sed illis prius sacrificasti, & in deserto praesertim, ubi uobis maxime praefui. Vide autem quam uehementer & non odiose totam orationem contra uniuersam eorum accusationem instituit, ita ferre dicens: Si etiam dixissest & templum dissoluendum esse, & consuetudines & sacrificia immutanda, nihil noui dixissest: quippe cum & Moses, ob quem uidemini gloriari, quadraginta annos neque sacrificia obtulerit, neque templum erexit. Quin neque David, neque alias quisquam qui interces-

tercesserit, licet uobis terra in hereditatem esset tradita. Adde quod est Prophetae ita de ipsis pronunciant, quasi minimè necessaria sint. Nunc uero quo pacto defendere Mosen simulatis, quem repulerunt & patres uestris, & uos? Et in tota denique concione uidere licet, sapienter simul & mansuetè & acriter eorum refelli ac dissolui accusationem.

Et a sumptuosis tabernaculum Moloch, & sydus Dei uestris Repphan, figuræ quas fecistis ut adoraretis. In transmigrationem uos inducam trans Babylonem.

Moloch seu Molchom idolum est Moabitarum, quod in summa fronte lapidem pellucidum & eximium in formam Luciferi habebat. Repphan autem species est obtenebrationis. Nam cum in monte ascendisset Moses, uitulum fecerunt, Stellarumque adorationi se dediderunt, & tabernaculo facto simulachrum constituerunt quod Moloch uocant: id autem si interpretetur, rex ipsorum significat: Repphan uero obtenebratio seu execratio. Assumpsis isti igitur tabernaculum Moloch, id est, regis uestris. Quis autem is est? Sydus Dei uestris Repphan: id quod in execrationem uobis euasit: obtenebrata enim corda uestra sunt. Quoniam uero Moabitarum insaniam exploris, qui iuxta Damascum sunt, propterea ultra Damascum abibitis, id est, in Babylonem. Licet

enim propheta ultra Damascum dixerit (ita enim Septuaginta editio habet) **beatus tamen Stephanus Hebreorum editionem sequutus dixit**, trans Babylonem: uel quia Damascenorum et Syrorum Babylon terminus est.

- Exo. 25** Tabernaculum testimonij fuit patribus nostris in deserto, quemadmodum instituit qui loquebatur Moysi, ut faceret ipsum ea figura, quam uiderat. Quod etiam introduxerunt suscipientes patres nostri cum I E S V in possessione gentium, quas expulit Deus a facie patrum nostrorum, usq; ad dies David, qui inuenit gratiam coram Deo, & petiit ut inueniret tabernaculum Deo Iacob.
- a. Re. 16**
- Psal. 131**
- 2. P. 4. 17**

Tabernaculum testimonij, hoc est, mandatorum Dei, quod in monte Sina Moysi a Deo fuerat monstratum, ita fuit appellatum, propterea quod a Deo institutum fuit, ut testem Deum haberent, quod in monte descriptio eius fuerit facta, et ipse id Moysi instituerit et disposuerit.

- 3. Reg. 6** Salomon uero domum ipsi aedificauit: sed alius in manufactis templis non habitat, sicut Propheta inquit: Caelum mihi sedes, terra scabellum pedum meorum est. Qualem domum mihi aedificabis inquit Dominus: uel quis locus requietionis meae? Nonne manus mea omnia haec fecit?
- Esa. 66**

- 3. Reg. 3** Quadragesimo quadragesimo anno post exitum filiorum IsraeI ex Aegypto, coepit Salomon

mon templum in Hierusalem aedificare, ut tertius liber Regum docet. Propterea autem tanto tempore post reditum ex Aegypto templum fuit extitulum, ut post diuturnam circumuagationem per montes defatigati, unum locum, id est, Hierusalem haberent in quo coquiescerent, quem Deus sibi preciosum fecisset. Ipsi uero cum erat tardi ad intelligendum, et sermonis de Deo imperiti essent, urbem Dei esse Hierusalem rati, in ea sola habitare ipsum dicebant. Parua igitur et humilia opinantes arguit Deus, et inquit: Qualem dominum mihi aedificabis, qui caelum sedem, et terram pedum scabellum habeo? Oportebat enim ut ihs qui contractam esse et circumscriptam locis naturam eius existimat, eum esse ubiq;, et nihil esse quod capere ipsum possit, quin per omnia ipsum permeare, plenumque esse caelum eo, et plenam terram, manifeste declararetur.

Duriceruices, et incircucisi corde & auribus.

Qua de causa cum hucusque mansuetè concionatus fuerit Stephanus, hic asperè inuehitur et quia scilicet ipsis non attendere his quæ dicebantur, uidebat.

Vos semper spiritui sancto resistitis.

Non dixit Deo resistitis, sed spiritui sancto: quippe cum nullam differentiam nouerit: nam et spiritus est Deus, etiam si impijs non uideatur. Vos igitur semper resistitis Deo. Quando enim

enim uolebat sacrificia esse, ipsi non sacrificasti: quando uero non uult, sacrificatus: quando constitutum erat templum, simul iachra colebatur: quando sine templo adorari uult, contrarium facitis, quemadmodum patres uestris.

Sicut patres uestris, & uos.

Mat. 23 Desuper à progenitoribus uitium hoc deuenire in ipsos ostendit. Sic etiam Christus faciebat, propterea quod ualde semper ob patres gloriantur.

Quem ex Prophetis non persequuti sunt patres uestris?

a. Par. 24 Hæc cùm dicat beatus Stephanus, uera quidem dicere eum, utpote spiritu sancto loquètem scimus: ostendere tamen ex ueteri testamento, quod modo patribus horum qui in Iesum non credebant, expobret, quod persequuti fuerint prophetas & interfecerint, ex libris his qui habentur, non possumus. Si igitur, inquit, eos qui prænunciabant aduentum eius, interemisti, nihil mirum est si me quoq; qui prænunciatum prædicto, interficiet: se enim ab ipsis interficiendum esse minime ignorabat, utpote spiritu sancto plenus: unde etiam sine ulla dijimulatione libere loquitur.

Et interfecerunt eos qui prænunciauerant de aduentu iusti, cuius uos nunc proditores & occisores effecti estis: qui legem in institutiones angelorum accepistis, & non seruastis.

Iusti

Iusti, inquit, ut ostendat, si ille erat iustus, uale in iustos fuisse qui illum occiderunt. Iustum uero illum uocat, id quod negare ne ipsi quidem poterant: nusquam enim, quamvis ualde impudentes essent, alicuius iniustitiae ulla in re illum accusarunt, quo pacto enim, cum ne tectum quidem haberet? Ac iustum quidem Iesum appellat, conciliare ipsos uolens: ipsos uero proditores eius & occisores, utpote qui consciij cum ijs fuerint, qui ipsum cruci affixerunt. Quamuis, inquit, legem accepissetis eiusmodi institutionum, quæ efficiebant, ut qui illam seruarent, aequali angelis uitam traducerent. hoc enim est quod inquit, qui legem in institutiones angelorum accepistis. Alij intelligunt, legem ab angelis institutam, & traditam per angelum Mosi, qui ipsi in rubo apparuerat. In institutiones, pro, secundum institutiones: quemadmodum uidelicet illi appartenentes in rubo, & monte Mosi instituerunt.

Cùm uero hæc audirent, discrucibantur cordibus suis, & frenedebant dentibus suis in ipsum. Ipse autem cùm esset plenus spiritu sancto, intentè suspiciens in cœlum uidit gloriam Dei.

Si uolebant ipsum interficere, cur non statim id fecerunt? quia prætextum probabilem facinoris suo afferre cupiebant. Nam cōtumelia in ipsis non satis idonea causa esse uidebatur, ut interficeretur: sed ut expelleretur fortasse & flagellaretur.

Mat. 8

Luc. 9

tur. Præterea neq; eius erat contumelia, sed Propheta contra ipsos accusatio: quapropter nolabant uideri se eum interfecisse causa sua, quemadmodum neq; Christum: non enim contenti erant homicidio, sed famam quoq; eius obscurare conabantur: timebant enim ne occisus ab ipsis ob contumeliam qua in ipsos utebatur, clarior ac uenerabilior effaceretur.

Et I E S V M stantem à dextris Dei, & dixit: Ecce uideo cœlos apertos, & filium hominis à dextris Dei.

Stantem, & non sedentem Iesum beatus Stephanus uidet, ut auxilium sibi paratum cognoscat, utq; certatori auxiliatoris habitus & status promptitudinem magnam atq; alacritatem affert. Quia præterea audire de Christo quid ad dexteram Dei consideret, ipsis odiosum erat, sicut ipsum nunc inquit, suscitationem & resurrectionem ipsius etiam significans. Nam non stare eum, sed sedere, etiam Paulus ostendit, cum ait patrem simul suscitasse ipsum, & simul ad confidendum collocasse in coelibus in dextera sua.

Ephes. 2 Clamantes autem uoce magna aures suas cohibuerunt, & in ipsum unanimiter irruerūt, & eiectum eum extra urbem lapidabant.

Cohibuerunt aures qui falso erant contra sanctum testificaturi.

Et testes deposuerunt pallia ad pedes iuuenis qui

nisi qui uocabatur Saulus, & lapidabant Stephanum inuocantem & dicentem.

Testes uocat eos, quos supposuerant & subornarant, ut falsum testimonium contra ipsum dicerent: ostēditq; eos paratores ad cædem fuisse, cum pallia deposuerint, ut expediti & leues ad coniiciendos lapides essent. Inquit etiam, cum qui postea preaco per totum orbem futurus erat, cædi huic tunc consensisse: ut ostendat, diuinam eius & admirabilem, non humanam fuisse mutationem.

Domihe I E S V suscipe spiritum meum.

Dum hoc inquit, se non mori declarat: docetq; iustorum animas à corporibus absolutas, non amplius ad inferos descendere, sicuti antea: sed in manus Dei uiuentis per salvatorem omnium nostrum Christum deduci.

Et positis genibus clamauit uoce magna: Domine, ne statuas ipsis hoc peccatum. Cumq; hoc dixisset, obdormiuit. Saulus autem consentiens occisioni eius erat.

Cum precatus fuerit Stephanus ne statuatur ipsis in peccatum mors sua, quæstu dignum uidetur, an remissum ob id peccatum hoc ipsis fuerit. Dicendum, si eos pœnituit, dimissum fuisse. Nam qui innumerabilibus manibus ipsum feriebat, & ecclesiam persequebatur Paulus, ecclesiæ preses postea euasit.

De persequitione ecclesie, & sepultura Stephani: de Philippi predicatione & miraculis in Samaria, ubi multi crediderunt, inter quos erat etiam Simon magus: ad quos miseri apostoli impositis manibus spiritum sanctum in ipsis deo duxerunt. De Simonis increpatio- ne, & eunuchi baptismatione à Philippo. Cap. VIII.

FACTA autem est illa die persequitio magna in ecclesiam quæ erat Hierosolymis, omnesq; per regiones Iudeæ & Samariæ dispersi sunt, exceptis Apostolis. Viri autem pī Stephanum composuerunt, & planctum magnum super ipsum fecerunt. Saulus uero deuastabat ecclesiam, in domos ingrediens, & trahens viros & mulieres in custodiam tradebat. Qui tamen dispersi erant, euangelizantes uerbum pertransibant.

Vide quomodo Deus infidias hostium in bonum exitum reducit: dispersi enim multò plures expiscati sunt, quam prius qui in persequitionem fuisse pāsi. Apostoli non fuerunt dispersi, sed in Hierosolymis permansere: ubi enim maius bellum ingruit, prodire in aciem primores bellatores oportet, alijsq; fortitudinis & fiduciae exemplum proponi. Cæterum si pī erant qui sepelierunt Stephanum, cur planctum fecerunt? an quia nondum erant perfecti? Vel planxere, dum indignitate rei mouerentur, quia præsidentia tali, tali doctrina, & signis talibus fuerant priuati, uide-

bantq; illum tam mansuetum & benignum, tam seu lapidationē mortuum iacerē.

Philippus autem cùm in urbem Samariæ descendisset, prædicabat ipfis Christum: atten-debantq; turbæ ijs quæ dicebantur à Philippo unanimiter, dum audirent & uiderent signa quæ faciebat. Spiritus enim immundi ex multis qui ipsos habebant, clamantes uoce magna exibant: & multi resoluti & claudi, curati sunt: factumq; in urbe illa gaudium magnum est. Vir autem quidam nomine Simon prius erat in urbe, qui magica utebatur, & genitē Samariæ in stuporem inducebat, dicens se esse magnum quendam: cui attendebant à paruo usq; ad magnum omnes, dicentes: Hic potentia Dei magna est.

Philippus hic non est Apostolus inter duodecim connumeratus, sed unus ex septem cum Stephano electus ad uiduarum dispensationē. Quod uerum esse inde patet, quod cū Apostoli soli in Hierosolymis relicti essent, reliqui uero discipuli alio fuisse dispersi, sicut superius dictum est. Omnes uero per regiones Iudeæ & Samariæ dispersi sunt, exceptis Apostolis, inter dispersos erat etiam hic Philippus, qui Simonem etiam in Samaria de fide instruxit: & cū ex diuino oraculo eunuchum baptizasset, à spiritu Domini in Azotum est deductus. In Cæsaream proficiscebatur.

tur, unde erat natus: dolore enim ex Stephani persequitione & morte affectus, timensq; ne in similes molestias ipse incideret, domum reuertebatur. Præterea si qui baptizauit in Samaria Philippus unus ex Apostolis fuit, eandem autoritatem dandi spiritus habuisset, & non opus fuisset ut Petrus & Ioannes descenderent ab Hierosolymis, eisq; gratiam spiritus exhiberent. Hic igitur baptizat tatummodo, ut pote discipulus: gratiam autem perficiunt Apostoli, quibus huiusmodi doni autoritas data fuit.

Attendebant autem ipsi, præterea quod multo tempore magis ipsos exturbauerat. Quando uero crediderunt Philippo euangelizanti de regno Dei, & nomine I E S V Christi, uiri & mulieres baptizabantur. Simon autem ipse quoq; creditit, & baptizatus, non deserebat Philippum: spectansq; potentias & signa fieri, obstupebat. Cum audiuerint autem Apostoli qui erant Hierosolymis, Samariam Dei uerbum accepisse, miserunt ad ipsos Petrum & Ioannem: qui cum descendissent, precati pro ipsis sunt, ut spiritum sanctum acciperent.

Aduertendum est, non debere nos cum magis uersari. Quod si quis deceptus cum ipsis consuerit, citò ab ipsis recedat: quippe cum si diutius perseveret cum ipsis quispiam, in exturbationem mentis inducatur, ut discernere uerum amplius nesciat.

nesciat. Hic igitur Simon obsequutus Apostolis cum esset magus, & sicut alij à Philippo uno ex septem cum multis baptizatus, non tamen per impositionem manuum Apostolorum spiritum sanctum admisit. Sed quid? qui à Philippo erant baptizati, spiritum sanctum non acceperunt? Accepserunt quidem spiritum remissionis, sed signum minime. Vnde Simon cum uideret per impositionem manuum eum dari, ad Apostolos accessit, ausus ab eis ipsum mercari: prius enim quam uidisset alios spiritum signorum accipere, petere eum non audebat. Sed cur huiusmodi hominem Philippus baptizauit? Quia etiam Iudam Christus elegerat. Cur eum non interemerunt, sicut Ananiam? quia uidelicet etiam in Veteri testamento unus tantum qui ligna collegerat, ad aliorum castigationem morte fuit multatus: nullusq; alius id per pessum est. Sciendum autem, dum dabatur spiritus sanctus, mirabile quid contingere consueuisse, quod sensu percipiebatur: nam Simon nisi id uidisset, non accessisset petiturus. At uero cur cum non uidisset Apostolos pecunijs id agere, pecunias offerre ausus est? Præterea, quod ignorantis id non erat, sed tentans. Vnde etiam Petrus ad ipsum, Cor, inquit, tuum non est rectum: ut ostenderet, ea quoque quæ in corde uafre moliebatur, sibi non esse inexplorata. Vide autem Simonis huius impudemiam. Nam cum deberet petere ut spiritum

Num. 15

acciperet, id non curabat, sed petit ut alijs dare posset: uolebat siquidem clarior Philippo etiam uideri. Philippus enim cùm esset unus ex septem, & minister, potestatem non habebat, ut per impositionem manuum dare spiritum sanctum posset. Nam uerum hoc esse, et spiritum signorum nondum hos accepisse, inde perspicere potest, quod inquit, cùm spectasset potetas et signa fieri, obstupuisse, et acceptuisse, atq; eum petijisse.

Nondum enim in quenquam ipsorum incidat, sed baptizati tantum erant in nomen Christi I E S V . Tunc imponerant manus super ipsos, & spiritum sanctum accipiebant.

Per spiculum hinc est, eos qui à Philippo in Sa maria fuerant baptizati, spiritum sanctum non accepisse: propterea quod id donum non habebat Philippus, cùm esset, ut diximus, unus ex septem: hi siquidem septem potestatem quidem signorum faciendorū acceperant, non tamen alijs dare eum spiritum poterant: id enim præcipuum Apostolorum munus erat. Fortasse etiam spiritum sanctum in baptizatos à se non deduxit Philippus, uel ob Apostolorum reverentiam, munus id ipsis reseruans: uel non quod esset uilis et indignus, quippe cùm etiam ipse et in curationibus morborum, et in electionibus dæmonum signa dicatur fecisse, sed quia id nondum fuerat precatus, cùm nondum illi ad eum suscipiendum essent idonei:

nei: quandoquidem etiam Simon ab eo baptizatus carnalia adhuc cogitans, oblatis pecunijs dærisibi ab Apostolis potestatem petebat dandi spiritus per impositionem manuum cuicunq; uellet.

Cùm uidisset autem Simon per impositionem manuum dari ab Apostolis spiritum sanctum, pecunias ipsis attulit, dicens: Date mihi etiam potestatem hanc, ut cuicunq; manus imposuero, spiritum sanctum accipiat.

Scelestus iste Simon non fidei causa oblatis pecunijs sibi hoc petebat dari, sed ut prouentum inde pecuniarum sibi compararet; acceptus enim ut accepta huiusmodi gratia, per portenta et signa ditesceret, quorum antea speciem tam per dæmones exercebat. Vel hoc faciebat tentans Apostolos, quo accusationem postea in ipsis posset intendere. Vnde etiam ei dicitur: Non est tibi portio in re hac, cor enim tuum rectum non est coram Deo: pœnitentiam igitur age, si modo tibi peccatum remittatur.

Petrus uero ad ipsum dixit: Argentum tuum tecum sit in perditionem, quia donum Dei pecunijs existimasti comparare. Non est ubi portio, neq; loris in re hac: cor enim tuum rectum non est coram Deo. Pœnitentiam igitur age ab hac improbitate tua: & precare Deum, si modo tibi remittatur cogitatio cordis tui: in fel enim amaritudinis, & obligationem iniustitiae esse video. Respondens autem Simon dixit: Preca-

mini uos pro me ad Dominum, ut nihil eorum quæ dixistis, in me ueniat. Atq[ue] hi quidem testati & loquuti verbum Domini, in Hierusalem reuersi sunt, & per multos uicos Samaritanorum euangelizarunt.

Argentum tuum tecum sit. Non est hoc male imprecantis, sed erudiantis: perinde ac si quis diceret, argenteum tuum simul cum proposito hoc tuo malo pereat. Preuidebat siquidem ipsum Petrus ad paenitentiam non conuersum iri, ac propterea inquit, si modò remittatur. Nam quod ille ait, precamini uos, non paenitentiae et conversionis causa dicit, sed repudiationis, simul ut easē obligatione exoluisse uideretur. Nā ubi sunt lacrymæ et confessio? Hinc animaduerti debet, quam graue peccatum sit, quamq[ue] magna paenitentia indigens, cūm quis in Deum ipsum peccat: quemadmodum hic Simon, qui spiritum sanctum pecunijs ad operationes inducendum arbitrabatur.

A L I T E R : Non punit autem nunc Simonem Petrus, ut prius Ananiam, ut ostendat fidem non esse eiusmodi, ut cogi debeat: tum ut paenitentiam introducat. Satis enim ad correctionem est, quodq[ue] et Petrus ipsum arguerit, quodq[ue] in corde cogitat, manifestarit, et ipse confessus sit. Nam cum inquit, precamini uos pro me, confitentis est, quamuis non ex recto et uehementi affectu diceretur.

Angelus

Angelus autem Domini loquutus ad Philippum est, dicens.

Cure eunicho non apparet angelus, dicitq[ue] ipsum ad Philippum? Quia fortasse non credebat, sed magis admiratione fuerat correptus: nō enim erat ut Cornelius.

Infrā 10

Surge, & ad meridiem progredere, in uiam quæ ab Hierusalem in Gazam descendit: ea est deserta. Et cūm surrexisset, abiit, et ecce uir Aethiops eunuchus unus ex Candaces reginæ Aethiopum proceribus, qui erat supra omnem gazam eius, uenerat adoratus in Hierusalē, & in curru suo sedens reuertebatur, & legebat Esaiam prophetam. Dixit autem spiritus Phillipo: Accede, & adhuc currui huic. Cūm uero occurrisset Phillipus, audiuit eum Esaiam prophetam legentem, & dixit: Nunquid intelligis quæ legis? At ille ait: Quo pacto id possum, nisi quis mihi præmonstrarit? & rogauit Phillipum, ut ascenderet & consideret cum ipso. Argumentum autem scripturæ quam legebat, hoc erat.

Ad meridiem. Non ab Hierosolymis ad meridiem, sed ad Septentrionem ibat. A Samaria uero, ubi Phillipus unus ex septem tunc morabatur, et docebat, meridiem uersus tendebat hæc uia. Quod uero ait, ea est deserta, propterea inquit, ne Iudeorum occursum timeat. Mulieres uero illi Aethiopie tunc dominabantur, quarum una ex

succeſſione erat Candace, cuius eunuchus regio-
rum theſaurorum erat cuſtos. Sciendum autem
Aethiopas unamquāq; regis matrem Candacen-
ſolere appellare: nam patrem eorum non agno-
ſcunt, ſed Solis filios eſſe eos tradunt: ſingulorum
uerò matrem Candacen uocant.

Eſa. 53 Tanquam ouis ad iugulationem ductus eſt:
& ſicut agnus coram tondente iſum eſt mu-
tus, ſic non aperuit oſ ſuum. In humilatione
eius iudicium iſius eleuatum eſt. Generatio-
ne autem eius quis narrabit? Quia tollitur à
terra uita eius. Cūm respondiſſet autem eunu-
chus Philippo, dixit: Rogo te, de quo Prophetā
hoc dicit, de ſe, an de aliquo alio? Cūm aperuiſſet
autem Philippus oſ ſuum, incepit ei q; à ſcri-
ptura hac, euangelizauit iſi 1 E S V M. Dum
uerò irent per viam, ad aquam quandam ue-
nerunt: & ait eunuchus.

Hinc uoluntaria Saluatoris noſtri perpeſio
diſpensatarū rerum ſignificatur. Sicut ouis enim
qua duciſſit ad ſacrificium, uel agnus coram ton-
dente iſum (nam dum neceſſitate & ui doma-
tur, ne balatum quidem edere, deditiōne & ceſ-
tiōne p̄rfeſſa) ſic ſponte ipſe dum pateretur,
tacebat. Cūm autem inquit, in humilatione
eius iudicium iſius eleuatum eſt, iudicium illud
iniuſtum oſtendit, quod occultata ueritate
contra iſum factum eſt. Cūm uerò ſubiungit,
generationem cuius quis narrabit? carere iſum

genera-

generationis ſerie & genealogia declarat. Nam
genealogia, generationisq; explicatione carebat,
ut Deus: quantum ad carnem autem ſpectat, erat
genitus, utpote in cenuſu deſcriptus. Vel ſi de gene-
ratione etiam poſt reſurrectionem intelligere ue-
limus, hic erit ſenſus: Gloriam qua eī poſt reſur-
rectionem acquisita eſt, nobilemq; eius dignitatē,
quam diſpensatorum perpeſio maniſtauit, quiſ
explicare oratione unquam poterit: cūm & iſa
mors ſubiecta ſit, omnesq; in incorruptibilitatem
gratia eius uiuificantur, & fide redimantur? De-
inde inquit, quia tollitur à terra uita eius, id eſt,
extollitur, altiorq; terrefribus & ſublimior uita
eius eſt, id eſt, uitæ iuſtitiō & traductiō. Tollit
ur item alio modo, & ſupra omnes uita eius eſt,
hoc eſt, unigeniti eſſentia, quando extra carnem
conſideratur, & nondum quantum ad nos at-
tingit, genitus. Nam cum ipſe in mortem ſponte de-
ſcenderit, ſubleuata à terra uita eius eſt, & ſu-
pensa, & ſupra coelos ascendiſſit: quoniam rex glo-
riæ erat, & uita ſecundum naturam, et Dominus
poterat: licet ex diſpensatione qua uifus erga
nos eſt, & uoluntaria exinanitione ignominias
& infamias in paſſione in terra uſtineret, id
quod caro exhibebat, qua iſi in perſona indiui-
ſibili quadam ratione fuerat unita: circa quam
paſſio & ignominia contigit, qua cūm contra
Deum quidem incarnatum audacter fuſſet illata,

Psal. 67

tangere tamen, id quod fieri nullo pacto poterat, impatibilem eius naturam non ualuit. Hunc igitur esse Iesum, & in eo scripturam hanc fuisse expletam, eunicho Philippus euangelizat. Quod cum ille credidisset, & statim fuisse baptizatus, in Aethiopie regiones dimissus est, id quod ipse crediderat, prædicaturus: Deum uidelicet unum esse, qui per Prophetas denunciatur: eiusq; filium humana forma iam aduenisse, & tanquam ouem ad iugulationem ductum fuisse, & reliqua, que cung; de ipso dicunt Prophetæ. Et tunc expleta fuit prophetia, que dicit: Aethiopia manum suam Deo prius offerre præoccupabit.

Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus, si ex toto corde credis, licet. At ille respōdens, Credo, inquit, filium Dei esse I E S U M Christum: iussitq; ut consisteret currus, descenderuntq; utrig; & Philippus & eunuchus in aquam, & baptizauit ipsum.

Animaduertendum hinc est, quam multum studiū sensibili baptismati adhiberent, qui perfecit Christianam pietatem profitebantur. Nam cum duplex esset quod dabatur baptisma, aliquando per aquam, aliquando in spiritu sancto & igni, nequaquam ob excellentiam eius spiritualis corporale hoc despiciebant: quippe cum ad salutem etiam hoc, & resurrectionem corporis conferat.

Quando

Quando uero ascenderunt ab aqua, spiritus Domini Philippum rapuit, & non uidit eum amplius eunuchus: ibat enim per viam suam gaudens. Philippus uero in Azoto inuenitus est, & pertransiens per urbes omnes euangelizabat, quoad uenit in Cæsaream.

Non sine utilitate rapuit Philippum spiritus: quippe cum uoluisset fortasse cum eo ire eunuchus, et ipse renuendo & negando, cum nondum esset occasio, molestiam ei attulisset: & simul Philippus ipse non parum erat lucratus, cum id quod de Ezechiele & Abacuc audiuerat, sibi Ezecl. 8 quoq; euensis esset uisurus. Multam viam autem Dan. 14 pertransisse ostenditur, siquidem in Azoto est inuentus: ibi enim cum spiritus constituit, ubi euangelizare posthac eum oportebat, atq; inde in Cæsaream, que ipsum procreauerat, proficiisci.

De diuina uocatione Pauli ad apostolatum, & eius baptismate per Ananiam: de fiducia Pauli in prædicando I E S V: de coniunctione eiusdem cum apostolis per Barnabam: de Aenea resoluto in Lydda sanato à Petro: de Tabata mortua ab eodem suscitata. Cap. IX.

Saulus uero cum adhuc spiraret minas & cædem in discipulos Domini, accessit ad pontificem, & ab eo epistolas in Damascum ad Synagogas petiit, ut si aliquos inuenisset qui uiæ huius

huius essent viros & mulieres, uincetos in Hierusalem perduceret.

Qui uiae huius essent. Viam enim uocabant fidem quae ad Christum uerum Deum nostrum nos dederat, quam prædicabant Apostoli: merito sane: quippe cum per eam in regnum cœlorum, et non per aliam aliquam ingrediamur. Veriore tamen interpretatione uiam institutionem uite

Esa. 63 intelligendum est, ut apud Esaiam: Ut quid in errorem nos induxisti à via tua? id est, à tua uite traductione et institutione. Ita nunc hoc loco uiam traductionem uite secundum Christum appellat. Nam alibi etiam ubi uia facit mentionem, Christi prædicationem institutionemque intelligit. Sed fortasse in contemptum quoque, ut rem uituperarent et carperent, ita uocabant: quippe cum ignobilem, è uia hominem et triuio, soleant runcupare. Non petijt autem Saulus potestatem puniendi eos illic, sed in Hierusalem reducendi, propterea quod maiori cu ocio facere id uolebat.

Dum autem eret, factum est ut appropinqua

1. Cor. 15 ret Damasco, & repente circufulsit ipsi lux de celo: & cum in terram cecidisset, audiuit uocem

2. Cor. 12 sibi dicentem: Saule Saule quid me persequeris?

Ipse autem dixit, Quis es Domine? Dominus uero, Ego, inquit, sum IESVS, quem tu persequeris. Durum tibi est contra stimulos calcitrare. Tremensque ille ac stupens ait: Domine,

quid

quid uis me facere? Et Dominus ad ipsum: Surge, & in urbem ingredere, & dicetur tibi, quid te oporteat facere. Viri autem qui simul cum ipso iter faciebat, stabant stupidi, uocem quidem audientes, sed neminem tamen uidentes. Excitatus autem de terra Saulus est, aperteque oculis, neminem uidebat. Vnde manu deducentes ipsum, in Damascum introduxerunt, fuitque ibi dies tres non uidens.

Visio haec in urbe non fit, sed in uia per quietem ut nullus aliis altere narrare quod ei contigerat, posset, sed ipse qui illam uiderat, casumque sustinuerat, dignus esset cui narrari fides adhiberetur. Non omnes autem excœcat, nisi Paulum solum, ne communis et fortuna proueniens calamitas ea exstirparetur, sed diuinæ prouidentiæ esse uideretur. At cur non crediderunt qui cum eo erant? Ut testificantes id de Paulo fide digni haberetur: si enim credidissent, uisi fuissent ad gratiam testificari. Qui sane uocem quidem audiuerunt non supernam, sed Pauli, neminem tamē uiderunt, cui responderet. Nam supernam uocem Paulus solus **Infrā 22** audiuit. Procedens enim eum ita loquentem inducit: Qui uero mecum erant, lumen quidem uiderunt, & terrefacti sunt: uocem tamē eius qui mecum loquebatur, non audiuerunt. Si enim uocem illam audiuisserint, nequaquam in diffidenzia et perfidia persistissent. Sed cum uiderent Paulum

Paulum respondentem, admirabantur. Propterea autem non à principio hoc effectum est, ut uere Christū resurrexisse demonstretur. Unde enim ille qui ipsum exagitabat, resurrectionis eius fidē non adhibebat, discipulosq; eius persequebatur, credidisset, nisi magna resurrectionis uis esset?

Et non comedit, neq; bibit.

Qua de causa? quia ualde seipsum ob ecclesię persequitionem condemnabat, doloreq; conficiebatur, & Deum ut sibi id remitteret, implorabat.

Erat autem discipulus quidam Damasci, nomine Ananias, dixitq; ad eum Dominus per uisum: Anania. Ipse uero ait: Ecce ego Domine. Dominus uero ad ipsum: Surgēs abi in uicum qui uocatur Rectus, & quare in domo Iudæ Saulum nomine Tharsensem: Ecce enim precatur. Et uidit per uisum uirum nomine Ananiam ingressum, & imponentem sibi manus, ut uisum recipiat.

Cur neminem ex autoritate dignis & magnis traxit, & ad Pauli instructionem transmisit, sed Ananiam, qui unus erat ex septuaginta? Quia non erat per homines, sed per ipsum Christum intiandus. Nam Ananias hic nihil ipsum edocuit, sed tantum baptizauit. Simil enim atq; illuminatus fuisset, multam ex zelo & promptitudine spiritus gratiam erat consequiturus. Hinc animaduertendum

uerendum est, cum dicat per uisum, id est, i. e. ipsa uari, & quare autem uisa in somnis dici consueverint, somnia illa euulgari debere, quæ cōmunem utilitatem afferunt, atq; ad pietatem erga Deum conducunt: quæ uel Domini præsentiam habent, uel angelorum. Nam sunt etiam in somnis priuata, quæ dici nō debent. Verūtamen et si priuata quoq; Sauli fuit utilitas, sanatio tamen admirabilis quæ ipsi cōtigit, ad pietatem, Deiq; cultum hominem prouocat, ut ob id tanquam ad cōmunem utilitatem spectans debuerit euulgari. Ananias autem hic diaconus quoq; erat, ut in canonibus ipse Paulus testatur. Hoc autem effectum est, quia Damasci ob persequitionem presbyter nō aderat. Vedit autem Paulus per uisum & in somnis, propterea quod uideret reuera, quia cæcus erat, nō poterat.

Respondit autem Ananias: Domine audiui ex multis de uiro hoc, quanta mala in Hierusalem sanctis tuis fecerit: & hoc loco habet potestatem à pontificibus ligandi omnes, qui tuum nomen in uocant. Dominus uero ad ipsum dixit: Abi, quia uas electionis mihi est iste, ut nomen meum coram gentibus & regibus & filiis Israel deferat. Ego enim ostendam ipsi, quot pro nomine meo pati ipsum oporteat. Abiitq; Ananias, & ingressus in domum est, & impositis super ipsum manibus, dixit: Saul frater.

Audiui ex multis, Hoc inquit Ananias, non quod

quod non credit bis quae dicuntur, aut se a Christo decipi existimet: absit: sed timore tremoreq; inductus. Verisimile enim est eos cum essent in timore, sollicitos fuisse, et curiose indagasse, quid contra ipsos statueretur. Quo enim alio modo sci re potuisset, hoc loco habere ipsum a pontificibus potestatem? Vnde cum id esset, quo pacto euenire ea quae dicebantur, possent, admirabatur. Quid igitur Dominus qui corda scrutatur et permeat, de Paulo testificatur? Non esse naturalem improbitatem ostendit: quippe cum uas electionis eum esse inquiet: unde eum approbatum esse significat: probatum enim uas unusquisq; eligit. Neque solum fidelis erit, inquit, uerum etiam doctor, et per totum orbem praeco: quin etiam multa pro me patietur, quia uas uidelicet electionis est, et nomen meum gestabit. Nam quia fortasse cum audiisset Ananias Paulum esse cæcum, gaudebat, et ferre ita dicebat: Bene se habet hoc, sine eum ita excusatum permanere. Quid mihi ut oculos eius aperiam, iubes? nunquid ut rursus nos liget? ut nos rursus puniat? Non solum, inquit, nihil mali efficiet, uerum etiam multa pro me perfuris est.

Dominus me misit, qui apparuit tibi in via qua proficisci baris, ut uisum recipias, et spiritu sancto replearis. Et statim ex oculis eius quasi squamæ deciderunt, et respexit: et surgens baptizatus

ptizatus est, & sumpto cibo est corroboratus. Fuitq; Saulus cum discipulis qui erant Damasci, per dies aliquor.

Licet non dixisset Ananias Christus se Saulo apparuisse, a spiritu sancto tamē didicit. Sedenim non apparuit, & re ipsa tamen et effectu dicitur apparuisse. Non dixit autem, Qui te excœauit: ut exprobrationem euitet: sed, qui tibi apparuit. Excidunt autem squamæ, ut et uehementia cœtitatis, et indubitate fanatio significetur.

Et confessum in Synagogis Christum prædicabat, hunc esse filium Dei assertens: stupebantq; omnes qui audiebant, & dicebat: Nonne iste est qui in Hierusalem eos diripiebat, qui inuocabant nomen hoc? atq; huc ad hoc uenerat, ut uictos ipsos ad pontifices abduceret? Saulus uero magis uires concipiebat, Iudæosq; cōfundebat qui habitabant Damasci, cum eos ad consentiendum hunc esse Christum induceret. Vbi uero expleti dies satis multi sunt, conseruantq; Iudæi ut ipsum interficerent. Sed cognitæ insidiæ ipsorum à Paulo sunt, obseruabantq; portas die nocturnq;, ut eum occiderent. Cum uero sumptissime eum nocte discipuli, è 2. Cor. 11 muro in spora demissum eduxerunt.

Cum esset peritus legis Paulus, in Synagogis Iudeos in silentium inducebat, neque loqui permettebat: sed ex scripturis ostendebat, ad consentiendum inducens, id est, οὐ μείζων, cum man-

Suetudine & aequitate docens, Iesum Christū esse filium Dei. At illi infidias ei struebant, ut interficerent. Ipse uero ē muro in spora à discipulis demissus est, atque ita fugiens salutem est consequitus. Vide autem ipsum iam discipulos acquisiuisse: ita totus ardebat, & praeponio undequaque erat plenus, ut quo tardius ad id acceperit, eō promptior fuerit effectus. Nam etiam si peregrinationem ab hoc mundo cupiebat, hominum tamen etiam salutem amabat: ut propterea talia se penumero excogitaret, & machinaretur, predicationi seipsum conseruans: neque humanis uti machinamentis recusaret, quando occasio postulabat.

Cū accessisset uero Saulus in Hierusalem, adhærere discipulis tentabat: sed omnes eum timabant, neq; esse discipulum credebant. Barnabas autem apprehensum ipsum ad Apostolos duxit, narrauitq; ipsis quomodo in via Dominum uidisset, eumq; esset alloquitus: quomodo item Damasci fidenter in nomine IE S V se gessisset: cum ipsisq; uersans ingrediebatur & egrediebatur in Hierusalem, & in nomine Domini IE S V fidenter loquebatur.

Dignum hic dubitatione est, quomodo in epistola ad Galatas se non abiisse Hierosolyma dicat, sed in Arabiā & Damascum: & post tres annos Hierosolyma uenisse, & uisisse Petrum, nemini

neminemq; alium Apostolorum uidisse: nunc uero ē contrario dicatur à Barnaba ad Apostolos fuisse adductus. Vel igitur ad Galatas inquit, se non abiisse ut conferret: ait enim, Non retuli ad ipsos, neq; ueni Hierosolyma. Vel si hoc non placet, perspicuum est infidias quæ Damasci ipso intentabantur, non statim postequam credidit, ei structas fuisse, sed annis tribus postquam ex Arabia rediit. Vel si neq; hoc satis ad rem uidetur, dicendum est, eum nunc ad Apostolos non abiisse, sed tentasse adhaerere discipulis cū modesto generet, cū tamen non esset discipulus, sed magister. Barnabam uero ipsum etiam ad Apostolos adduxisse, quibus & quæ uiderat, & quæ fidēter fuerat loquutus, commemorauit. Propterea, inquit, abij, ut ad eos qui ante me erant Apostoli, uenire: nihil tamen ab illis didici. Vel hunc ascensum ita accipe, ut intelligas eum in Arabiā abiisse, deinde uenisse Damascum, tum Hierosolyma, tum Syriam petisse. Vel si aliter uis, ascendisse eum Hierosolyma dicas, deinde Damascum emisum fuisse, postea in Arabiā, tum Damascū rursus rediisse, inde fuisse in Cæsaream profectum, & tunc post quatuordecim annos Hierosolyma rursus ascendisse, quādo fortasse fratres unā cum Barnaba adduxit. Potes etiam alio quodam tempore hoc factum fuisse existimare: quippe cū historiographus multa concise explicit, multaq;

tempora simul coniungat. Videtur autem mihi Barnabas antea ipsi fuisse amicus: erat enim man suetus admodum & benignus, ut filius consolatiōnis cognomento fuerit appellatus. Vnde etiam facile effectum est, ut ad eum Paulus accesserit.

Loquebatur ip̄s & conquirebat aduersus Græcanicos: at ipsi eum interficere aggrediebantur. Quod cūm reciſſent fratres, Cæſaream eum deduxerunt, atq; inde miserunt Tarſum.

Græcanicos, id est, Ἰλληνις eos appellat, qui Græce loquebantur. Id autē Paulus ualde sapienter faciebat: nam alij, id est, germani ac meri Hebræi, ne uidere quidem ipsum uolebant.

Arque ecclesiæ quidem per totam Iudeam, Galilæam, & Samariam pacem habebant, & dicatae, & in timore Domini ambulantes, & spiritus sancti consolatione multiplicabantur. Effectum autem est, ut Petrus per trāſiens per omnes, ad sanctos quoque peruerterit qui habitabant Lyddæ, inuenieritq; ibi hominem quendam nomine Aeneam, qui ex annis octo iacebat in grabato, & erat resolutus: dixitq; ei Petrus.

Cūm inde discessisse Petrum esset dicturus, ne præ timore factum id esse existimares, ecclesiæ omnes ibi in pace esse inquit. Quando enim bellū uis inguebat, Hierosolymis morabantur Apoſtoli: quando erat pax, alijs quoq; prædicabant.

Aenea sanat te I E S U S Christus, surge & sterne

Suprà 4

Sterne tibi Et continuo surrexit, & uiderunt eū omnes qui Lyddæ habitabant, & Assarone, qui ad Dominum conuersi sunt.

*Fidem hominis non expectauit, neq; interrogauit an curari uellet, propterea quod nondum propriæ potestatis indicia exhibuerant: ut meritò ab homine fides non fuerit requisita: quippe cūm neq; à claudio eam petierint, præſertim cūm ad multorum imitationem factum id miraculum fuerit: insignis enim erat uir. Sicut igitur Christus cūm principium signorum fecit in nuptijs, non *I o a n . 2* requisiuit fidem, sic neque hi. Nam Hierosolymis meritò fides ipsorum præcedebat, ut uel umbra transuentis Petri aliquem ipsorum obumbraret: *Suprà 3* quippe cūm multa ibi signa edidissent. Hic autem primum hoc est quod fit. Signa enim efficiuntur, partim ut alij attrahātur, partim ut qui credunt, confirmentur.*

In Ioppe autem quædam erat discipula nomine Tabetha, quæ ex interpretatione dicitur Caprea: ea bonis operibus erat plena et eleemosynis, quas faciebat. Contigit autem illis diebus ut regrotarit, & mortua fuerit: cūmq; eam lauisserint, in cenaculo posuerūt. Cūm uero Lydda iuxta Ioppen esset, discipuli qui audiuerunt Petrum ibi esse, miserunt ad ipsum, rogātes ne usq; ad se uenire grauaretur. At Petrus cūm surrexisset, cum illis accessit. Quem cūm adueniſ-

set, deduxerunt in cœnaculum, astiteruntq; ei omnes uiduæ flentes, & ostendentes tunicas & pallia quæ cum ipsis faciebat Caprea. Electis autem omnibus foras Petrus, & positis genibus preces effudit, & conuersus ad corpus, dixit: Tabetha surge. Ipsa uero oculos suos aperuit, & intuita Petrum resedit. At ipse porrecta manu ipsam erexit, aduocatisq; sanctis & uiduis uiuam ipsam produxit. Notumq; id factū est per totam Ioppen, & multi crediderunt in Dominum.

Quæ dicitur Caprea. Significat hanc uigilantem & sobriam fuisse, quemadmodum caprea. Multa enim nomina non sine dispensatione quadam imponuntur, quæ rei conuenientem habent appellationē. Contigit igitur ut hæc ægrotarit, & mortua sit: cumq; eam lauissent, omniaq; que mortuis solent, fecissent, tunc accersunt Petrum: id quod antequam mortua esset, facere noluerunt, indignum ducentes si pro huiusmodi omnibus uarentur discipuli, & à prædicatione impedirentur. Nam etiam ob hoc inquit, propè eum fuisse: quasi significare uelit, obiter id petitum fuisse: discipula enim erat. Cum uero ostendunt tunicas et pallia quæ cum ipsis faciebat Caprea, id faciunt ut humilitatem eius declarent, quæ quasi una ex multis cum ipsis uersabatur ac degebatur. Quid igitur facit Petrus? Omnes foras ejicit, ne lachrymis ipsorum impediatur, & turbetur. Positis autem

tem genibus precatur, propterea quod nō omnia eadem cum facilitate signa faciebant: tum aliquitus ipsum, porrectaq; manu excitauit: atq; ita uerbo uitam, manu uires ipsi exhibuit. Aduentendum autem, non apud solos infideles, sed apud sanctos quoq; signa effici, ea dispensatione uidelicet, ut alij ad fidem inducantur. Ecce enim post signa hoc multi rursus crediderunt, ita ut fuerint rursus signa infidelibus: quippe qui non credidissent, nisi signa rursus uidissent. Nam sancti etiam sine signis credebant Petrum suscitare eam posse, alioqui eum non accersiuisserint.

Effectum autem est, ut dies satis multos apud Simonem quendam coriarium in Ioppe permanserit.

Non apud aliud aliquem insignem uirum moratur Petrus, sed apud coriarium: ut per omnia nos ad humilitatem inducat, & neq; uiles erubescere, neq; magnos & claros extolli permittat. Doctrina enim eius indigebant, qui ob signa in Christum, qui ab eo prædicabantur, crediderant.

De uisione Cornelij in Cæsarea, & uisione Petri in Ioppe: de conuersione Cornelij & baptismo, & descensu spiritus sancti in gentiles.

Caput X.

VIR autem quidem erat Cæsareæ, Cornelius nomine, Centurio ex cohorte quæ dicitur Italiæ, pius & timens Deum cum tota domo sua, qui

eleemosynas multas populo faciebat, & Deum semper precabatur: is per uisum quasi hora nona diei manifeste angelum Dei ad se ingredientem uidit, & sibi dicentem: Cornelius. Ipse uero intente in ipsum inspiciens, & pauefactus dixit: Quid est Domine? At ille ait: Precessuæ & eleemosynæ tuae ascenderunt in monumëtum coram Deo: & nunc mirte Ioppen uiros, & acceſſe Simonem qui uocatur Petrus. Is apud Simonem quendam coriarium hospitatur.

Non commemorantur Aethiops & Cornelius, eo quod in dignitate essent constituti: sed quia ex diuitijs, & gloria in qua erant, non fuerunt impediti, quo minus ad piam & religiosam uitam se traducerent. Hic autem non erat Iudeus, neque ex ijs qui sub lege essent, sed nostram iam uitæ traductionem præoccuparat. Hunc cum oculus ueritatis inspexisset bona quidem opera exercerent, sed mortua tamen, quippe quæ fidem nondum habent, angelum qui operibus præmium exhiberet, misit, ut fide bene certantem coronaret. Id autem facit ut Petru, immo imbecilliores ea de re certos reddat. Nona uero hora apparet ei angelus, quando uidelicet liber à curis in quiete erat, & compunctione. Propterea autem notum facit uirum hunc scriptor, ne meminiri eum dicere quis piam possit. Vnde dignitatæ eius manifestat, cum dicat eū ē cohorte esse quæ Italica dicitur: *ονάρα* enim, id est cohors, est militaris ordinis nomen.

Cui

Cui domus iuxta mare est: is dicet tibi, quid te oporteat facere.

Remotas urbes persequebantur Apostoli, cum essent solitudinis & quietis amici. Quid uero si contigisset alterum esse Simonem? Propterea signum subiungit, quod apud mare habitet. Non dixit autem, cur id facere debeat, ne ipsum negligenter redat: sed permisit, ut in desiderio audiendi permaneret.

Vbi autem discessit angelus qui colloquebatur cum Cornelio, cum uocasset ille duos ex domesticis, & militem pium ex ijs qui ipsi apparebant, narrassetq; ipsis omnia, Ioppen misit.

Vide humilitatem. Non enim dixit, uocate mihi Petrum: non enim ex autoritate & dignitate sibi eum accersendum censebat. Propterea narravit ipsis omnia, ut persuadere ei possent: adeo erat modestus, cum tamen nihil magnum & superbum concipere de eo homine alioqui deberet, qui apud coriarium diuertisset.

Crastina autem die illis iter facientibus, ubiq; appropinquantibus, ascendit Petrus in superiora tecta, hora circiter sexta, ut preces effundet: cumq; esuriret, voluit gustare. Dum illi autem prepararent, incidit in ipsum mentis excessus, & uidet cœlum apertum, & descendere ad se vas quoddam tanquam linteum magnū, quatuor initij alligatum, & demissum in ter-

ram, in quo erant omnes quadrupedes & bestiæ, & reptilia, & uolucria cœli: factaç uox ad ipsum est.

Excessus mentis, id est, in uox: Et stuporem ex admiratione significat, et quando quis extra sensibilia ad spiritualia attractus excedit. Ex hoc ostenditur, spiritualem quandam quasi contemplationem ei contigisse, cum anima à corpore quodammodo excessisset. Videt enim linteum illud totius orbis terrarum figuram, in quo quatuor initia, quatuor elementa significantur. Nam quod apparuit uas, crassiorem hunc mundum: diuersa animalia hominum cōstitutionem declarant. Vel ut apertius dicā, linteum est ecclesia: bestiæ quæ in ipso erant, illi qui ex gentibus crediderunt. Ecclesiam igitur uidit Petrus quatuor euangelij aligata, in qua gentes omnes inerant.

Surge Perre, macta & comedere. At Petrus dicit, Nequaquam Domine, propterea quod nūquam omne commune uel immundum comedere. Et uox rursus secundò ad eum: Quia Deus purificauit, tu communia ne feceris. Atque hoc ter effectum est, & rursus uas in cœlum est receptum. Cum uero secum dubitaret Petrus, quid nam esset uissio quam uidisset, ecce uiri missi à Cornelio cum requisitiuerint domū Simonis, ad uestibulum adstiterunt: & uocantes sciscibantur, an Simon qui uocaretur Petrus, illic hospita-

hospitaretur. Petro uero cogitanti de uiso dixit spiritus: Ecce uiri te querunt, surge & descendere, & uade cum ipsis, nihil dijudicans, propterea quod ego eos misi. Cumq; descendisset Petrus ad uiros qui missi fuerunt à Cornelio, dixit: Ecce adsum, quem queritis: quæ causa est, ob quam adestis? At illi dixerunt: Cornelius Centurio uir iustus & timens Deum, & qui à terra gente Iudeorum testimonio comprobatur, oraculum ab angelo sancto accepit, ut te in domum suam accresceret, atq; ex te uerba audiret. Quos cum introduxisset Petrus, hospitio exceptit. Crastina autem die egressus cum ipsis est, & nonnulli fratres ex Ioppe cum eo simul abierunt: & sequenti die Cæsaream ingressi sunt. Cornelius uero conuocatis cognatis & necessariis amicis ipsos expectabat. Cumq; effectum esset ut ingredetur Petrus, obuiam ei ueniens Cornelius ante pedes procidit & adorauit. At Petrus eum excitauit, surge inquiens, & ego ipse homo sum. Et colloquens cum ipso ingressus est, & conuenisse multos inuenit, ad ipsosq; ait: Vos scitis quā interdictum sit uiro Iudeo coniungi, aut accedere ad alienigenam. At mihi Deus ostendit, nullum communem aut immundum hominem dici debere: unde accersitus sine ulla recusatione accesisti.

Terra est linteum: bestiæ quæ in ipso erant, ex gentibus ecclesia. Cum uero inquit, macta & comedere, illos quoque, id est, gentiles accedere oportere

Mat. 1

oportere ostendit. Quod uero ter factum id fuit, baptisma significat. Quando autem dubitabat Petrus, homines hi opportune ad eum uenerunt, dubitationem soluturi: facile enim sic anima solutionem admittit. Prius autem in hæsitatione constitutus fuerat, ut etiam Ioseph: qui cum prius turbari fuisset permisus, aduentu angeli postea ea de re factus est certior. Vocantes sciscitantur, utpote in domo uili domesticos in inferiore parte interrogabant, non à uiciniis requirebant. Multa uero potestas spiritus ostenditur, cum ait, ego eos misi. Sed cur Petrus cum descendisset, qua de causa illuc accesserent, interrogat: Ut uidelicet si res uerget, nullam moram faceret, sed simul statim cum ipsis exiret: sin minus, in domum prius hospitio susciperet. Ut autem fratres nonnulli ex ioppe eum sequerentur, non sine dispensatione effectum est: ut quando Petrus se ad discipulos esset expurgatus, testes ipsi essent, à spiritu fuisse definitum, ne inter Iudeos et gentiles ulla fieret diuidatio.

GREGORII Nisseni: Bestias, id est, bestiale et irrationalis speciem hominum mactare Petrus iubetur, ut ipsis expurgatis, quod reliquum est, eis aptum efficiatur.

EIVSDEM: Simpliciter atque aperte pietatis ratio traditur, cum non semel dixerit diuina uox, non esse communem id quod Deus purificauit, sed ter: ut intelligamus, prima uoce Deum patrem, altera Deum unigenitum,

genitum, tertia spiritum sanctum purificare. Forfasse genibus flexis orans uisum hoc inspexit: unde et uox dixit, Surge Petre, macta et comedere. Diuinum autem id esse ostenditur, cum et desuper uideat, et in excessu mentis. Et quod uox inde emissa fuerit, et ter impura minime esse illa confirmari: et inde illa uenerint, et illuc postea fuerint attracta, purificationis magnum indicium est. Id autem propter eos fit, quos instrukturus postea est. Nam ipse audiuerat, In uiam gentium ne abieritis. Quod uox autem ter insonuerit, uisionis illius ueritatem ipsi manifestat. Perspicuum sane est non ad omnes cibos pertinere quod inquit, nunquam commune & immundum comedere, ut et boves et capras et oves et aues communia et immunda ab eo dicantur, eò quod ex Iudeis erat Petrus: quippe cum Iudei carnes comedant, et carnium eis apud ipsis minime sit interdictus. Cum igitur uel ipse a principio comeditur, uel quoad ad Salvatorem nostrum accessit, cur non esse planum debet, non de omnibus, sed de ipsis tantum quae lex communia et impura appellabat, dictum hoc a Petro fuisse? Quocirca cum de his tantum loqueretur Petrus, quae in lege communia et immunda habebatur, Deus sanctæ Christi Ecclesiæ formam ac notam ipsis tradens, ut nihil immundum existimaret, præcepit: quippe cum omnia ei sint pura et munda, quae cum gratiarum

Mat. 10

1.Tim. 4

tiarum actione & benedictione sumuntur. Nam quamvis de gentium uocatione hic latens significatio sit, ne scilicet eos qui in præputio erant, communes & impuros arbitraretur, oratio tamen Petri non de hominibus, sed de ijs quæ in lege erant interdicta, loquitur, sicut demonstratum est.

Requiero igitur qua de causa me accersueritis.

Omnia iam etiam à militibus audiuerat Petrus, vult tamen ut primum ipsi confiteantur, seque fideli addicant.

Et Cornelius dixit: Die abhinc quarto usq ad hanc horam ieunans, & nona hora preces effundens in domo mea eram.

Videtur hic uitæ exactioris & perfectioris tempora sibi prefiniuisse, & in quibusdam diebus: propterea enim inquit, quarto abhinc die. Quando enim apparuit ipsi angelus, is unus dies erat: & quando missi à Cornelio abierunt, is item alter: quando uenerunt, tertius: & quartus, hora circiter tertia, postquam precibus incumbebat. Vide magnitudinem & uim precum, ut quando sece religioni & pietati dedit, angelus ei apparuerit.

Et ecce uir coram me constitut in ueste splendida, & dixit.

Vir, inquit, & non angelus, ob humilitatem.

Corneli, exaudita oratio tua est, & eleemosynæ tuae coram Deo commemoratae sunt. Mitte igitur Ioppen, & Simonem accerse, qui cognominatur

Petrus. Is in domo Simonis coriarij apud mare hospitatur: qui cum accederet, loqueretur tecum. Ex ipso ergo die ad te misi: & tu re-cte fecisti cum adueneris. Nunc igitur omnes nos coram Deo adsumus, ut omnia mandata tibi à Deo audiamus. Aperto autem ore suo Petrus dixit: Reuera comperio, non esse personarū acceptorē Deū, sed in omni g̃c̃te eum qui timet Dominū, operaturq̃ iustitiam, ipsis esse acceptū.

Iustitiam operatur, id est, omnem uirtutem exercet.

Verbum quod misi filiis Israel euangelizans pacem per I E S V M Christū, hic est omniū Dominus. Vos nostis quod factū est uerbum per totā Iudęam, incipiens à Galilęa, post baptisma quod prædicauit Ioānes, I E S V M è Nazareth.

Hec eorum qui aderant causa dicit, ut eos quoq; in fidem inducat. Filiis tamen Israel principatum attribuit, ne loco abiectorum ipsos quoq; esse existiment: hic est, inquit, omniū Dominus.

Quomodo unixerit eum Deus spiritu sancto & potestate: qui pertransiit beneficio afficiens, & sanans omnes qui à diabolo erant oppressi, quoniam Deus erat cum illo. Nosq; omnium quæ & in Iudæorum regione & Hierusalem fecit, testes sumus. Quem suspensum in ligno, interfecerunt. Eum Deus tertio die suscitauit, deditq; ut manifestus fieret non omni populo, sed testibus à Deo præordinatis nobis.

Vndeum

Deu. 10
2. Pa. 19
Iob 34
Sap. 6
Eccle. 38
Rom. 2
Gala. 2
Ephes. 6
Colos. 3
1. Pet. 3

Vnctum fuisse Iesum spiritu sancto à Deo, quantum ad humanitatem spectat, est intelligendum. Cum enim seipsum ex manu iussit, & non secus ac nos carnis & sanguinis factus particeps fuisse: quæ ex natura sua ut Deus habebat, ea quatenus homo, dicitur accepisse: quippe cum non sibi ipse quatenus est Deus, ea suscepit, propria enim sua erant: sed nobis, utpote qui in primitijs per eum constituti simus.

Quicunq; cum eo simul comedimus & bibimus, posteaquā à mortuis resurrexit. Et præcepit nobis, ut prædicaremus populo, & testare mur eum esse illum, qui iudex uiuorum & mortuorum à Deo fuisse destinatus.

Hinc resurrectionem Christi confirmat, ex eo quod simul cum eo post resurrectionem comedabant. Non enim signum aliquod post resurrectionem fecit, quippe cum resurrectio ipsa magnum satis signum fuerit: cuius sane nullum perinde esse indicium poterat, ut comedere & bibere.

Hier. 31 Huic testificantur omnes Prophetæ, quod remissionem peccatorū per nomen eius unusquisque accepit, qui in eum credit. Mich. 7

Esa. 43 Quotquot Prophetæ de remissione peccatorum loquuti sunt, in hoc Iesu omnes remittenda peccata esse dixerunt. Ita & Esaias persona eius introducta inquit: Ego sum, qui peccata tua & iniquitates tuas deleo.

Aduis

Adhuc loquente Petro uerba hæc, spiritus sanctus in omnes qui audiebant, incidit. Et stupuerunt qui ex circuncisione erant fideles, quicunque uenerant simul cum Petro, quod etiam in Gentes donum spiritus sancti effusum fuisse: audiebant enim ipsos linguis loquentes, & magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus: Nunquid prohibere aquam quispiam potest, quo minus baptizentur hi qui spiritum sanctū accepérunt, sicut & nos iussitq; ut ipsi in nomine Domini baptizarentur. Tunc requisuerunt, ut per aliquot dies ibi permaneret.

Quando crediderunt baptismū omnino peccatorum remissionem afferre, tunc spiritus ei aduenit. Id autem fit Deo magnam Petru defensionem procurante. Neq; simpliciter spiritus accessit, sed ita ut linguis etiam loquerentur: id quod eos qui cum Petro uenerant, in admirationem et stuporem induxit. Vnde etiam Petrus præcepit, ut statim in nomine Domini baptizarentur: & non dixit, quid opus est aqua, cum spiritus sanctus in ipsos aduenerit? Nouerat siquidem divina in baptismate mysteria ac sacramenta messē, sepulturam uidelicet & mortificationem, & resurrectionem & uitam. Quemadmodum enim facile nobis est demergi & emergi: ita Deo sepelire ueterem hominem, & nouum proferre facile est. Ter autem id fit, ut patris & filij & spiritus sancti potentia id fieri intelligamus. Alij ea causa

K

dicunt, ut Christi resurrectio que hoc in nobis efficit, triduana significetur.

De disceptatione Petri cum apostolis, quibus de Corinno omnia recenset: de Barnabae missione in Antiochiam: de predicatione famis ab Agabo. Caput XI.

AVdiuerunt autem Apostoli & fratres qui erant in Iudea, etiam Gentes uerbum Dei admississe: & cum rediit Petrus Hierosolyma, discepabant aduersus ipsum qui erant ex circuncisione, & dicebant: Ad uiros præputium habentes ingressus es, & simul cum ipsis comedisti. Cum incepisset uero Petrus, seriatim rem exposuit, dicens: Ego eram in urbe Ioppe orans, & uidi in excessu mentis uisum, descendens uas quoddam quasi linteum magnū quatuor initij ē cælo demissum, quod ad me usque deuenit: in quod intentè inspiciens animaduerti, & uidi quadrupedes terræ, & bestias, & reptilia, & uolucria coeli, & audiuī uocem dicentem mihi: Surge Petre, macta & comedē. At ego dixi: Nequaquam Domine, propterea quod omne commune uel immundum nunquam in os meum est ingressum. Responditq; mihi vox secundō de cælo: Quæ Deus purificauit, tu communia ne existimes. Atque hoc ter effectum est, & rursum in cælum omnia subtracta sunt. Et ecce euestigij tres uiiri ad domum adstiterunt ubi eram, missi ad me Cæsarea: dixitq; mihi spiritus,

tus, simul cum ipsis ut abirem, nihil dijudicās. Et sex etiam fratres hi mecum uenerunt, ingressi in domum uiri sumus. At ille narrauit nobis, quomodo angelum in domo sua stantem uidisser, ac sibi dixisset: Mitte in Ioppen uiros, & Simonem accerce qui cognominatur Peter, qui loqueretur uerba ad te, quibus tu & tota domus tua salutem consequeret. Dum uero ego incepissem loqui, decidit spiritus sanctus in ipsis, non secus atque in nos à principio. Et recordatus uerbi Domini sum, cum diceret, Ioannes quidem baptizauit aqua, uos uero spiritu sancto baptizabimini. Quod si æquale dominum dedit ipsis Deus, quemadmodum & nobis, qui credidimus in Dominum nostrum IESUM Christum, ego quis eram qui prohibere Deum possem? Cum uero illi hęc audiuerint, quieuerunt, & Deum glorificarunt, dicentes: Ergo etiam gentibus Deus pœnitentiā in uitam concessit.

Sup. cap. 3

Defensione hac sua Petrus se nusquam, sed ubiq; Deum in causa suis ostendit. In excessum enim mentis, inquit, ipse me induxerat: ipse uas produxit, ego contradixi: ipse rursus loquutus est, ego neg; ita sum obsequutus, sed discedere me iubuit spiritus, ex profectus neg; ita cucurri. Dixerunt illi Deum eos misisse, ego neg; sic eos baptizauit, sed Deus omnia est exequutus. Deus ipse baptizauit, non ego: propterea quod me adhuc lo-

quente, spiritus sanctus in ipsos decidit, ita ut et linguis loquerentur, et Deum quemadmodum et nos, glorificarent.

Atque illi quidem qui ab oppressione quae conigerat in Stephano, fuerat dispersi, usque in Phœnicem & Cyprum & Antiochiam pertransierunt, nemini nisi tantum Iudeis uerbum loquentes. Erant autem ex ipsis quidam uiri Cypri & Cyrenæi, qui ingressi Antiochiam ad Græcanicos loquebantur Dominum I E S U M euangelizantes: eratque manus Domini cum ipsis, & multus numerus credens conuersus ad Dominum est.

Græcanicos fortasse appellabant, id est, in novissimis, eos qui loqui Hebraicè nesciebant. Ad eos igitur loquebantur Dominum Iesum euangelizantes, credideruntque omnes: quoniam manus, ut inquit, Domini erat cum ipsis: id est, signa faciebant. Propterea enim signorum necessitas fuit, ut ad fidem inducerentur.

Quod cum de ipsis ad aures ecclesiæ peruenisset quæ erat Hierosolymis, miserunt Barnabam, ut usque Antiochiam proficeretur. Qui cum accessisset, & uidisset gratiam Dei, latetatus est, hortabaturque omnes, ut proposito cordis in Domino permanerent: quia erat uir bonus, & spiritu sancto plenus & fide. Et adiuncta multa satis turba Domino est. In Tarsum autem profectus est Barnabas, ut inquireret Saulum:

cumque

cumque eum inuenisset, duxit Antiochiam. Et cumque est, ut annum totum conuersati in eccllesia fuerint, & multam turbam docuerint.

Cur non Paulo scribunt, sed Barnabam mitunt? Propterea, quod nondum uiri uirtutem noverat. Cum uero inquit, quia erat uir bonus, non repugnat ei quod dicitur, nullus bonus nisi solus Deus: quippe cum non idem sit Deum esse bonum, et hominem: ille enim substantia et essentia est bonus, cum initium et fons honorum omnium sit: homo uero ut bonus sit, non ex substantia, sed ex uirtutum acquisitione habet, et participatione: non enim absolute est bonus. In hunc igitur sensum et quod dicitur, bonus homo, et, euge serue bone & fidelis, et huiusmodi cetera accepies.

Primumque in Antiochia nomen discipulis imposuerint, ut Christiani appellarentur.

Pauli quoque hoc fuit præclarum factum, ut quasi quoddam signum nomen hoc in tantam altitudinem sustolleret. In Iudea enim cum tot essent qui crederent, nihil tale effectum est, sed uiae eius homines uocabantur. Aduertendum autem ob id præcipue Antiochiam regia sede fuisse dignatam, quia primum ibi ut appellarentur Christiani discipuli, constituerunt: quod nomen sane multitudinati, id est, multorum deorum religioni contrarium est.

Mat. 19

Mar. 10

Luc. 18

Mat. 12

Luc. 6

Mat. 25

Luc. 9

His diebus Hierosolymis prophetæ Antiochiam deuenerunt, quorum unus cum surrexisset Agabus nomine, ex spiritu significabat, famem magnam per totum orbem terrarum futuram esse, quæ sub Claudio Cæsare contingit. Ex discipulis autem prout abundabat unusquisque, statuerunt singuli in ministerium mittere fratribus qui in Iudea habitabantur: id quod etiam fecerunt.

Mat. 11 Non est contrarium huic, illud quod dictum à Domino est, Lex & Prophetæ usq; ad Ioannem: quippe cum id de Prophetis illis dixerit, qui aduentum eius prenunciauerant. Ne autem propterea existimarent famem contigisse, quia Christianorum cultus fuerat introductus, eam spiritus sanctus prædictit. Hoc & Christus prædixit, non quia à principio euenire oportebat, sed ob mala Mar. 13 quæ aduersus Apostolos fiebant. Deus enim iudicat differebat & tolerabat. Posteaquam uero ingruebat, fames magna oritur, futura mala Iudeis prenuncians. Nam si ob Christianos evenisset, prorsus tunc cessare debuerat, quippe cum bene se gerere aduersarij eius magis uidarentur, eo quod faciebant quod debebant: interficiebant, puniebant, cruciabant, undecung; persequebantur. Sed ob hoc ipsum fames inciderat, etiam si miseri ipsi nō intelligebant: & sinul cum ipsis Christiani patiebantur.

Mittente

Mittentes ad presbyteros per manus Barnabæ & Sauli.

Aduertendum, Apostolos presbyterorum dignitatem habuisse. In alijs etiam capitibus diacorum & episcoporum gradum obtinuisse eos adnotatum est.

De Iacobi occisione, & Petri comprehensione ab Herode, liberatione q; eius c' uinculis ab anno gelo facta: de acerba & perniciofa Herodis morte. Cap. XII.

Svb illud autem tempus Herodes rex manus iniecit, ut quosdam ex ecclesia affligeret.

Illud tempus uocat tempus sub Claudio Cæsare. Caius Imperator Romanorum Agrippam Iudeæ regem constituit, Herode ob turpitudinem uitæ unæ cum uxore Herodiade Lugdunum in Galliam relegato. Hic erat ille qui tempore quod passus est Dominus, erat rex, ut in decimo octavo libro antiquitatum Iosephus, & in secundo historiæ ecclesiastice Eusebius memoria prodicerunt. Vel igitur diuersitas nominis hic est, ne pro Agrippa Herodes dicatur: uel error, ut par est, scriptorius contigit: uel ex duplice nomine datum est. Nam & tempus & gesta Agrippam sub Claudio Cæsare significant, qui post Caium fuit Imperator.

Et Iacobū fratrem Ioannis gladio interemit. Et cum rem gratiam esse Iudeis uidisset, adie-

cit animum ut etiam Petrum comprehendenderet. Erant autem dies azymorum, quem cum comprehendisser, in custodiam posuit.

Ne aliquis dicere posset, propterea tuto et auctor morti eos sepe exponere, quia a Deo eripiuntur et liberantur: ideo permittit Deus, ut et principes ipsorum interimancur, interfectoribus se non prohibere ostendens.

Quatuor militum quaternionibus custodiendum eum tradens: cum post Pascha producere eum ad populum uellet. Ac Petrus quidem in custodia obseruabatur: preces autem alsidus pro ipso ad Deum fiebant. Quando uero ipsum Herodes erat producturus, nocte illa dormiebat Petrus inter duos milites, duabus catenis uinctus, & custodes ante ostium custodiam seruabant. Et ecce angelus Domini adstitit, & lux in domicilio effulsi: percussus Petri latere excitauit ipsum, dicens: Surge celeriter. Et catenae de manibus eius deciderunt.

Quatuor quaternionibus, id est, sexdecim numero: quater enim quatuor, sexdecim euadunt. Fortasse quia per singulas custodias, id est, per unumquodque trium horarum spatium quatuor erant uigiles, qui custodiebant. Tres horae enim uigilia unam constituebant: ut in spatio totius noctis duodecim horarum quatuor uigilie continerentur, in quibus singulis per uices quatuor milites custodientes, omnes simul numero sexdecim erat.

Petrus

Petrus autem non erat in sollicitudine, neque in timore constitutus, sed tota re in Dominum reiecta dormiebat securus. Effulsi, inquit, ut et uideret et audiret Petrus, neque uisionem esse existimaret. Quod uero ait, celeriter, non trepidantis est, sed suadentis ne cunctetur. Vide autem Iudeos in diebus azymorum huiusmodi facinora machinari.

Dixitque angelus ad ipsum: Praeinge te, & calcea te sandaliis tuis. Ille autem ita fecit. Dixitque ipsis: Indue te pallio tuo, & sequere me. Et egreditus sequebatur eum: & uerum esse id quod per angelum fiebat, ignorabat, sed uisum se uidere opinabatur. Cum transiuissent autem primam custodiam & secundam, ad portam ferream deuenerunt, quae ad urbem deducit, quae sponte aperta ipsis est: & egressi processerunt in uicum unum, & confessim ab ipso angelus discessit. Et Petrus in se reuersus dixit: Nunc scio uerè angelum suum mississe Dominum, & de manu Herodis omnique Iudæorum expectatione me eripuisse.

Cum discipulis Dominus dixerit, Ne possideas mat. 10 tis aurum, neque argentum, neque duas tunicas, neque calceos, neque zonam, neque uirgam: quomodo Petrus præter hoc præceptum faciebat, cum pallia et zonam et calceos haberet? Paulus quoque cum Timotheo mandat ita scribens: Penulam quam Troade apud Carpum reliqui, cum 2. Tim. 4

ueroris, tecum affer: ecce penulam habebat. Neque potest dicere quispiam, nihil aliud eum habuisse quod gestaret. Quid igitur & nunquid non obediebant Christo? Obediebant sanè, sed manda-
 ta illa pro tempore data fuerant, non ut in perpe-
 tum seruarentur. Atque hoc uerum esse Lucas
 ipse Euangelista testatur: Inquit enim Christum
 discipulis dixisse: Quando misi uos sine marsu-
 pio & pera & zona & calceis, nunquid defuit
 uobis? Dicunt ei, Non. At ille inquit ipsis: Igitur
 posthac ipsa hec posidete. Sed qua de causa hoc
 tunc mandauit? Quia ostendere ipsis potentiam
 suam uolebat. Nam si alioqui unam tunicā habe-
 re Paulus debuisset, et abluere ipsam opus fuisset,
 nunquid uel nudum eum domi considerare oportuisset, uel urgente necessitate nudum circumua-
 gari, & indecorē se gerere? Nō sanè decebat eum
 qui tanta cum utilitate, totq; præclarē gestis or-
 bem terrarum circuibat, ob indumenti mopiām
 domi se continere, totq; necessarijs negocijs impe-
 dimēto esse. Quid si tempestas uehemens ingruis-
 set, & uel pluisset, uel ninxisset? quam gestabant
 tunicā quo pacto potuissent exiccare? an eodem
 modo nudum domi oportuisset cōmorari? Quid
 si frigus uehemens corpus inuasiisset, nunquid ob-
 rigescendum fuisset, nihilq; dicendum? Sed quid
 hoc fuisset molestius? non enim adamantina cor-
 porā ipsis erant. Nunquid fuisset moriendum?

Minime.

Minime. Sed hoc, sicut dictum est, tunc præcepit,
 ut potentiam suam ipsis ostenderet, quod etiam
 sic nihil ex necessarijs ipsis esset defuturum.

Cumq; id secum considerasset, uenit ad do-
 mum Mariæ matris Ioannis qui Marcus co-
 gnominabatur, ubi multi erant collecti, qui pre-
 ces effundebant. Cumq; pulsasset fores ostij,
 accessit puella ad respōdendum nomine Rho-
 de: quæ agnita uoce Petri, præ gaudio non ape-
 ruit ianuam, sed intrò recurrēs adstare Petrum
 ante fores annūciauit. At illi ad ipsam dixerūt;
 Insanis. Illa aut̄ sic rem se habere, confirmabat.

Quid sibi uult quod inquit, Cūm secum con-
 siderasset? Ut ostendat, non simpliciter ita esse
 abeundum, sed beneficij memoria repetita con-
 siderandum, quomodo beneficio gratias referamus.

Qui Marcus cognominatur, inquit: ut non esse
 eius Ioannis matrem ostendat, qui cum ipsis semper
 uersabatur, sed alterius qui Marcus diceba-
 tur, qui Euāgelium uidelicet secundum Marcum
 conscripsit, Barnabæ consobrinus, de quo Paulus 2. Tim. 4
 ad Timotheum: Marcum assumens, inquit, tecum
 adduc: est enim mihi ad ministerium utilis.

Ipsi uero dicebant: Angelus eius est. At Pe-
 trus perseverabat pulsare: cumq; aperuisset, ui-
 derunt ipsum, & obstupuerūt. Inueniens autem
 ipsum manu ut raccent, narrauit illis quomodo
 ipsum Dominus ē carcere eduxisset: dixitq;
 annun-

annunciate hæc Iacobo , & reliquis fratribus. Et egressus, in alium locum profectus est. Orto autem die turbatio non parua inter milites erat, quidnā Petru euenisset. Herodes uero cùm ipsum requisiuisset, & non inuenisset, examinatis custodibus, abduci eos ad pœnam iussit. Et descendens è Iudea in Cæsaream, commorabatur. Indignabundè enim cum Tyriis & Sidoniis pugnabar . At illi unanimiter ad ipsum accesserunt, & suaso Blasto qui cubiculo regis erat præfectus, pacem petebant, eo quod regio ipsorum è regia ditione aleretur.

Mat. 18 Hinc planum fit, unumqueng; nostrum angelum habere. Illi enim ex occasione hoc existimabant. Inquit enim, ubi sunt congregati aliqui in nomine meo , illic ego in medio illorum sum. Vbi uero est Christus, angeli quoq; sint, & omnes potestates, necesse est. Petrus autem in alium locum abiit, quia tentare Deum nolebat. Poterat autem Deus custodes quoq; eripere & liberare: sed si id factum esset, fuga potius quam miraculum uisum fuisset. Maiore enim dolore torquebatur, quod il lusus fuerat, non secus atque auus ipius a magis, quodq; ludibrio esse uidebatur.

Constituto autem die Herodes ueste regia induitus, & sedens pro tribunali ad ipsos concionabatur . Populus uero acclamabat : Dei vox, & non hominis . Continuo autem angelus Domini eum percussit, propterea quod nō dedit

dedit gloriam Deo & uermiculari morbo con sumptus expirauit. Verbum autem Dei crescebat & multiplicabatur . Barnabas uero & Saulus reuersi sunt ex Hierusalē cùm expleuisserent ministerium , assumpto secum etiam Ioanne, qui cognominatus est Marcus.

Populus acclamabat. Sed quid ad ipsum attinebat, si illi clamabant ? Quoniam uidelicet uocem eam admittebat, seq; ea adulatione dignum existimabat. Cæterum cur non etiam adulatores puniuntur? Vtriq; quidem digni pena erant, sed quia hic iudicij non est tempus , ille tantum qui crimini maxime erat obnoxius, suppicio afficitur. Quod si hic eò quod acclamatione eam, uox Dei, & non hominis, tantum audiuerat, & nihil ipse insolenter fuerat loquutus, tam grauiter est ictus: quanto magis Christus, si Deus non fuisset, perpeccus huiusmodi percussionem esset, cum ipse semper diceret: Verba hæc non sunt mea. & **Ioan. 7** Angeli mibi ministrant. Tunc tertius agebatur annus regnati Agrippæ in Cæsarea, quæ prius Stratonis turris uocabatur: cumq; illic spectacula in honorem Cæsaris celebraret, secundo spectaculorum die stola indutus, quæ tota ex argento ita erat contexta, ut mirabilem speciem p̄f se ferret, die oriente in theatrum est progressus: cumq; ibi primis solarium radiorum appulsionibus argentum illustraretur, mirum in modum effulgebatur,

bat, coruscationemq; quandam ex horrorem inspicientibus afferebat. Vnde statim adulatores hinc inde acclamabant, Deumq; ipsum appellabant: dicebant enim, Licit hucusq; te ut hominem timuerimus, nunc tamen superiorē naturete esse confitemur. Cumq; hæc atq; huiusmodi iactaret, non increpauit eos rex, neq; impiam hanc adulatio nem est auersatus. Quocirca cum paulo post suspiceret, supra caput suum angelum in funiculo quodam insidere consperxit: hunc statim malum sibi esse ex perniciosum intellexit. Cordis igitur dolore affectus, ex uentris uehementibus tormentibus exagitatus, ad amicos exiliens: Ego, inquit, apud uos Deus commutare uitam iam cogor. Iam fatum uoces quas de me effundebatis, falsas esse coarguit: qui enim à uobis uocabar immortalis, iam ad mortem abducor.

De Barnabæ & Pauli missione in Cyprus à spiritu sancto, ubi Paulus Elymam magum excusat de conuersione eorundem ad Gentes, cùm Iudei admittere prædicationem eorum nollent. Caput XIII.

ERant autem in ecclesia quæ erat Antiochia, prophetæ & doctores, Barnabas, & Simon qui uocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manaen Herodis tetrarchæ collactaneus, & Saulus.

Ecce

Ecce, mores uniuscuiusq; non educatio à pueritia est quæ salutem afferat. Vide enim Manaen, cuius nam cum esset collactaneus, prophetia tam dignatus est.

Dum autem administrarent ipsi Domino, & ieunarent, spiritus sanctus dixit: Separate iam mihi Barnabam & Saulum ad opus, ad quod ipsos aduocauit. Tunc cùm ieunassent, & preces effudissent, impositis super ipsos manibus dimiserunt. Atq; hi quidem emissi à spiritu sancto Seleuciam deuenerunt, atq; inde in Cyprus nauigarunt: & cùm uenissent Salamīnam, uerbum Dei in Iudeorum synagogis annunciant. Habebant autem & Ioannem ministrum. Cumq; insulam usq; Paphum pertransiissent, magum quendam falsum prophetā Iudeūm inuenierunt, cui nomen erat Bariesus, qui cum proconsule Sergio Paulo prudente uiro erat. Is cùm aduocasset Barnabam & Saulū, requisuit ut uerbum Dei audiret. Sed ipsis resistebat Elymas magus (ita enim nomē eius interpretatur) studens proconsulem à fide distingue.

Dum administrarent, id est, *λειτουργούσθων*. Dum munus suum obirent, id est, prædicarent. Ad opus autem inquit, id est, ad Apostolatum. Sed à quo creatur ex eligitur Paulus? A Lucio & Manaen immo uero à spiritu. Creatur autem ex declaratur Apostolus, ut cù potestate posse prædicare. In Seleucia

leucia non morantur, cùm scirent se ex vicina urbe magnam utilitatem esse consequuturos.

Saulus autem qui & Paulus dicitur, repletus spiritu sancto, & intentè in ipsum inspiciens dixit: O plene omni dolo & omni uersutia fili dia boli, omnis iustitiae inimice, nōne cessabis vias rectas Domini distorquere? Et nunc ecce manus Domini contra te, & eris cæcus, & solem usq; ad tempus non uidebis. Et continuo in ipsum caligo & tenebræ inciderūt, & circumiens deductores quererent. Tunc proconsul cùm uidisset id quod factum fuerat, credidit, super doctrinam Domini admiratus. Paulus autem & qui cum eo erant, cùm à Papho soluissent, Pergen Pamphyliæ uenerunt.

Saulus qui & Paulus dicitur. Ut neque hac parte reliquis Apostolis minus habeat Paulus, mutat ei nomen Deus, & Saulum Paulum appellat: ut quod præcipuum habebat princeps discipulorum, id etiam ipse habeat, & maioris cōiunctionis argumentum accipiat. Ut autem ostēdat, uerba hæc Pauli quæ aduersus Elymam magum dicuntur, non ex ira & indignatione dici, idcirco præoccupat, & inquit, spiritu sancto repletus: quippe cùm uerba hæc non punientis sint, sed castigare & conuertere uolentis. Si enim vindicare & punire uolisset, in perpetuum eum cæcum reddidisset. Nunc uero non id facit, sed quoddam ad tempus

ad tempus excæcat, ut proconsulem moueat, atq; ad fidem adducat. Nam usq; ad tempus dixit, quò animo terminum daret, ut in se luminis receptionem tantisper haberet, quo mores in melius permittaret. Quo enim signo ipse est ad fidem induitus, eodem hunc quoq; uoluit inducere. Non igitur pena fuit, sed sanatio.

Ioannes autem ab ipsis recedens, Hierosolyma est reuersus. Ipsi uero Perga profecti in Antiochiam Pisidiæ deuenerunt, & ingressi in synagogam die sabbatorum, cōfederunt. Post electionem autem Legis & Prophetarum, principes Synagogæ ad ipsos miserunt, & dixerunt: Viri fratres, li uerbum adhortationis ad populum in uobis est, dicite.

Hic est Ioannes qui & Marcus uocatus est, Barnabæ cōsobrinus, qui Euangelium secundum Marcum etiam conscripsit, & discipulus principis Apostolorum Petri fuit. De quo ipse in epistola inquit: Salutat uos Marcus filius meus. Is 1. Pet. 5 igitur cum Paulus in lōgius iter proficeretur, quamuis esset minister, ab ipsis recedit, propter ea quòd ferre pericula & labores non poterat.

Cum surrexisset autem Paulus, manu silento indicito ait: Viri Israelitæ, & qui timetis Deum, audite. Deus populi huius patres nos Exo. 1. 13. stros elegit, & populum exaltauit cùm esset aduenia in terra Aegypti: & cùm brachio excelso ipsos inde eduxit: & per quadraginta circiter

Iosue 14. annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto : & cum destruxisset septem gentes in terra Chanaan, terram eorum in hereditatem ipsis dedit. & postea annis ferè quadringentis & quinquaginta, Iudices dedit usq; ad Samuelem prophetam . Et inde petierunt regem, & dedit ipsis Saul filium Cis, urum è tribu Benjamin per annos quadraginta.

Indic.3

I.Re.8.9.

C.10.

Hic primùm in Antiochia Pisidiæ prædicat Paulus. In synagogas autem habitu Iudeorum ne ejicerentur, sunt ingressi: atq; ita benè rem gesserunt. Septem gentes autem, Chetæos, Pergezæos, Amorræos, Chanazæos, Pherezæos, Euæos, & Iebuzæos intelligit.

Psal. 88 Et amoto eo ipsis Dauid in regem excitavit, cui dixit etiam attestatus: Inueni Dauid Iesse uirum ex corde meo , qui omnes uoluntates meas faciet. Ex semine huius Deus ex promissione saluatorem I E S V M Iraeli eduxit, cum **2.Re.16** Ioannes ante faciem ingressus eius baptisma **Mat. 3** pœnitentiæ populo Israel prænunciasset.

Mar. 1

Luc. 3

2.Re.16 Aduertendum, nusquam in libro Regum haec uerba reperiri, nisi tantum propheticè à Samuel ad Saul dicta, in hunc modum: Et nunc regnum tuum non stabit, & queret Deus sibi hominem ex corde suo, & mandabit ipsi Dominus in principem supra populum suum: quia quæcumq; mandauit tibi Dominus, non seruasti. Atq; hinc Paulus

Ius ita dicit: Inueni David Iesse filium, uirum ex corde meo , qui uoluntates omnes meas faciet. Cum uero inquit, ante faciem ingressus eius, ingressum & introitum incarnationem intelligit.

Vbi uero Ioannes cursum compleuit, dixit: **Ioan. 1** Quem me existimatis esse, non sum ego: sed ecce post me ueniet, cuius ego calceamentum pedum soluere dignus non sum. Viri fratres, filii generis Abrahæ , & qui inter uos timetis Deum, uobis uerbum salutis huius missum est. Nam qui habitant Hierusalem, & principes ipsorum cum huc ignorassent, & iudicassent, uoces Prophetarum quæ per omne sabbatum leguntur, compleuerunt: cumq; nullam mortis causam inuenissent, petierunt a Pilato ut interficeretur. Vbi uero omnia quæ de ipso scripta sunt peregerunt, detractum eum de ligno in monumen to posuerunt.

Mat. 27 Ioannes non simpliciter & absolute testificatur: sed cum omnes ipsi gloriam traderent, ipse eam depellit. Neq; enim pars res est, si quis honorē repudiet, cum nemo, & cum multi eum ipsi attribuant. Cum uero inquit, uobis uerbum salutis missum est, nobilitatem Iudaicam ostendit. Pilati uero mentionem facit, ut grauius accusentur, quippe qui uiro alienigenæ eum tradiderint, & ab eo etiæ ut interficeretur petierint. Quod cum inquit, quasi ipse nolle, gratiæ quoq; ab eo accepisse ipsos significat: id quod Petrus manifestius

Mar. 15

Luc. 23

Ioan. 19

Supra 3. declarat, cùm ait: Cùm ille dimittendum eum iudicasset.

Mat. 28 At Deus ex mortuis ipsum excitauit: qui per complures dies ihs apparuit, qui cum ipso ē Galilaea Hierusalem ascenderant: qui testes eius ad populum sunt. Et nos uobis euangelizamus, promissionem quæ ad patres facta est, eam Deum nobis filiis ipsorum expleuisse.

1. Cor. 1 Absurdum nihil est, quod Iesus suscitatus esse à Deo dicitur. Nam si nihil aliud est Iesus, quam uerbum quod carnem assumpit: uerbum autem patris uis est ac potentia, quo uidelicet omnia operatur, iuxta illud, Christus Dei uis: ipse seipsum etiam suscitasse intelligetur, etiam si à patre fuisse suscitatus dicatur, in quem ut principium & causam tempore carentem, omnia referuntur:

Ioan. 2 quippe cùm etiam ipse dicat: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitaro illud.

Resuscitato IE S V, quemadmodum in primo psalmo scriptum est.

Psal. 2 Quoniam nomen Iesu de homine male accipiunt nonnulli, & superius, uerbum positum in monumeno fuisse dixerat: ne quispiam sine carne uerbum ipsum dixisse opinaretur, rursum Iesum eum uocat, nusquam incarnato uerbo post unionem diuisionem attribuens, ut ubiq*impiorum os obstruat.*

Heb. 1 Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Hec

Hec uerba ex psalmo incarnationi Christi co-ueniunt, quæ ad uenitū temporarium habuit. Horde enim & cras, tempus significans ipse uerbo, ut uerbum, fine tempore genitus a parere est.

Nam quod suscitaro ipium à mortuis, ita ut non amplius reuersurus in corruptionem sit, ita dixit David uobis sancta David fideha. Id. Esa. 55 circa & in alio inquit: Non dabis sanctū tuum Psal. 15 ut uideat corruptionem. David enim propriæ generationi cùm inservieret, Dei consilio ob- 3. Re. 2 dormiuit, & ad patres suos adiunctus est, corruptionemq*uidit.* At quem Deus excitauit, corruptionem non uidit.

Aduertendum, non debere nos corpus Saluatoris & Dei nostri Iesu Christi, uel post resurrectionem patibile, id est, affectibus & per passionib*us obnoxium*, uel ante resurrectionem impati-
bile, id est, incorruptibile & immortale fuisse con-
fiteri. Nam incorruptibilitate quamcum ad pecca-
ta attinet, prædictum fuisse statim etiam ex ipso incarnationis tempore, perspicuum est.

Notum igitur uobis sit uiri fratres, per hunc peccatorum remissionem uobis denunciari: & ex omnibus quibus in lege Mosis iustificari mi-
nimè poteratis, in hoc unum quenque qui cre-
dit, iustificari.

Cur testimonium non subiunxit, quo per ip-
sum remissionem peccatorum fieri comprobare-
tur? Propterea quod propositum ipsi erat tunc

L 3

demonstrare Dominū resurrexisse: quo concessō illud indubitatum postea erat futurum.

Videte ergo ne in uos superueniat quod dictum in Prophetis est. Inspicite contemptores, & admiramini, & perdimini, quoniam opus ego in diebus uestris operor, cui etiam si quis narrauerit uobis, non credeatis. Egressis uero è synagoga Iudeis hortabantur Gentes, ut in intercedens sabbatum uerba sibi dicerentur.

Multæ siquidē erat admirationis, quod Israel, qui filius primogenitus nominabatur, per quem Ægyptus perierat, inimicis Babylonij in gladiū, captiuitatem, & seruitutem traditus fuisset. Cū enim clamasset Propheta Abacuc de iusto iudicio, & de nimia Dei patientia, & diceret: Ut quid mibi labores & dolores ostenderunt? quia contra me factum iudicium est, & iudex accipit, & impius dominatur in iustum, & iudicium in finem non traducitur. Respondet Deus, & iniuste agentibus futuras calamitates prænunciat: admirandaq; appellat que eis sunt euenura, atq; ea tot ac tanta, ut si quis etiam eis ea prædiceret, non essent credituri. Intercedens uero sabbatum, id est, τὸ μετραχὸν σάββατον uocat, id quod sequebatur, ut inferius explanat.

Cū soluta autem esset synagoga, multi ex Iudeis & ex piè colentibus aduenis Paulum & Barnabam sequuti sunt, qui alloquebantur ip-

Ios.

sos, & permanere in gratia Dei suadebant. Et ueniente sabbato ferè tota ciuitas ad audiendū uerbum Dei congregata est. Cū uidissent autem Iudei turbas, emulatione replete sunt, & contradicebant ijs quæ à Paulo dicebantur, repugnantes, & maledicentes. Paulus uero & Barnabas fiderter loquuti dixerunt: Vobis necesse erat primum prædicari uerbum Dei.

Piè colentes, id est, ὄφεις, hic & inferius etiam eos uocat, qui circa propriū cultum calidi ac ferudi sunt, maioriq; quam ceteri emulatione afficiuntur: huiusmodi enim homines tum citius quam alij fidē in Christū admittebāt, quippe qui & magnificientiā eius & excellentiā melius possent conspicere, neq; humano affectu, sed ueritatis exploratione, pietatisq; amore mouerentur: tum quem percepérunt cultū, eum emulatione prosequabantur. Hi quoq; ē contrario aduersus discipulos eorumq; prædicationē magis incitabantur ac furebant, ut pote qui maiore quam alij erga primum cultum emulationē præse ferrent. Vel ὄφεις, id est, pie colētes, seu Dei cultores, uocat propriè aduenas & proselytos. Nā cū superius cōcionatur & dicit, Virti Israēlitæ, & inter uos qui timetus Dēū: timentes Dēū, aduenas seu aduentios appellat, ut eos qui ē genere erant Iudeorū honorifice nominet Israēlitas: qui uero id non habebāt, eos religionis appellatione illis adæquet.

Esa. 49 Quoniam uero ipsum reiçitis, neq; dignos uos uita æterna iudicatis, ecce conueritum ad gentes: ita enim Dominus nobis mandauit. Po-
sui te, inquit, in lucem g̃etium, ut sis in salutem usq; ad extreum terræ. Audientes autem gen-
tes gaudebant, & uerbum Domini glorifica-
bant: & quicunq; ordinari ad uitam æternam
erant, crediderunt. Verbumq; Domini per to-
tam regionem diffundebatur.

Ne modestia esse et religionis quipiam putet quod inquit, neque dignos uos uita æterna iudicatis, ideo prius, ipsum reiçitis, dixit. Con-
uertimur ad gentes, autem inquit, et non, dese-
rimus uos, ut ostendat fieri posse etiam, ut ad ip-
sos iterum conuertantur.

At Iudæi cultricibus & honestis mulieribus & primis è ciuitate uiris concitatis, persecu-
tionem contra Paulum & Barnabā excitarunt,
eosq; è finibus suis eiecerunt.

Honestas mulieres uocat diuites et nobiles,
quas Romani matronas appellant. Cultrices au-
tem dicit, id est, οὐκέτις, noī fideles, sed Græcas,
uel Iudæas etiam græcē tamen loquentes: unde
etiam propterea quod legem obseruabant, cultri-
ces uocat. Vide in quantum dedecus mulieres in-
duxerunt. Ad imitationem enim diaboli, sicut ille
per Euam ē Paradiso, ita isti per mulieres ē salu-
te homines excludere nitebantur.

Illi

Illi autem excuso puluere pedum suorum Mat. 10
in ipsis, Iconium peruererunt. Discipuli uero Mar. 6
replebantur gaudio & spiritu sancto. Luc. 9

Hic exequuntur quod mandauerat ipsis Do-
minus, cum diceret: Si quis uos noī admiserit, ex-
cutite in eum pulucrem pedum uestrorum. Isti ue-
ro non solum non admiserunt, uerum etiam è fi-
nibus suis eos expulerunt: id quod peius multo
est. Non enim uult Dominus ut discipuli pulue-
rem ex terra impiorum in pedibus suis habeant:
ut ostendant uidelicet per hoc, se nihil ab infidel-
ibus reportasse: quippe cum puluis laboris quem
causa ipsorum sustinuerunt, indicium fit.

De persecutione Pauli et Barnabæ in Iconio ob
prædicationem: de suatione Claudi in Ly-

striis à Paulo facta, ob quam Lycaones

Barnabam et Paulum Deos exie-

stinatione: de Pauli lapidatio-

ne. Cap. XIII.

Effectum est autem in Iconio, ut simul ingre-
derentur ipsi in synagogam Iudæorum, & lo-
querentur, ita ut Iudæorum & Græcorum ma-
gna multitudo crediderit. Qui uero non crede-
bant Iudæi, incitarunt, & in malignitatem indu-
xerunt animos Gentium contra fratres. Sed mul-
tum quidem tempus illi immorati sunt fiden-
ter loquendo in Domino, qui attestabatur ser-
moni gratia sua, & faciebat ut per manus eo-
rum signa & prodigia fierent. Multitudo autem

L 5

ciuitatis in duas partes discissa est, ut alij cum Iudeis, alij essent cum Apostolis. Vnde cum faetus esset impetus Gentium & Iudaeorum cum principibus suis, ut contumelij afficerent eos & lapidarent, ipsi animaduersa re in urbes Lycaoniae Lystram & Derben, & circumuinicinam regionem confugerunt, atque ibi euangelizabant.

Mat. 10 Aduertendum hic, non oportere ut in pericula nos proieciamus, sed si opus sit, pro tempore aliquando esse fugiendum, cum principes Apostolorum id fecisse conspiciantur. Tametsi quasi studiose effectum sit, ut latius diffunderetur Christi preconium, et ex persecutionibus magis auergetur.

Et quidam vir Lystris infirmus pedibus cōsidebat, claudus ex utero matris suæ, qui nunquam ambulauerat: is loquentem Paulum audiuit. Qui cōdū in eum intentē inspiceret, & uidet fidei eum habere, ut salutem consequeretur, magna uoce dixit: Surge in pedes tuos erectus: & exiluit, & deambulabat. Turba uero cum uidissent quid fecerat Paulus, uocē suam sustulerunt, Lycaonicē dicētes: Dij hominibus similes effecti ad nos descēderunt: uocabantq; Barnabam Iouem, Paulum Mercurium, propterea quod in sermone ipse dux erat. Sacerdos autem Iouis qui urbi ipsorum præsidebat, cum tauros & ferrā ad ianuam attulisset, sacrificare cū turbis uolebat. Quod cum apostoli Barnabas

nabas & Paulus audiuissent, discissis indumentis suis in turbam insiluerunt clamantes & dicentes: Viri quid hæc facitis? & nos similibus perpersionibus obnoxii, ut uos, homines sumus, qui annunciamus uobis, ut ab his uanis ad Deum uiuentem conuertamini, qui cœlum & terram & mare, & omnia quæ in eis sunt, feci: qui in præteritis ætatis permisit, ut omnes gentes uis suis ingredierentur, cum nō intestatum tamē se reliquistet quod benefaceret, de cœlo nobis pluuias dando, & tempora frugifera, replendoq; alimento & letitia corda nostra. Et hæc dicentes, uix turbas sedauerunt, ne ipsis sacrificarent.

Mos erat Iudeis, ut ob maledicta in Deum ueritamenta fibi discinderent. Vnde et Caiphas, cum Christus Dei filium se esse diceret, uestimento discesso clamauit, et eum maledixisse afferuit. Hoc etiam nunc diuini discipuli Barnabas et Paulus faciunt, cum dij esse existimarentur, dum ex affectu quodam animi rem auersantur atq; abominantur, luctusq; indicia ostendunt. Luctus enim ipsis reuera contigisset, si dij fuissent habiti, atque ita simulacrorum cultum et idololatriam, ad quam destruendam uenerant, induxisserent.

Superuenierunt autem ab Antiochia & Iconio Iudei, qui cum suassissent turbis, & lapidasset Paulum, eum mortuum esse opinati extra urbem traxerunt.

Psal. 145

Apoc. 14

Mat. 26

2. Cor. 11

traxerunt. At ille cum circumstetissent ipsum discipuli, surrexit, atque in urbem est ingressus, & crastino die cum Barnaba egressus Derben est. Cumque ciuitati illi euangelizasset, & discipulos satis fecissent, Lystram & Iconium & Antiochiam reuersi sunt, discipulorum animos confirmantes, & adhortantes ut permanarent in fide, & quod nos per multas afflictiones in regnum Dei intrare oporteat. Cumque creassent ipsis presbyteros per ecclesias singulas, precibus effusis cum ieiunijs, commendarunt eos Domino in quem crediderant: & cum pertransiissent Pisidiam, in Pamphyliam uenerunt, loquutique uerbum Pergae, defecderunt in Attaliam, & inde Antiochiam abnauigarunt, unde erant traditi gratiae Dei in opus quod expleuerant. Cumque illuc aduenissent, & congregassent ecclesiam, annunciarunt quanta cum ipsis fecisset Deus, & quo modo Gentibus ostium fidei aperuisset. Moratiisque ibi non paucum tempore cum discipulis sunt.

Cur neq; in Cypro, neque in Samaria, sed hic Apostoli presbyteros fecerunt? Quia loca illa iuxta Hierusalem & Apostolos erant: præterea in ipsa quoque Antiochia uerbum Dei inualescebat. Hic uero multa abortione indigebant, praesertim qui erant ex Gentibus, cum non pauca essent ea quæ doceri deberent. Animaduertendu autem, Paulum & Barnabam episcoporum dignitate fuisse

fuisse preeditos, ex eo quod non diaconos tantum, sed presbyteros etiam creabant: & discipulos cum precibus & ieiunijs creationes huiusmodi facere consueisse. Illud etiam considerandum, Barnabam & Paulum creatos atque electos Amiochiae fuisse: tametsi aliud exemplar reperi, quod loco Antiochiae Miletum habet: sed prior lectio verisimilior est.

De decreto apostolorum Hierosolymis facto, ac missione per epistolam ad eos qui ex gentibus crediderant: in quo quid obscurandum eis sit, statuunt.

De diffensione Barnabae & Pauli ob Marcum. Caput X V.

ET cum nonnulli à Iudaea descendissent, dicebant fratres, ac dicebant: Nisi circumcidamini more Mosis, esse salvi non potestis. Facta igitur seditione & disceptatione non parua à Paulo & Barnaba aduersus ipsis, statuerunt ut Paulus & Barnabas & nonnulli alii ex ipsis ad Apostolos & presbyteros in Hierusalem de quaestione hac ascenderent. Atque hi deducti ab ecclesia Phoenicein & Samariam pertransibant, narrantes conversionem gentium, & gaudium magnum fratribus omnibus faciebant, cumque in Hierusalem peruenissent, ab ecclesia & Apostolis & presbyteris suscepisti sunt, annunciaruntque quanta Deus cum ipsis fecisset.

Quomodo in epistola ad Galatas, Neque ascendendi, inquit, Hierosolyma ad eos qui ante me erant

erant Apostoli, neque contuli Euangelium quod in Gētibus prædico: hic uero inquit, statuisse hos ut Paulus & Barnabas Hierosolyma ad Apostolos & seniores ascenderent? Dicimus primum, nō ascendisse ipsum, sed ab alijs suisse missum: deinde, non ut disceret, sed ut alijs persuaderet, accessisse: quippe cum ipse à principio eiusdem esset sententiae, quam etiam Apostoli postea confirmarunt, ut circūcidī nō oporteret. Quia tamē tunc autoritatem ipsi non deferebant, sed illis qui Hierosolymis erant magis acquiescendum putabant, ascendit, non ut ipse aliquid amplius cognosceret, sed ut persuadere cōtradicentiibus posset, cū etiam qui Hierosolymis erant, eadem statuissent.

Surrexeruntq; è Pharisæorum secta quidam qui crediderunt, qui dicebant, oportere ut circūciderent eos, & legem Mosis seruare præciperent.

Non fideles ex Gentibus, sed qui ex Iudeis erant, requirebant ut fideles circunciderentur, & reliqua legis carnalia facerent: quos, utpote qui in propriam gloriam id uellent, discipuli licet etiam ipsi ex circuncisione essent, non admiserunt: quippe cū non proprium commodum, sed communem mundi utilitatem & salutem quererent.

Congregati sunt autem Apostoli & presbiteri, ut de uerbo hoc inspicerent: multaq; inquisitione habita surrexit Petrus, atq; ad ipsos dixit.

Hinc

Hinc quoq; coniūcere possumus, aliam quādam dignitatē qua presbyteros excedebant, Apostolos habuisse, propterea quod cum presbiteris eos minime continxit.

Viri fratres, uos scitis ex diebus antiquis Deum inter nos elegisse, ut per os meum Gentes uerbum Euangeliū audiant, & credant: & cordium cognitorem Deum testificatum ipsis fuisse, cū spiritum sanctum non secus ac nobis, ipsis dederit: nihilq; inter nos & ipsos fide purificatis cordibus ipsorum distinxerit.

Fortasse aderant & illi qui olim de Cornelio ipsi criminati fuerant, & qui cum eo ad ipsum simul fuerant ingressi: propterea testes ipsos producit. Quid uero est quod inquit, inter nos elegiisse? Vel in Palæstina, uel cū nos adessemus.

Purificatis uero cordibus ipsorum fide, id est, cū purificationem peccatorū quæ ē corde ipsorum exhibant, fecisset: quæ sanè purificatio circuncisioni correspōdet: & pro ea quæ in carne fiebat, in spiritu nunc datur, quæ per fidem in Christum occulta mala expurgat, atq; expiat. Nam carnalem circuncisionem non cōmuniter utilem fuisse, inde perspicuum est, quod solis maribus erat concessa. In Christo uero Iesu uera fide fit, ut neque mas neque foemina, neque seruus neque liber, neq; græcus neque barbarus quispiam sit, sed omnes unum simus. Galat. 3

Nunc

Nunc igitur quid Deum tentatis, ut imponatis iugum supra ceraices discipulorum, quod neq; patres nostri, neq; nos gestare potuimus? Sed per gratiam Domini I E S V Christi saluos esse nos futuros credimus, quomodo etiam illi. Tacuit autem omnis multitudo, & Barnabā & Paulum audiebant, qui narrabant quanta signa & prodigia inter Gentes per ipsos Deus fecisset.

Quid tentatis Deum? Id est, quid diffiditis Deo, quasi fide accedentes ad se facere saluos non posset? Aduertendum autem, carnis mandata quæ expleri difficulter queunt, ut nimium ieiunium, nuditatem, silentium, atque huiusmodi, non esse alicui imponenda: nisi quispiam sibi ipsi ea imperarit. Licet enim difficultia sint & grauia, nō sunt tamen ex se bene facta existimanda, cum & facta à multis fuerint, & fiant. Sed per gratiam Domini Iesu saluos nos futuros credimus, quomodo etiam illi. Quemadmodum enim antiquitus lex eis qui mandata ipsius seruabant, salutem exhibet: ita nunc gratia, etiam sine legis ueteris observatione, per fidem saluos nos facit.

Qui ubi tacuerunt, respondit Iacobus, & dixit: Viri fratres, audite me.

Hic Iacobus est, qui Hierosolymorum à Domino constitutus episcopus, frater Domini appellabatur. Prudenter autem & ex recentibus ex veteri-

ex ueteribus Prophetis rem confirmat: non enim factum aliquod habebat quod ostenderet, sicut Petrus & Paulus. Benè autem res disponitur ac dispensatur, ut & per eos facta hæc sint, qui immoraturi Hierosolymis non erant: & hic qui ipsos docet, licet eorundem factorum non sit participes, diuersam tamen sententiam non habeat.

Symeon exposuit, quomodo primūq; Deus inuisit, ut sumeret ex Gentibus populum in nomine suo.

Quidam Symeonem esse dicunt, qui in Luce Euangelio prophetauit, & cecinit: Nunc dimitis seruum tuum Domine, &c. Alij Simonem Petrum intelligunt.

Ethuic concordant uerba Prophetarum, sicut scriptum est: Post hæc reuertar, & tabernaculum Daud, quod cecidit, reædificabo, & diruta eius instaurabo, & erigam ipsum, ut qui reliqui sunt ex hominibus, & omnes gentes requirant Dominum, super quas uocatum nomen meū fuerit: inquit Dominus, qui fecit hæc omnia. Nota à seculo sunt Deo omnia opera sua. Propterea ego iudico non esse ijs molestiā affrendam, qui ex Gentibus ad Deum conuertuntur: sed scribendum ipsis, ut à piaculis simulachrorum, & fornicatione, & suffocato, & sanguine abstineant. Moses enim ab æstatibus antīquis per singulas ciuitates habet, qui eū prædicēt in synagogis, dum per omne sabbatū legit.

- Esd. 5** Iudei hæc de ædificatione templi Hierosolymitani post captiuitatem dicta esse intelligunt, cum tamen uerum id nō sit: postea enim sepe fuit subuersum. Prophetia uero æternam reædificationem pollicetur. Qui etiam ad Zorobabel hoc referri existimant, ut pote qui à Dauid genus deduxerit, non recte sentiunt: uerum enim neq; hoc est. Nam Zorobabel cum breui tempore principatum geſiſſet, mortis termino est conclusus. At prophetia hæc æternorum bonorum promissionem coninete, & Gentium omnium ad Deum conuerſionem, quorum nihil sub Zorobabel factum esse inuenimus. Perſpicuum igitur est, de Domino nostro Iesu Christo hæc esse intelligenda. Dominus
- Mat. 1** siquidem noster ex Dauid genus carnale deducens, promissionem quæ ad Dauid facta est explavit: quippe cum uerbum caro factum fuerit, & in nobis sumpto ex Dauid tabernaculo habitarit. Merito igitur propheticus sermo tabernaculum Dauid reædificandum inquit, atq; id non in breve tempus, sed in omnes dies seculi: & Gentibus donum Dei cognitionis promittit, hoc est, Gentes ad Christum esse conuertendas, nomineq; eius appellandas. Alij sunt qui ad Christi resurrectionem è mortuis referendum hoc censeant: ubi enim tabernaculum eius collapsum, id est, carnem è terra suscitauit Deus pater, tota humana conditio in pristinam figuram est restituta, & omnia in nobis
- Ioan. 2**

nobis diruta ac destruta, in nouam faciem excitata sunt: simul enim cum Christo excitati sumus: mors siquidem omnium tabernacula prostraverat ac diruerat, Deus uero & pater eis in Christo reædificauit. Alio enim modo natura nostra instaurari non poterat, nisi ille qui eam à principio fixerat, manum porrexisset, & desuper aquæ & spiritus regeneratione reformasset. Irreparabili enim uere casu ceciderat, & qui potentis illius manus auxilio indigeret. Atq; hoc non in breve tempus, sed in dies seculi euenturum nobis aſſerit, eò quod incorruptibilitatis donum in nobis amitti nunquam ualeat. Tunc, inquit, & qui reliqui sunt ex hominibus, post eos qui ex Israël crediderunt, eum qui natura & uere est Deus, ab errore ueteri recedentes agnoscant: uocabunturque omnes Gentes, & in ipsis nomen meum erit, qui bus à principio etiam nominatum est. Quos enim Rom. 8 preſciuit, inquit, & prædestinavit.

Tunc uisum est Apostolis & presbyteris cum tota ecclesia, ut delectos uiros ex ipsis unā cum Paulo & Barnaba, Iudam qui uocabatur Bar-sabas, & Silam, uiros præcellentes inter fratres, Antiochiam mitterent: atque hæc per manus eorum scriberent. A P O S T O L I & presbyteri & fratres, ijs qui Antiochiae sunt, & in Syria, & Cilicia, fratribus ex Gentibus salutem. Quoniam audiuimus quosdam ex nobis

egressos uerbis uos turbasse, animas uestras e-
uertentes, cùm dicerent circūcidendos uos esse,
& seruandam legem, quibus non distinxera-
mus, uisum nobis est unanimiter collectis, ut
electos uiros ad uos mitteremus cum dilectis
nostris Barnaba & Paulo, hominibus qui pro
nomine Domini nostri I E S V Christi animas
suis tradiderunt. Misimus igitur Iudam & Si-
lam, qui etiam ipsi uerbis eadem annunciant,
Visum enim est spiritui sancto & nobis, ut nul-
lum amplius onus uobis imponatur, nisi ho-
rum quæ necessaria sunt: ut ab ijs quæ simulacris
sacrificantur, & sanguine, & suffocato, &
fornicatione abstineatis: à quibus uos custo-
dientes bene agetis. Valete. Hi igitur dimissi
Antiochiam uenerunt, & congregata multitu-
dine epistolam reddiderunt. Quam cùm legis-
sent, ob adhortationē gauissi sunt. Iudas etiam
& Silas cùm ipsi quoq; essent prophetæ, multa
oratione adhortati sunt fratres, & cōfirmarunt.
Cùm uero tempus aliquod morati esent, cum
pace à fratribus dimissi ad Apostolos sunt. Vi-
sum autem est Silas ibi remanere. Paulus autem
& Barnabas Antiochiæ morabantur, & una
cum alijs multis uerbum Domini docebant, &
euangelizabant.

Delegerunt uiros quos mitterent: nō enim epi-
stolam solam mittendam censuerunt, ne dicere ui-
delicet possent, illos cùm aliud pro alio retulis-
sent, in suam sententiam Apostolos induxisse: ideo
ut res

ut res autoritatem maiorem haberet, mittunt ui-
ros ex se, ut Barnabas & Paulus sufficie omni
apud ipsos uacent. Ne autem quia illi miseri fue-
rant, id calumniam aliquam Paulo & Barnabæ
posset conflare, ipsos laudant, cùm homines esse
testetur, qui pro nomine Domini nostri Iesu Chri-
sti animas suas tradiderint. Visum est, inquiunt,
spiritui sancto & nobis. Nusquam enim de his lo-
quutus fuerat Christus, sed ipsi hi ex lege hæc di-
cunt. Quocirca ne humanum id esse decretum exi-
stimarent, spiritui sancto uisum esse dicunt. Ut au-
tem ipsos quoque qui è circuncisione erant, id
admittere cognoscant, subiungunt, & nobis. Po-
terant sanè sine literis etiam hæc manifestare,
sed ut & sufficio omnis tolleretur, & hæc quasi
lex scripta ipsis esset, epistolam scribunt: & qua-
tuor his tñum interdictis, consuetudines reli-
quas ipsis concesserunt. Sed quæ sunt hæc? Ut ab
ijs quæ simulacris sunt sacrificata, abstineant,
& sanguine, & suffocato, & fornicatione. Cùm ue-
ro & suffocato abstinentem monent, cædem pro-
hibent.

Post dies uero quosdam Paulus Barnabæ di-
xit: Reuersi inuisamus fratres nostros per sin-
gulas urbes in quibus uerbum Domini præ-
dicauimus, quomodo se habeant. Et Barnabas
consulebat, ut Ioannem qui uocabatur Mar-
cus, simul asumeret. Paulus uero quia ille re-

cesserat ab ipsis è Pamphylia, & ad opus cum ipsis simul non iuerat, non esse simul assumendum censebat.

Ioannes qui uocabatur Marcus, simul cum ipsis in Euangelicum cursum iter faciebat, sequutusq; eos est à Palæstina usque in Pamphyliam: deinde cùm Apostoli intento cursu uterentur, & intento animo ad certamina essent incitati, Marcus ut homo desfatigatus, & ad tam longum cursum, & certamina item & pericula quæ in unaquaq; urbe ipsis intendebantur, non admodum fortis, recusato eo labore in Palæstinam est reuersus: non quòd Christum quidem negaret, sed quòd iter illud longum & laboriosum ferre non posset. Paulus uero & Barnabas fructibus pietatis & religionis pleni, & ecclesia que erat Hierosolymis euangelizantes, labores eos deferere nullo pacto uoluerunt. Quocirca cùm Gentes omnes Paulum & Barnabam ob præclaræ facta laudarent, Marcus dolore affectus perculsus animo est, & forfasse secum cogitabat & dicebat: Si laborum particeps fuissim, nunc easdem laudes quoque fuissim consequutus: & uolebat iterum se Apostolis ad præconium Christi deferendum adiungere. Barnabas igitur cùm uideret ipsum pœnitentia adductum, admittere uolebat: Paulus contendebat, & dicebat, eum qui ad opus Domini simul prius uenire noluerat, assumendum non esse. Vnde de dis-

de diffensio orta est, non iræ illa quidem, sed iustitia. Paulus siquidem iustitiam, Barnabas humanitatem requirebat. Marcus autem cum Barnaba aderat, & promptum se exhibebat: sed Paulus in ecclesijs non admitti eum monebat, non sancire ut molestia afficeret, sed ut studiostorem, proptioremq; efficeret. Nam ubi cognouit studium iam prijtinum recepisse Marcum, eum commendare postea incœpit. In epistola enim ad Colosenses, Salutat uos, inquit, Marcus Barnabæ consobrinus, de quo mandata accepisti, ut si uenerit, eum suscipiat. Colof. 4.

Facta est igitur inter eos irritatio, ut separari a se mutuo fuerint, & Barnabas a sumpto Marco in Cyprum nauigarit. Paulus uero electo sibi Sila egressus est, gratiæ Dei a fratribus traditus: pertransibatq; Syriam & Ciliciam, ecclesiæ confirmans.

Irritatio quedam facta est & diffensio, nō iniuriam & contentio. Tantam tamen irritatio hæc uim habuit, ut eos a se mutuo separarit, atque id non iniuria. Quod enim utile esse unusquisq; existimat, id postea admisit. Videtur autem ex consensu facta fuisse huiusmodi separatio, & uterque sibi mutuo dixisse: Quia ego uolo, & tu non uis, ne inter nos contendamus, loca diuidamus: ut uidelicet ualde sibi mutuo indulgentes id fererint. Volebat enim Barnabas ut Pauli conser-

lium staret, atque idcirco ab eo receperit. Quin in Prophetis quoque huiusmodi dissentientes opiniones, & mores diuersos uidere licet. Helias enim erat austerus, Moses mansuetus. Eodem modo quoque hic uehementior erat Paulus quam Barnabas. Marco uero huiusmodi discordia admidum profuit: Pauli enim severitas, ipsum conuertit: Barnabae benignitas, ut non amplius eos deserret, fecit. Vnde pugnare inter se cum uideantur, ad unum tamen finem, ad unamq[ue] utilitatem deueniunt. Nam cum Paulum uideret Marcus nolle se amplius admittere, ualde timebat, & facti sui se condemnabat. Cum Barnabam contra se ita humanè suscepisse cōspiceret, summopere eum amabat: ita ut & magistrorum dissensione corrigeretur ac confirmaretur discipulus, tantum aberat ut scandalo aliquo afficeretur. Vbi enim uidit se à Paulo ob ignauiam ita fuisse electum, dedit operam ut in secundo itinere maiore promptitudine priorem segnitiam occultaret: atq[ue] ita magnam utilitatem ab hac Pauli severitate consequutus est. Ceterū nūquid inimici recesserunt? Minime. Nam hanc non fuisse inimicitiam Apostolis illud indicio est, quod ubique post bac Barnabas multis laudibus à Paulo in Epistolis commendatur.

De

De Timothei circuncisione, & profectione Pauli cum eo ex reuelatione in Macedonianam: de purpuraria Lydie mulieris conuersione: de electione spīritus è puerla Pythonem habente, ob quam conclusi in carcere Paulus & Silas oratione facta, è carcere orto terramoto liberati sunt: & de custodis carceris conuersione.
Cap. XVI.

DEuenitq[ue] Derben & Lystram: & ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, mulieris cuiusdā Iudeæ fidelis filius, patre autem Græco, cui testimonium à fratribus qui Lystris erāt & Iconi exhibebatur. Hunc uoluit secum egredi Paulus: & assumens propter Iudeos qui in locis illis erant, circuncidit: quippe cum omnes nosset patrem eius Græcum esse. Cum uero pertransirent per urbes, dogmata obseruanda eis tradebant, quæ ab Apostolis & presbyteris qui erant Hierosolymis, fuerat decreta. Atq[ue] ecclesiæ quidem fide confirmabant, & abundantabat numero quotidie.

Dogmata appellat, abstinentiam ab ijs quæ simulachris sacrificabantur, à fornicatione, & sanguine, & suffocato, quæ uidelicet ad regularis uitæ informationem spectant: hæc enim uitam temperant, rationeq[ue] præditis hominibus convenientem moderantur.

Cumq; pertransiissent Phrygiam & Galaticam regionem, loqui uerbum in Asia à spiritu sancto prohibiti sunt. In Mysiam uero profecti per Bithyniam ire tentabant, & spiritus eos non permisit. Praeterita ergo Mysia in Troadem descenderunt.

In Asia & Bithynia prohibet loqui uerbum Dei spiritus, praeoscens πνευματικού, id est, contra spiritum pugnantium hæresin ibi esse dominaturam.

Et uisum per noctem Paulo apparuit. Vir quidam Macedo adstabat aduocans ipsum & dicens: Trāsiens in Macedonia nobis auxiliare.

Non per angelum ut Philippo & Cornelio annunciatur, sed per uisum, humanum magis in modum apparet. Vbi enim facilis persuasio est, humanius: ubi uis maior est afferenda, diuinius sunt apparitiones. Quoniam enim ad prædicandum tantummodo inducebatur Paulus, somnium ipso apparebat. Cum uero prædicare non permittitur, spiritus sanctus est, qui quid faciendum ipsi sit, reuelat. Profecti enim, inquit, per Mysiam, tentabant etiam per Bithyniam ire, & non permisit eos spiritus: facilia enim spiritus non efficiebat, sed satis ad ea erat somnium.

Vbi uero uisionem inspexit, statim dedimus operam ut in Macedoniam exiremus: in animalium induentes, Dominum nos aduocasse, ut eis

eis euangelizaremus. Soluentes igitur à Troade recto cursu in Samothracen uenimus, & sequenti die Neapolim, atq; inde Philippos, quæ est prima partis Macedoniae ciuitas colonia.

Animaduertendū, in his urbibus cum Paulo Lucam, quoq; ipsum fuisse: id quod ex eo intelligi potest, quod persona sua simul assumit, cum inquit, dedimus operam: & recto cursu uenimus.

Atq; in ea urbe dies quosdam cōmorati, die Sabbatorum foras sumus egressi ad fluum, ubi precatio esse consueuerat, & considentes cum mulieribus quæ conuenerant, loquebamur. Et mulier quædam nomine Lydia, purpura ex urbe Thyatirorum colens Deum audiuit, cuius Dominus cor aperuit, ut ihs attenderet, quæ à Paulo dicebantur. Vbi autem baptizata est, & domus ipsius, hortata est dicens: Si me fidelem Domino esse iudicastis, ingressi in domum meam manete: & coegerit nos.

Non solum ubi erat synagoga & conuentus, uermetiam extrā preces effundebant, quasi locum quendam separantes, atq; huic rei dedicantes, utpote cū corporalius Iudei hæc tractare consueuerint. Vel magis ita est intelligendum, ut cū non esset ibi synagoga, quia rari essent, ad fluum extra urbem clam, qui uidelicet piy erat, congregabantur. Neapolis autem est, quæ nunc Christopolis appellatur,

Effectum

2.COR. 11

Effectum autem est, ut cùm ad preces effundendas pergeremus, puella quædam quæ Pythonis spiritum habebat, nobis occurrerit, quæ uaticinando quæstum multum dominis suis exhibebat. Hæc sequuta Paulum & nos clamabat, & dicebat: Hi homines servi Dei altissimi sunt, qui uiam salutis nobis annunciant. Atq; hoc per multos dies faciebat. Grauatus autem Paulus, & conuersus spiritui dixit: Præcipio tibi in nomine IESV Christi, ut ab ipsa egressaris. Et eadem hora egressus est. Cùm uidissent autem domini ipsius spem quæstus sui omnem exisse, apprehensum Paulum & Silam in forum ad magistratus traxerunt, & cùm ad prætores adduxissent, dixerunt: Homines isti ciuitatem nostram conturbant, cùm sint Iudici, & consuetudines annunciant, quas nobis qui Romani sumus neq; admittere licet, neq; facere. Et turba etiam simul instabat contra ipsos: & prætores iusserunt, ut eos discessis indumentis ipsorum uirgis caderent. Cumq; ipsis multa uerbera inflinxissent, in custodiā iniecerunt, præcipientes custodi carceris, ut eos diligenter obseruaret: qui cùm præceptum hoc accepisset, ipsos in interiore carcerem intrusit, pedesq; ipsorum ligno obstrinxit.

Pythia hæc, mulier quædam esse dicitur que in tripode Apollinis insideret, atq; ita per genitilia malum spiritum, qui ab inferiori parte ascenderat, exciperet: quo plena effecta, in furorem induce-

APOST. CAP. XVI. 189

induceretur, ita ut postea pañis crinibus debacchans spumam ex ore emitteret, furorēq; percita uaticinaretur. Sed qua de causa dæmon tunc ea de Apostolis dicebat: quò se uidelicet dignum cùi fides adhiberetur, in posterum redderet. Nam si testimonium eius admisisset Paulus, multos etiam ex fidelibus deceperet, utpote qui à Paulo fuisse admissus. Propterea enim dicere contra se tolerabat, ut quæ supra se sunt, commendando, ad perniciem postea homines detraheret. Primum igitur Paulus cùm taceret, non admittebat, sed despiciebat, cùm nollet temere ita ac leui qualibet de causa ad signa facienda se exponere. Cum uero ille perseveraret, et rem pateficeret, tunc eum elecit. Grauatus enim, inquit, Paulus, id est, molestia affectus atq; incitatus, ut etiam uera dicentem in obmutescientiam induceret, egredi ex ea dæmonium iuñsit: docens nos quoq; dæmonias, licet ueritati patrocinari simulèt, nullo modo admittere debere, sed omnem deceptionis uitæ ipsis intercludere, ad omniaq; quæ ab ipsis dicuntur, aures obstruere.

Media autem nocte Paulus & Silas preces effundentes Deum laudabant, audiebantq; eos illi qui uincti erant in carcere. Repente uero magnus terræmotus factus est, ita ut fundamenta carceris agitarerentur: & statim ostia omnia aperta sunt, & omnium uincula sunt resoluta.

Terre

Terræ motus factus est, ut custos carceris ex-pergefieret. Ostia uero aperta sunt, ut quod factum esset admiraretur, & crederet: quippe cum non ad ostentationem, sed ad salutem hec fierent. Vincti tamen hec non uiderunt: omnes enim effugissent.

Expergefatus autem custos carceris, & a-perta ostia carceris intuitus, stricto ense se erat interfectorus, cum aufugisse omnes uinculos e-xistimaret. Clamauit autem uoce magna Paulus, dicens: Nullo malo te afficias: omnes enim hic sumus. At ille cum petisset lumen, insiluit, & tremefactus procidit ante Paulum & Silam, & foras ipsis productis, inquit: Domini, quid me facere oportet, ut saluus sim? Illi autem di-xerunt: Crede in Dominum nostrum IESUM Christum, & saluus eris & tu & domus tua. Lo-quuti sunt uerbum Domini ipsi, & omnibus qui in domo eius erant. Et ille cum eos assump-tisset illa hora noctis, ipsorum uerbera abluit, & baptizatus ipse est, & omnes domestici eius continuo. Cumque eos in domum suam deduxisset, mensam apposuit, & exultauit cum tota familia sua credens in Deum.

Carceris custos Stephanus erat, cuius in pri-ma ad Corinthios mentionem facit Paulus.

Exorto autem die miserū prætores lictores, dicentes: Dimitte homines illos. Annunciauitque hæc

hæc uerba custos Paulo: Miserunt prætores, ut dimittamini: nunc igitur egressi, ite in pace. Paulus autem ad ipsos dixit: Cæsos nos publi-cè incondemnatos homines Romanos in cu-stodiā iniecerunt, & nunc clam nos ejiciunt. Non sanè, sed accedentes ipsis educant. Renun-ciaruntque prætoribus lictores uerba hæc: & ti-muerūt cum eos Romanos esse audiuisserint, & profecti hortabantur ipsis, & cum eduxissent, rogabant ut ex urbe egredierentur. Egressi autem è carcere ad Lydiā introierūt, & cum uidissent fratres, adhortatiq; essent, egressi sunt.

Cæsos nos publice, inquit. Duplex crimen ostendit, quod cæcidissent eos publicè, & Romanos & indannatos. Sæpe enim humana præten-debat quadam dispensatione, ne uel ut reus & pec-cans dimitti uideretur, uel gratiae ipsorum id ascri-beretur. Cum sciret præterea principatibus & Röm. 15 potestatibus nos debere esse subiectos, se Rom-anum appellabat: quippe cum Iudeæ, & totius fer-re orbis Romanorum rex dominium obtineret. Iudei siquidem plerique tributum ei soluebant, nō repudiato regno Romanorum, quemadmodum reliqui, qui se ipsis decipientes, Deum solum dice-bant proprium regem habere, non hominem aliquem, cum tamen re ipsa tanquam subditi serui tributum soluerent, ac uerbis negantes, re essent sub-iecti: quos Vespasianus utpote minime subditos depopulatus est.

De seditione facta in Thessalonica ob predicationem de fuga Pauli & Silæ in Berrhaem & inde Athenas: de oratione Pauli ad Areopagitas, & conuersione Dionysij Areopagite. Cap. XVII.

CVm pertransissemus uero Amphilopolim & Apolloniam, Thessalonicam uenimus, ubi synagoga Iudæorum erat. De more autem Paulus ad ipsos est ingressus, & per tria sabbata disserebat ipsis è scripturis, aperiens & allegans, quod oportuisset Christum pati, & ex mortuis resurgere: & hic est, inquiens, Christus IESVS, quem ego annuncio uobis.

Quoniam hi signis aduersabantur, eosq; tanquam impostares & præstigiatores calumnabantur, idcirco ex scripturis ita ipsis suadet, cum inde habere suspicionem huiusmodi nullam queat.

Et nonnulli ex ipsis persuasi sunt, & Paulo & Sylæ sunt adiuncti, & ex coletibus Deum Græcis, & ex mulieribus primarijs non paucis. Aemulatione autem inducti qui nō credebant Iudæi, assumptis quibusdam ex circunforaneis uiris prauis, & turba facta in tumultum excitant ciuitatem: cumq; ad domum Iasonis superuenissent, quærebant ipsos, ut ad populum producerent. Ipsi autem non inuentis, Iasonem & quosdā fratres ad magistratus ciuitatis trauerunt, clamantes, hos esse qui orbem terrarū cuerterunt

euerterunt, & huc aduenisse, quos Iason exceperit: hosq; omnes contra decreta Cæsaris facere, regem alterum esse IESVM afferentes. Concitariuntq; turbas & magistratus audientes hęc. Et cum ab Iason & reliquis satis accepissent, ipsos dimiserunt. Fratres uero statim per noctē Paulum & Silam in Berrhaem emiserunt.

Colentes Deum Græcos, id est, σεβομένους, uel eos uocat, qui cum essent Iudæi, græce tamen loquebantur, propterea quod uidelicet legem seruabant: uel eos qui ex Græcis aduenitij, & prosepty Iudeorum erant effecti.

Quo cum uenissent, in synagogam Iudæorum abierunt. Hi autem nobiliores erant ex ijs qui sunt Thessalonici: qui uerbum omni cum promptitudine admirerunt, quotidie examinantes scripturas, an ea ita se haberent. Multi igitur ex ipsis crediderunt, & ex Græcis mulieribus honestis, & ex uiris non pauci.

Nobiliores hic, pro probiores & modestiores dictum est. Hi autem non quod infideles essent, scripturas examinabant, id est, inuestigabant & scrutabantur: iam enim crediderant: sed quia cum ueterum Prophetarum traditiones ignorarent, propterea magis in fide confirmabantur, dum scrutarentur scripturas, & que de dispensatione incarnationi uerbi dicebantur, ueterum scriptis contentanea reperirent.

Vbi autem qui Thessaloniciæ erant Iudei, nouissent uerbum Dei à Paulo Berrhœc quoq; fuisse annunciatum, illuc etiam uenerunt concitantes turbas. Sed confessim tunc fratres dimiserunt Paulum, ut quasi iuxta mare proficeretur. Silas autem & Timotheus ibi remanserunt. Qui autem deducebant Paulum, ipsum usq; Athenas duxerunt & accepto mandato ad Silam & Timotheum ut quamcelerimè ad ipsum uenirent, discesserunt.

Ex dispensatione hīc, non ex formidatione au fugit Apostolus, præsertim cūm & Christi preconium augere uellet, & furorem ipsorum conatur extinguere.

Cūm Paulus autem Athenis ipsos expectaret, iritabatur spiritus eius in ipso, cūm ciuitatē simulachris deditam esse cōspiceret. Disserebat quidem in synagoga Iudeis & Deum colentibus, & in foro per totum diem ad occurrentes.

Iritabatur, hīc non iram neg; indignationem significat: procul enim ab ira est & indignatio ne donū spiritus. Quid igitur sibi uult? Idem quod excitabatur: non enim ferebat, sed ægrē afficiebatur, & dolebat. quemadmodum etiam superius inquit, Inter ipsos facta iritatio est, &c.

Nonnulli uero ex Epicureis & Stoicis philosophis congressi cum ipso sunt, & dicebant:

Quidnam

- Quidnam uult seminilega iste dicere? Et alij, Peregrinorum dæmoniorum annunciator uidetur hic esse: propterea quod I E S U M & resurrectionem ipsis euangelizabat.

Epicurei uniuersum fortuitò, & ex individuis corpusculis extitisse opinantur. Stoici uero corpus id esse, & deflagrationem afferunt. Quidam igitur ex ipsis qui cognitione inflati efferebatur, stulte diuim Paulum irridentes dicebant: Quidnam sibi uult seminilega iste? Nam quia auricula est exigua & uilis, neq; ad esum neq; ad oblectationem satis idonea, quæ ex eo quod sparsa in treuijs semina legere consueuit, ονδυλοντες, id est, seminilega appellatur: factum est, ut ignobiles & existimatione nulla dignos homines seminilegas nuncupent. Peregrina item & absurdâ quædam dæmonia introducere eum asserebant, propterea quod Iesum & resurrectionem prædicabat: resurrectionem deam quandam esse existimantes, utpote qui colere etiam foeminas consueuissent. Dæmonia uero deos suos uocabant.

Apprehensumq; ipsum in Areopagum duixerunt, & dicebant: Possumus ne cognoscere, quænam hæc noua, quæ te traditur, doctrinæ sit? Noua enim & peregrina ad aures nostras affer: quocirca scire uolumus, quidnam sibi uelint hæc esse. Athenienses uero omnes, & qui in urbe erant peregrini, ad nihil aliud op-

portunè se habebat, quām ad noui aliquid uel dicendum, uel audiendum.

Ad Areopagum duxerunt, non ut quippiam cognoscerent, sed ut punirent, et supplicijs afficerent: ibi enim capitalia iudicia exercebantur. Areopagus autem locus ille dicebatur ex eo, ut inquit, quod illic Mars, qui ἄρης dicitur, de adulterio, uel ut alij, de cæde iudicium subiit, πάτερ uero pagus, id est, iugos locis atque editus uocatur: in tumulo enim quodam erat id iudicium. Vnde etiam πάτερ, id est, pagorum principes apud nonnullos uocantur, qui locorum huiusmodi et uicorum dominium obtinent.

Constitutus autem Paulus in medio Areopagi dixit: Viri Athenienses, in omnibus quasi superstitiones uos inspicio.

Superstitiones, pro religiosiores appellantur. Λαοὶ δὲ, μωνεῖον enim, id est, superstitionis dicitur, qui dicitur τὰ δαιμόνια, id est, timet dæmonia: quicquid omnia, tam lapidem et lignum, quām spiritum, in deos referit.

Pertransiens enim & spectans culturas ueras, aram etiam inueni, in qua erat inscriptū, IGNOTO DEO. Quem igitur ignorantes colitis, hunc ego annuncio uobis.

Duas causas referunt cur Athenis inscriptum in aræ fuerit, ignoto deo. Dicunt enim alij, cum misissent olim Athenienses Philippidem ad Lacedæmonios

dæmonios de societate ineunda, quo tempore Perse Græciam invaserat, ei in Parthenio monte Panis simulachrum occurrisse, accusasseque Athenienses, quod cum alios deos colerent et uenerarentur, ipsum negligenter: sequitur inde auxilium ipsis lateturum promisissē. Atque ita Athenienses eius operi uictoria potitos, templum ei cōdidisse ac dicasse. Ac deinde ut cauerent in posterū, ne simile quippiam ipsis contingaret, si ignorantum sibi aliquem deum pratermissent, aram hanc extruxisse, eique inscriptisse, ignoto deo. Perinde ac si dicerent, si quis aliis a nobis deus ignoratur, in honorē eius ara hæc a nobis excitata sit: ut si ob ignorationē a nobis non colatur, propitius tamen nobis esse non desinat. Alij sunt qui dicant, cum pestilencia olim laborarent Athenienses, atque adeo exactuarerent, ut ne tenuissimorum quidem linteorum uelamen possent sustinere, nullamque opere ab ipsis quos deos existimabant, conseruerentur, considerasse deum fortasse esse aliquem, quem ipsi in honoretū omisissent, qui pestilentiam immisisset: ac noua aræ extorta inscriptisse, ignoto deo: sacrificiisque oblatis statim cōualuisse. Hunc igitur quem illi ignorant, Christum Iesum esse omnium Deum Paulus inquit, quem et ipsis annunciat. Est autem integræ aræ inscriptio in hunc modum: DIIS ASIÆ, ET EVROPÆ, ET LIBYÆ. DEO IGNOTO ET PEREGRINO.

Deus qui fecit mundum & omnia quæ in ipso sunt, hic cœli & terræ Dominus cùm sit, non in manufactis templis habitat, neq; à manibus hominum ministratur indigens aliquo, cùm ipse dicit omnibus uitam & inspirationem in omnia: fecitq; ex uno sanguine omne genus hominum, ut habitat super totam faciem terræ.

Psal. 49 Ne existiment unum ex multis deum esse hunc qui ab ipso prædicatur, rem corrigit, ita subiungens: Non in manufactis templis habitat. In templis quidem habitat, sed non manufactis: in anima siquidem humana sedes eius est. Neque in templo Hierosolymitanó habitare dicitur, sed operari. Neq; à manibus hominum apud Iudeos colebatur, sed à mente: quippe cùm neq; illa requireret, quasi indigeret. Inquit enim: Nunquid carnem taurorum comedam, & hircorum sanguinem bibam? & cætera que sequuntur.

Cùm præfiniuerit præstituta tempora, & terminos habitationis ipsorum, ut quererent Deum, si modò ipsum attrectarent & inuenient, quamuis non longè ab uno quoq; nostrū sit. In ipso enim uiuimus, & mouemur, & sumus, sicut nonnulli etiam ex uestris Poëtis dixerunt: Namq; huius soboles etiā sumus. Cùm sumus igitur toboles Dei, nō debemus auro, aut argento, aut lapidi, sculptruræ scilicet artis & cogitationis humanæ numē simile esse existimare.

Præfiniuit,

Præfiniuit, inquit, ut quererent Deum: at non semper, sed præstituta tempora: ut ostendat uidelicet, nunc non querentes inuenisse. Quoniam uero cùm quæsiuissent, non inuenierunt: declarat eū non secus fuisse manifestum, ac si quid in medio positum sit, quod palpando attrectetur. Non enim una in parte erat cœlum, in altera non erat: neq; hoc tempore erat, alias minimè: sed semper & ubique, ita ut per omne tempus, & per omnem terra terminum Deus potuerit inueniri. Sic enim omnia dispositi & dispensauit, ut neque loco, neque tempore prohiberetur. Ipsum enim hoc maxime ipsis conferebat, quod & ubiq; loco rum, et omni tempore cœlum affluit. Atq; hoc est quod inquit, quamuis non procul ab uno quoque nostrū sit. Omnibus siquidem qui in omni orbis terrarum parte habitant, prope est, atq; ita prope, ut nemo sit qui uiuere sine ipso possit. In ipso enim uiuimus, & mouemur, & sumus. Quemadmodum, ut corporeo exemplo utar, fieri nō potest, ut aërem ubiq; nobis circūfusum ignoremus, cum non procul ab uno quoq; nostrū, imò in nobis ipsis sit: ita neq; omnium opificē Deum possimus non cognoscere, cùm ab ipso habeamus, ut & simus, & operemur, & non intereamus. Deinde Arati carmen unius ex eorum Poëtis ad confirmationem orationis suæ producit: Namq; eius soboles etiam sumus. Atq; ipse quidem Paulus de-

opifice Deo id sumit, licet de Ioue dictum sit: non eundē quem ille intelligens, sed idem tamen quod Deo cōuenit, dicens. Dicuntur enim & aguntur interdū nonnulla à grēcis, quæ licet ipsi ignorēt, et aliter intelligent, in Deum tamen referūtur: ut est illud, Ignoto deo, & alia quædā. Sobolē uero & genus Dei nos esse inquit Paulus, non ut ipsi senciebant, sed alio modo, hoc est, affines & proximos, atq; ut diceret quispiā, accolas et uicinos.

Act tempora quidem ignorantiae cùm despe-xisset Deus, nunc hominibus omnibus ubique pœnitētiām præcipit: ac propterea statuit diem, quo orbem terrarū in iustitia est iudicaturus, in viro quē destinauit, fide omnibus exhibita, cùm ipsum ex mortuis suscitarit. Cūm uero illi resurrectionē mortuorū audiuisserint, alijs deridebant: alijs dixerūt, audiēmus te rursus super hac re. Atq; ita Paulus ē medio ipsorū est egressus. Quidā autem uiri adiuncti ipsi sunt, & crediderunt, inter quos fuit & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alijs cum ipsis.

Non inquit nullum ex his puniri, sed nullū qui pœnitentiam agere uoluerit. Non enim de ijs qui decesserunt hoc dicit, sed de his quibus præcipit. Non requirit rationem à uobis, inquit, de prioribus annis ignorantiae uestræ. Non dixit, neglexit, aut, permisit, sed, despexit: hoc est, non exigit pœnam à uobis, quasi digni supplicio sitis.

De

De Aquila & Priscilla: de Tito: de conuersione archi-synagogi Corinthi: de deductione Pauli ad Gallio- nem pro consulem: de discessione ē Corintho, & profecitione in Ephesum: de Apolo- lo eloquente homine & fideli.

Caput XVIII.

Posthac autem Paulus cùm Athenis discesserit, Corinthum uenit: cumq; inuenisset Iudeum quendam nomine Aquilam Ponticum genere, qui nuper ex Italia uenerat, & Priscillā uxorem eius, propterea quod Claudio Roma omnes Iudeos recedere statuerat, ad ipsos accessit: & quia erat coartifex, apud ipsos mansit, & operabatur. Erant autem tentiorum artifices. Disserebat autem in synagoga per omne sabbatum, & Iudeis & Grēcis suadebat. Vbi uero ē Macedonia Silas & Timotheus redierunt, cohibebatur spiritu Paulus, Christū I E S V M Iudeis protestans. Illis uero renientibus & maledicentibus, excussis indumentis ad eos dixit: Sanguis uester supra caput uestrum: mundus ego posthac ad gentes proficiscar. Atq; inde cùm recessisset, uenit in domum cuiusdā Iusti nomine, qui Deum colebat, cuius domus synagogæ erat cōtermina. Crispus autem prīceps synagogæ Domino creditus cum tota familia sua: & multi ex Corinthiis cùm audiuisserint, credebant, & haptizabantur.

Sanguis uester super caput uestrum sit, inquit Paulus, excusis etiam indumentis, ut nō tam uer-

bo quam re ipsos terrefaceret. Vnde cum acerbius inuestitus esset, exprobratis eis cedem, ab ipsis receperit. Quod autem inquit, huiusmodi est: Vnusquisque qui a Christo, qui est uita, desiccat & recedit, interficere seipsum uidetur, cum a uita ad mortem delabatur, & sanguinem suum quodammodo ex carne quam sibi infert, effundat. Hoc igitur inquit: Quia uos perfidia hac & incredulitate uos necatis, uos meti ipsi huiusc rei poenam luitis, ego insons & mundus ab hoc sum. Atque hinc cognoscere possumus, eum qui se ita occidit, apud Deum ut homicidam puniri.

Dixitque Dominus per uisum in nocte Paulum: Ne timeas, sed loquere, & ne tacueris, propterea quod ego tecum sum: & nemo te inuidet, ut laedat te, quoniam populus mihi in hac ciuitate multus est. Et consedit annum & mens sex, docens ipsos uerbum Dei. Gallione autem proconsulatum Achiae gerente, imperium fecerunt unanimiter Iudei in Paulum, & ipsum ad tribunal deduxerunt, dicentes: Praeter legem iste persuadet hominibus Deum colere. Cumque aperturus os esset Paulus, Gallio ad Iudeos dixit: Si quidem esset aliqua iniustitia, aur scelus prauum, o Iudei, conuenienter uos sustinuisse. Sed si quaestio est de uerbis, & nominibus, & lege uestra, uos uideritis: iudex enim horum esse ego nolo. Et a tribunali ipsis repulit.

Aduertens

Aduertendum, Paulum in somnis Dominum Iesum uidisse, ac propterea dicere: Nonne Iesum Dominum nostrum uidi? In somnis autem an uigil Iesum uiderit, nihil interest. Verutamen etiam interdiu ipse apparuit.

Ceterum cum Graeci omnes Sothenem synagogae principem apprehendissent, eum ante tribunal uerberabant, & nihil horum Gallionis cura erat.

Vel ideo Sothenem uerberabant, quia etiam ipse Paulo magis assentiebatur, eiique adhaerat, quemadmodum quoque Crispus: uel in tantum furor induci fuerant, ut frustrati uoto pro Paulo principem synagogae Sothenem uerberibus fuerint aggressi: uel quia, sicut magis uerisimile est, cum occidere ipsi Paulum uellent, Sothenes prohibuerat.

Paulus autem cum adhuc dies multos permanisset, fratribus renunciatione facta in Syria enauigauit, & cum ipso Priscilla & Aquila, deto capite in Cenchreis: habebat enim uotum.

Rursus in Syriam redit Paulus, & cum ipso Priscilla & Aquila. Tondere autem caput ex uoto, iudaicum erat. Oportebat uero sacrificium quoque fieri, quod tamen posteaquam uerberatus fuit Sothenes, factum non amplius est. Iam enim lex soluebatur, quoniam conscientia detinebantur.

Deuenit

Deuenit autem Ephesum, & illos illuc reliquit. Ipse uero in synagogā ingressus dissenseret cum Iudeis. Cumq; illi rogarent ut diutius apud ipsos permaneret, non annuit, sed renunciavit ipsis, cūm dixisset: Oportet me prorsus festum quod instat, Hierosolymis celebrare.

Aquilam & Priscillā Ephesi reliquit, id quod merito efficit, ut docerent, quippe cūm tandem cūm ipso uersati multa didicerint, & tamen à consuetudine ipsos Iudeos nondum abduxerat.

Rursus autem reuertar ad uos Deo uolente. Et soluit Epheso, & cūm deuenisset Cæsaream, illuc ascendit, & salutata Ecclesia, Antiochiam profectus est: & traducto ibi quodam tempore, est egressus, pertransiens deinceps Galaticam regionem, & Phrygiam, discipulosq; omnes confirmans.

*Quidnam cūm propheta esset Paulus, & sciret se reuersurum esse, non simpliciter & absolu-
te rediturum se esse promisit, sed adiunxit, Deo uolente? Ut nos uidelicet doceat, nihil de futuris faciendis promittere, nisi, Deo uolente, adiungamus: quid enim superueniens dies paritura sit, nouit nemo.*

Iudeus autem quidam nomine Apollos, genere Alexandrēsis, vir eloquens Ephesum deuenit, potens in scripturis. Hic in via Domini erat initiatus, & feraens spiritu loquebatur, & de Domino exquisitè docebat.

Nonnulli

Nonnulli dicunt Apollon hunc eundem esse, qui & Apelles Corinthiorum episcopus, de quo alibi inquit: Ego plantau, Apollos irrigauit. Vel 1. Cor. 3. igitur binominis erat uir, uel alterum nomen in posterum transmutauit.

Cūm sciret tantum baptismū Ioannis. Hicq; in synagoga liberè ac fidèter loqui cœperit. Cūm uero eū audiuissent Aquila & Priscilla, a sumiserunt ipsum, & exactius ipsi Dei uiam exposuerunt. Cūm autē uellet ipse in Achiam pertransire, adhorrai fratres scripserūt discipulis, ut ipsum admitterent. Qui cūm accessisset, multum illis qui crediderant, contulit per gratiam: quippe cūm uehementer Iudeos conuinceret publicè ex scripturis, Christum esse IE S V M demonstrans.

Dignum inquisitione est, quo pacto is, si Ioannis baptismum tamū nouerat, spiritu ita feruebat? Spiritus enim non sic daba tur. Quo pacto item, si qui post hunc fuerunt, Christi baptismate indigebant, multò magis huic eo opus non erat? Quid ad hæc dicendū est? non enim temerè utraq; hec deinceps posuit. Videtur igitur hic ex cenu illis & uiginti fuisse, qui cum Apostolis fuerunt baptizati. Vel si id non est, existimandum huic quoq; idem quod Cornelio coniisse. Sed neque hic sicut ille, baptizatur. Re igitur diligenter considerata, neque hoc uidetur fuisse, propterea quod

quod baptizari ipsum oportuisset. Nam duodecim alij quos inferius commemorat, qui baptizati à Ioanne fuerant, nihil exquisite nouerant, ne de Iesu quidem. Quocirca uerisimile est ipsum hunc quoque fuisse baptizatum. Si enim hi qui à Joanne fuerant baptizati, rursus baptizabantur, idem quoq; discipulos facere oportebat.

De baptismo, & spiritu sancti dono dato per orationem Pauli ijs qui Ephesi crediderant: de filiis

Scœue Iudei, contra quos inualuit demon: de confessione credentium: de seditione à Demetrio aurifice concitata contra apostolos.

Cap. XIX.

Effectum autem est, ut dum Apollos esset Corinthi, Paulus superioribus partibus peragratiss Ephesum uenerit, inuentisq; ibi quibusdam discipulis, ad ipsos dixerit: Nunquid spiritum sanctum accepistis ubi credidistis? Illi uero dixerunt ad ipsum: Sed neque an sit spiritus sanctus, audiuiimus. Dixitq; ipsi: In quid autem baptizati estis? Responderunt illi, In Ioannis baptismum.

Quomodo hi qui Ephesi erant, Ioannis baptisma habebant? Fortasse erant Hierosolymis tunc, et adierunt Ioannem, ab eoq; fuerunt baptizati, et neq; Iesum nouerant. Vnde etiam non dicit, Nunquid creditis in Iesum? sed, Nunquid spiritum

APOST. CAP. XIX. 207

spiritum sanctum accepistis? Licet sciret eos ipsum non habcre, sed interrogat tamen, uultq; eos respondere, ut ubi cognorint quibus sint priuati, ea statim appetant & requirant.

Et Paulus dixit: Ioannes quidem baptizauit Mat. 3 pœnitentie baptisme, populo dicens, in eum qui post ipsum ueniebat, ut crederent, id est, in Christum IESVM. Quæ cùm audiuissent, baptizati sunt in nomine Domini IESV: & cùm imposuisset ipsis manus Paulus, spiritus sanctus in ipsis uenit, loquebanturq; linguis & prophetabant. Erant autem omnes uiri circiter duodecim. Cùm autem ingressus in synagogam esset, per menses tres fidenter loquebatur, differens & suadens de regno Dei.

Ex Ioannis baptisme prophetat, idq; hoc sibi uelle ipsis insinuat. Nam imperfectum fuisse Ioannis baptisma ostendit: non enim id remissionis esse inquit, sed pœnitentia. Deinde cùm baptizati in nomen Domini fuissent, manibus Pauli impositis spiritum statim acceperunt. Sed cùm eum non uiderent (inuisibilis enim est) sensibile tamen quoddam argumentum operationis illius gratia exhibuit, ut aliis Persica, Romana aliis, aliis Indica, aut tali aliqua lingua ueteretur. Atq; ita alijs extrinsecus spiritum esse in ijs qui loquebantur, manifestauit Deus, id potestatis supernæ esse declarans.

Vbi

Vbi autem quidam obdurabantur, & non credebant, uiam maledicentes coram multitudoine, recedens ab ipsis discipulos segregauit, quotidie in schola tyranni cuiusdam differens. Id autem per annos duos effectum est, ut omnes qui habitabant Asiam uerbū Domini I E S V audiuerint, & Iudæi, & Graeci. Virtutesq; non quaslibet Deus per manus Pauli faciebat.

Vel uiam appellat Christum, uel fidem ueram: quippe cùm ea uia sit, quæ in regnum cœlorum dedit. Hinc uero nos docet, ab ijs qui Dei filio maledicunt, illos qui in eum credunt, separari debere.

Ut etiam super ægrotantes à corpore eius sudaria & semicinctia inferrentur, & morbi ab ipsis recederent, & spiritus mali ab ipsis egredierentur.

Sudaria & semicinctia utraq; linea fuisse existim: sed sudaria in capite iniçuntur, semicinctia in manibus comiment, qui gestare horaria non possunt, cuiusmodi sunt qui stolas consulares gestant. Vel linteæ ad humores faciei, utputa sudores, nuccos, lachrymas, atq; huiusmodi reliqua abstergenda.

Aggressi sunt autem quidam ex circueuntibus Iudæis exorcistis super eos qui spiritus malos habebant, nomen Domini I E S V inuocare, dicentes: Adiuro uos per I E S V M quem Paulus

Paulus prædicat. Erant autem quidam Sceueæ Iudæi pontificis filij septem, qui hoc faciebant. Cùm uero respondisset spiritus malus, dixit: I E S V M cognosco, & Paulum scio, uos uero quinam estis: & insiliens in ipsos homo in quo erat spiritus malus, & dominatus ipsis inuauit contra ipsos, ita ut nudi & uulnerati è domo illa esfugerint. Atque hoc notum effectum est Iudæis omnibus & Graecis qui Ephesi hababant, & timor in omnes eos incidit, & nomē Domini I E S V magnificabatur.

Loquitur ipsa cum inquit, exorcistas & adiutoratores, indicat eos non quod credenter in Iesum, immundos spiritus in nomine Iesu adiurasse, sed ut tentarent. Propterea cùm non essent fideles, ut spiritus immundus dicit, impudentiae suæ ac petulantiae poenas citò dederunt. Spiritus enim ipsos redarguit, & fraudem ipsorum manifestauit, mirum in modum indignatus: perinde ac si quis ab inimico in extreua pericula inductus eum conuiceret, uelletq; omnem iram & furorem in ipsum effundere.

Et multi qui crediderant, ueniebant confitentes & annunciatæ actiones suas. Satis item multi ex ijs qui curiosa egerant, contulerunt libros & combusserunt coram omnibus, computaruntq; precia ipsorum, & inuenerunt numerum quinquaginta millia. Ita fortiter uerbum Domini crescebat & pollebat. Vbi uero hac

O

expleta sunt, proposuit Paulus in spiritu, per agrata Macedonia & Achaia in Hierusalem proficisci, dicens: Postea quām illuc uenero, Romanū etiam uidere me oportet. Cumq; duos qui sibi ministrabant, Timotheum & Erastum, in Macedoniam misserit, ipse tempus quoddam commoratus in Asia est. Eo autem tempore de uia non parua orta turbatio est. Quidam enim nomine Demetrius, argentarius artifex, cūm ædes argenteas Dianaæ faceret, quæstum non paruum artificibus exhibuerat. Is cūm eos congregasset, aliosq; huiusmodi rerum opifices, dixit: Viri, scitis facultatem nostram ex hoc quæstu esse, & spectatis & auditis Paulum non Ephesi tantum, sed Asiae ferè totius suadendo multam turbam seduxisse, dum dicit, non esse deos qui manibus facti sunt. Non solum autem periculum est, ne hæc pars nobis in reprobationem ueniat, uerum etiam ne magna dea Diana templum pro nihilo habeatur: futurumq; sit, ut maiestas ipsius quam tota Asia & orbis terrarum colit, etiam destruatur. Cūm vero hæc audiuisserint, & pleni ira essent effecti, clamabant dicentes: Magna Diana Ephesiorum est. Et repleta tota ciuitas est confusione, irrueruntq; unanimiter in theatrum, correpto Caio & Aristarcho Macedonibus, comitibus Pauli. Cūm autem prodire in populum uellet Paulus, discipuli eum non permiserunt. Quidam etiam ex Asiae principibus qui erant ei amici, mittentes

mittentes ad ipsum ne se in theatrum daret, horabantur. Alij igitur aliud quid clama-
bant: erat enim concio confusa, & plerique qua de causa illuc conuenerant, ignorabant. Ex turba autem produxerunt Alexandrum, proponentibus ipsum Iudæis. Alexander uero concussa manu populo reddere rationem uolebat: quem cūm agnouissent Iudæum esse, vox una ex omnibus facta est quasi per horas duas clamantium, Magna est Diana Ephesiorum.

Oportet ut unusquisque fidelis peccata sua manifestet, atque eis se arguendo ita renunciet, ut non amplius committat, quo iustificetur, tu-
cta dictum illud: Dic tu prius peccata, ut iu-
stificeris. Aduertendum autem id quod deinceps sequitur, libros magicos & præstigiosos, licet multo precio estimarentur, quasi utilia multa & curiosa ad uitam hominum pertinen-
tia continerent, eos qui in Christum credide-
runt, minimè uendidisse, sed combusisse, cūm ta-
men alij huiusmodi essent, qui eos sibi libemissi-
me comparassent. Id quod duabus de causis fa-
ctum esse constat: Primum, ne quis pestilentis ac
contagiose eorum doctrinæ particeps fieret: de-
inde, ne ex ea re lucrarentur. Sicut enim ue-
titum est, ne lucrum ex fornicatione acquisi-
tum Deo offeratur: sic ut pecunia ex tali re

Efa. 42

*comparata ad pedes Apostolorum poneretur,
neq; iustum, neq; ulla modo admittendum esse iu-
dicarunt.*

Cum sedasset autem turbam scriba, dixit: Vi
ri Ephesi, quis homo est, qui nesciat Ephesio-
rum ciuitatem cultricem esse magnæ deæ Dia-
næ, & à Ioue lapsi? Cum igitur his contradici
non possit, conuenit uos sedatos esse, & nihil
temere agere. Adduxistis enim uiros hos, qui
neq; sacrilegi sunt, neq; deæ uestræ maledicunt.

Magnam esse Ephesiorū superstitionem ostendit scriba ex eo quod inquit, cultricem esse eam ci-
uitatem & ornaticem templi Diana, & simula-
chri eius quod à Ioue lapsum etiā uocabant, ut po-
te quod de celo cecidisset. Nam omnes uel testam
& ancile de celo à Ioue missum, id est, à Ioue lapsum appellabant, uel statuam que de
celo ceciderat, uel Palladium, quemadmodum
ad terrendos simpliciorum animos Græci fabu-
lantur, quod in celo à Ioue fuisse formatum, non
ab hominibus opinabantur. Potest etiam hic dio-
nitus, id est, à Ioue lapsum, templum Iouis intelli-
gi, quasi conuexum & rotundum dicat. Vel scel-
lum aliud apud ipsos ita nominabatur. Cum ue-
rò inquit cultricem, id est, vnuigov, & edituam qua-
si templi ministram intelligit: λογέν enim uerrere
& mundare significat, unde fit νυνος, ὁ τὸν νινού
λογέν, id est, qui templum mundat atq; exornat.

Quod

Quod si Demetrius & qui cum ipso sunt ar-
tifices, aduersus aliquem causam habent, foren-
ses aguntur, & proconsules sunt, accusent se
mutuo. Si uero aliquid de alijs inquiritur, in le-
gitima concione dissoluetur. Nam periclitam-
ur, ne seditionis hodiernæ accusemum, cum
nulla causa sit, de qua concursus istius reddere
rationem possimus. Et cum haec dixisset, dimi-
xit concionem.

Genus erat iudicum in Asia uile, qui ἀρραῖοι,
id est, forenses aut vulgares appellabantur, qui
pauperum & plebeorum hominum lites iudica-
bant: quemadmodum in urbibus quibusdam sunt,
quos in Asia, id est, uindices uocant. Proconsules
enim diuitium causas & grauiores audiebant. Di-
cuntur etiam ἀρραῖοι, id est, forenses seu circufo-
ranei causidici, ab eo quod ἀρράξσοι, id est, dicunt
causas & concionantur.

De Pauli peregrinatione in Græciam & Macedonia,
Euthycus à Paulo suscitatur: item in Assum, Mi-
tylenem, Samum, Miletum, quid aduocatos
seniores Ephesi Paulus confirmat.
Caput XX.

Posteaquam sedatus fuerat tumultus, cum
aduocasset Paulus discipulos & salutasset, exiit
ut in Macedoniam proficeretur. Cumq; eas
partes pertransisset, eosq; multo sermone fuis-
set adhortatus, in Græciam uenit: cumq; ibi tres

menses mansisset, insidijs ipsi à Iudeis factis nauigatuero in Syriam, consilium initum est re uertendi per Macedoniam: consequutusq; ipsum est usque in Asiam Sopater Berrhoeensis, & Aristarchus & Secundus ex Thessalonicensibus, & Caius Derbæus, & Timotheus: Asia ni autem Thychicus & Trophimus. Hi pro gressi in Troade nos expectarunt. Nos autem post dies Azymorum à Philippis ab nauigauimus, & ad ipsos in Troadem diebus quinque peruenimus, ubi morati septem dies fuimus. Vna autem sabbatorum cùm congregari ad frangendum panem essent discipuli, dissere bar ipsi Paulus discessurus in crastinum, & usque ad medium noctem sermonem produxit. Erant autem faces multæ in cenaculo ubi erant congregati. Iuuenis autem quidam Eutychius nomine in fenestra sedens cùm profundo somno oprimeretur, dissidente Paulo magis oppressus deorsum è tertia contignatione decidit, & sublatus est mortuus. Cùm autem descendisset Paulus, incubuit super eum, & complexus dixit: Ne trepidetis, anima enim eius in ipso est. Cumq; surrexisse, & fregisset panem, & gustasset, multumq; alloquutus ul que ad lucem, ita egressus est. Duxerunt autem puerum uiuentem, & consolati sunt, non mediocriter. Nos autem progesi ad naugium, soluimus in Assum, inde assumpturi Paulum: sic enim constituerat, ipse per terram iter facturus. Vbi uero in Assum nosis occur

rit,

tit, assumpto ipso uenimus Mitylenem: atque inde nauigantes sequenti die contra Chium deuenimus, & altero die Samum appulimus: & cùm manfissemus Trogillij, sequenti die ue nimus Miletum. Decreuerat enim Paulus Ephesum præternauigare, ne sibi eueniaret ut mom trahere in Asia cogeretur: festinabat enim, ut si fieri ipsi posset, ad diem pentecostes Hierosolymis adesset.

Aliorum qui comitabantur Paulum, patrias etiam unde erant, exponit, quò notiores inde eos faciat. Timotheum uero solo nomine con tenus appellauit, tum quia ipse ex moribus & uirtute satis erat notus, tum quòd superius patriæ eius mentionem fecerat, ubi inquit: Deuenit autem Derben & Lystram, & ecce discipulus quidam erat illic Timotheus nomine. Sed si Derbæus hic geniale nomen est & non proprium, nunc quoque patriæ eius fortasse mentionem fecit. Suprà 16

A Mileto autē cùm misisset Ephesum, presbyteros ecclesiæ accersiuit: ubi autem accesserunt, ipsis dixit: Vos scitis à primo die ex quo ingressus in Asiam sum, quomodo uobisum omne tempus uersatus sim, Domino seruiens cum omni humilitate, & multis lachrymis & tentationibus, quæ mihi ex insidijs Iudeo-

rum contingebant: quomodo nihil ex utilibus suppresserim, quin annunciarim uobis, & docuerim uos publicè, & per singulas domos, testificans & Iudæis & Græcis pœnitentiam in Deum, & fidem in Dominum nostrum IE-SVM Christum.

Quoniam plerosq; noui testamenti & episcopos presbyteros, & presbyteros episcopos nominandi latet consuetudo, tum ex hoc loco, tum ex epistola ad Titum, necnon ad Philippenses, & ex priore ad Timotheum animaduerti id maxime potest. Hinc sanè, propterea quod cùm dicat, A Miletio cùm misisset Ephesum, presbyteros ecclesiæ accersuit, & non, episcopos: postea subiungit,

Titum. 1 In quo uos spiritus sanctus ad pascendam ecclesiam episcopos constituit. Ex epistola uero ad Titum hoc percipimus cùm inquit: Constitues per singulas urbes episcopos, quemadmodum ego ti-

Phil. 1 bi ordinaui. Ex epistola ad Philippenses: Qui

sunt Philippis cum episcopis & diaconis. Existi-

2. Tim. 3 mo autem ex priore quoque ad Timotheum idem colligi optime posse. Si quis enim, inquit, episco- patum appetit, bonum opus cupit. Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse. Et paulò

2. Tim. 5 post: Vidua diligatur non minor natu quam sexa genaria. Regula enim hic est ecclesiæ, quæ qualis esse is debeat, præscribit. Cùm uero inquit, Cum

omni humilitate, &c. doctrinæ modum ostendit,

in qua

in qua sine illa inuidia, sine illa detrectatione & tarditate, & cum affectu & misericordia rem exequutus est: afficiebatur enim tam pro ijs qui peribant, quam pro ijs qui perdebant. Et cum multæ sint humilitatis species, ipse in omni humilitate se geñisse ait, tam in uerbis, quam in re: tam apud principes, quam apud subditos. Cùm uero ait, Nihil ex utilibus & ex ijs quæ ipsis conferebant, subticuisse, ostendit nonnulla esse etiam quæ eos adhuc scire non oportebat. Nam sicut occultare aliqua, inuidia: ita omnia manifestare, stultitia uidetur. Propterea addidit, ex utilibus se nihil non modo non tacuisse, uerum etiam docuisse.

Et nunc ecce ego uinctus, spiritu in Hierusalem proficiscor, quæ mihi ibi occursura finit, ignorans: nisi quod spiritus sanctus per singulas urbes testatur dicens, uincula me & afflictiones manere. Sed nullius rei habeo rationem, neq; anima meam habeo preciosam mihi ipsi, dummodo consummem cursum meum cum gaudio, & ministerium quod à Domino IE-SV accepi, ut testificer euangelium gratia Dei. Et nunc ecce ego noui non amplius faciem mea uos omnes esse uisuros, inter quos traxi predicans regnum Dei.

Hic post uinctus, sub distinguendum est, ut sensus sit talis: Hierusalem proficiscor per spiritum uentura prænoscens: proficiscor autem um-

ctus. Et deinde ne quis vinculis & necessitate coetum eum ire opinaretur, utq; ostendat se sponte abire, subiungit: Nisi quod spiritus testatur, per singulas urbes vincula me & afflictiones manere.

Quocirca testor uobis in hodierno die, munatum me esse à sanguine omniū: non enim subiiciui uobis, quin omne cōsiliū Dei annūciarim.

Mundus sum, inquit, à sanguine omniū, si dormitantes ab imperfectore animarum fueritis occisi. Quod magistri enim erat munus, exequutus sum, dum consilium Dei uobis annunciarim. Si enī igitur si non dixisset, sanguinis, id est, cēdūs ipsorum reus esset: sic ipsos quoq; ostendit proprij sanguinis reos futuros, si quæ didicerunt, nō fecerint. Atq; ita in terrorem inducit.

Attendite igitur uobis ipsis & toti gregi, in quo spiritus sanctus uos ad pascendā ecclesiam Dei episcopos constituit, quam proprio sanguine acquisiuit. Ego hoc scio, post discessum meum lupos rapaces ingressuras esse ad uos, qui non parcent gregi: & ex uobis ipsis surrecturos esse uiros qui loquentur peruersa, ut discipulos post se auellant. Propterea uigilate, memoria tenentes me per triennium nocte & die non cessasse cum lachrymis unumquenq; uestrum monere. Et in præsentia fratres commenduo uos Deo, & uerbo gratia eius, quod superadficare, & dare uobis hereditatem inter sanctificatos omnes potest.

Duo mandat ut faciant magistri: quippe cū neq; efficere tantum ut alij recte agant, utile sit: neque sui tantum curam habere neglegatis cæteris, conueniat: qui enim ita facit, sui amator est, ac uituperatur. Aduertendum autem, quos superius presbyteros uocauerat, eos hic episcopos appellasse, uel ab ἀποστολῇ, quod est inspicere & explorare, propterea quod uidelicet neceſſe est ut presbyteri ecclesiæ rationalem gregem inspiciat & explorent, nunquis agrotet, nunquis esuriat aut fistulat in fide: nunquis item reprehensione & conuersione indigeat. Vel etiam episcopos hic uocatoeos, qui episcopi reuera sunt.

Argentum & aurum aut indumentum nullus appetui, sed ipsi scitis necessitatibus meis & eorum qui tecum erant, has manus ministrasse. Omnia exemplo ostendi uobis, ita laborando oportere infirmis auxiliari: meminisseq; uerborum Domini I E S V, quod ipse dixerit: Beatum est dare magis, quam accipere. Et cū hæc dixisset, positis genibus suis cum omnibus ipsis preces effudit. Magnus autem flerus omnium factus est, & iniecti ad collum Pauli deosculabatur ipsum, dolentes maximè ob id quod dixerat, ipsos non amplius faciem eius esse inspecturos. & deducebant eum ad nauigium.

Radicem malorum, id est, auaritiam penitus tollit. Non enim inquit, non accepi, sed, ne appetui

riui quidem. Deinde ostendit, ueram eleemosynā indigentibus ex propriis laboribus fieri debere: quippe cū ex alienis dare honestum nō sit. Atq; ad confirmationem huius dictum Domini adducit, quod tamen nunc in scriptura non inuenitur. Quanquam fortasse uel id sine scriptura tradiderunt Apostoli: uel sicut colligere quispiam posset, per alia uerba idem tamen significantia dictum fuit. Non autem dicit malum esse accipere & distribuere, sed melius non accipere: quippe cū affectum id erga infirmos p̄ se ferat. Primus igitur gradus est, sua ipsis proiecere. Secundus, sibi ipsis suppeditare. Tertius, etiam alijs. Quartus, cū quis prædicat ita ut accipiendi potestatem habeat, non accipere: is enim in opibus ac nihil possidentibus longe melior est.

De nauigatione Pauli ē Miletio in Cæsaream usq; Pa-
lestine, ubi Agabus Paulo comprehensionem in
Hierusalem prophetat: de profecione Pauli
in Hierusalem, ubi ab Iacobo monetur,
ut purificetur: de tumultu concitato
to à Iudeis in Hierusalem, &
comprehensione Pauli.

Cap. XXI.

Vbi autem effectum est, ut abstracti ab ipsis solueremus, recto cursu usi Coum uenimus, & sequenti die Rhodum, inde Patara. Cumq; inuenissemus nauigium quod transfretabat in Phœnici-

Phœniciam, id inscidentes soluimus. Cumq; apparuisset nobis Cyprus, ea ad sinistram relieta in Syriā nauigauimus, in Tyrumq; appuli mus: illuc enim nauis merces erat exoneratura.

Quod inquit, huiusmodi est: Cūm non inuenissemus nauigium quod in Cæsaream iret, sed in Phœnicem, id ascendimus: & cūm nauigaremus, Cyprus omisimus & Syriam. Nam cūm inquit, ea ad sinistram relicta, nō temere dictum est: sed ut significet, ne prope quidem Syriam eos ire studeisse. Venerunt igitur in Lyciam, & omissa Cypro in Tyrum appulerunt, ubi nauigium onus exponebat.

Inuentis autem discipulis, illic dies septem sumus commorati: qui Paulo per spiritum dicebant, ne in Hierusalem ascenderet.

Non inquit per spiritum eos Paulo consuluis-
se, sed cūm per spiritum cognouissent. Non enim
ipsi pericula prædicebant, sed ne Hierosolyma
adiret, saluti eius consulentes monebant.

Quando uero effectum est ut perfecerimus dies, egredi ibamus omnibus nos deducenti-
bus cum mulieribus & filiis usq; extra urbem,
& positis genibus in littore orauimus: & mu-
tua salutatione facta, nauigium inscendimus,
& illi ad propria redierunt. Nos uero absolute
nauigatione à Tyro in Ptolemaidem deueni-
mus, & salutatis fratribus uno die apud ipsos
mansii-

mansimus. Sequenti autem qui cum Paulo erant, Cæsaream uenerunt, & ingressi in domum Philippi euangelistæ, qui erat unus ex septem, apud ipsum mansimus.

Perfecerimus dies, id est, absoluuerimus et expleuerimus: posteaquam enim constitutos dies expleuimus, id est, post azyma, in Ptolemaidem uenimus.

Huic erant filiæ uirgines quatuor, quæ prophetabant. Cumq; nos plures dies ibi commoraremur, aduenit quidam à Iudæa propheta nomine Agabus: qui cum ad nos accessisset, cingulo Pauli sumpto, ligatisq; eo sibi manibus et pedibus, dixit: Hæc spiritus sanctus dicit: Virū cuius est hoc cingulum, Iudæi in Hierusalem ita ligabunt, & in manus gentiū tradent. Quæ cùm audiuissemus, hortabamur & nos, & qui loci illius erant, ne in Hierusalem ascenderet. Responditq; Paulus, quid facitis flentes, & cor meum affligentes? Ego enim non solum uinciri, uerum etiam mori in Hierusalem pro nomine Domini IE 8 V promptus sum. Cumq; ipse non obtemperaret, quieuimus dicentes: Voluntas Domini fiat.

Aduertendum, Philippum qui erat diaconus, filias habuisse: ut ei etiam qui nuptias fuisse expertus, fungi ministerio diaconi tunc licuisse uideatur. Aduerte etiam, filias has eius prophetantes uirgines fuisse: et quia uirginitatem ob reliquias

gionem maximè seruarunt, dignas prophetia habitas fuisse. Perspicuum enim est, uirginitatem ipsas quoque præcipuo studio excoluisse. Nam si id non esset, scriptor uirgines eas fuisse, sibi non esse addendum censuisset.

Post dies autem hos sumptis sarcinis in Hierusalem ascendebamus. Simulq; nobiscum uenerunt etiam ex discipulis è Cæsarea, adducentes secum Mnasonem quendam Cyprium ueterem discipulum, apud quem hospitati fueramus. Cùm uero in Hierosolyma uenisssemus, libenter fratres nos admiserunt. Sequenti autem die Paulus nobiscum ad Iacobū est ingressus, omnesq; accesserunt presbyteri: quibus ille salutatis, sigillatim cuncta exposuit, quæ per ministerium eius Deus inter Gentes fecerat. Quæ cùm illi audiuissent, Dominum glorificarunt, dixeruntq; ipsi: Vides frater quot millia Iudeorum sunt qui crediderunt? & omnes amulatores legis sunt. Instructi autem de te sunt, quod defectionem à Moze omnes qui inter Gentes sunt, Iudeos doceas, ne filios circuicidant suos, ne ue in consuetudinibus ambulent. Quid igitur est: conuenire multitudinem prorsus necesse est: te enim uenisse audient.

Sumptis sarcinis, quod græcè dicitur ἵπποναντα, id est, uatico et rebus ad iter necessarijs instructi. Cum uero inquiūt, Vides frater et c. qui cum Iacobo erant, cōsulunt, nō præcipiunt et mandant:

mandant: unde etiam ipsi persuadent. Concessio enim hæc est consensio, qua Paulus in purificazione hac ad multorum infirmitatem sese accommodat ac demittit, dispensationis est, non institutionis: unde non est prædicationis abrogatio, sed dispensatio. Qui enim Hierosolymis crediderant Iudei, adhuc legis consuetudines seruandas sibi esse existimabant.

Hoc igitur facito, quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor, qui in se uotum habent his assumptis purificeris cum ipsis, & expende in ipsis ut radant caput, & cognoscant omnes nihil esse ex ijs quæ de te audiuerunt, sed te etiam ambulare seruantem legem. De Gentibus uero quæ crediderunt, nos scripsimus, iudicantes ut nihil tale ipsis obseruent, nisi quod idolis immolatum fuerit, & sanguinem, & fornicationē caueant. Tunc Paulus assumptis uiris sequenti die cum ipsis purificatus in templum ingressus est, expletionem dierum purificationis annuncians, quoad pro unoquoc̄ ipsis offeretur oblatio. Cum uero septem dies completerentur, Iudei qui ex Asia erant intuiti ipsum in templo totam turbam confuderunt, manusq; in ipsis iniecerunt, clamantes: Viri Israelitæ omnipotentes. Hic est homo ille qui cōtra populum & legem & locum hunc ubiq; omnes docet: & præterea Grecos etiam in templum introduxit, & sanctum locum hunc communicauit. Vide-

rant

rant enim Trophimū Ephesium in urbe cum ipso, quem in templum Paulum introduxisse existimabant. Cōmoraq; est tota ciuitas, & cursus populi factus est: & apprehensum Paulum extra templum trahebant, & statim clausæ ianæ sunt. Cum uero quærerent eum intersecere, rumor ad tribunum cohortis uenit, totam conturbaram esse Hierusalem: qui confessim⁹ assumptis militibus & ceterionibus ad ipsos cōcurrit, at illi uiso tribuno & militibus, uerberare Paulum destitere. Cum uero appropinquaſset tribunus, ipsum apprehendit, iussitq; uinciri, riduabus catenis, & interrogabat quisnā esset, & quid fecisset. Alij autem aliud quid clamaabant in turba: unde cum ob tumultum, certum cognoscere non posset, deduci in castra ipsum iussit.

Consulunt, ut re non uerbis defensionem sui faciat, se cum ipsis purificando. Tu, inquit, in ipsis expēde, id est, sacrificia quæ secundum legem pro ipsis offerri cōsueuerunt, tu exhibeas, ut suspicionem omnem tollas, et te non modō non docere quæ sint præter legem, uerum etiam quæ à legi iubentur, seruare ostendas. Ne autem posset dicere, At si Gentes hoc rescierint, scandalum patientur, atq; offendetur, subiungunt: De gentibus uero quæ crediderunt: id est, quantum ad Gentes quæ crediderunt spectat, nos scripsimus ne tale quippiam seruent. Quemadmodum igitur nos,

P

licet Iudeis prædicemus, Gentibus ita mandamus: sic tu etiam quamvis Gentibus prædices, nobis consentias: consensio enim hæc est, & ad aliorum infirmitatem desensio: nihil suspiceris. Ut Hierosolymis præterea hoc fiat, tolerabile est. Hic igitur hoc facito, ut illud alibi facere tibi postea liceat. Atq[ue] ita paruit ipsis Paulus, & raus est, & Iudaica omnia absoluit.

Cum uero uenisset ad gradus, contigit ut à militibus ob vim turbę gestaretur. Sequebatur enim multitudo populi, clamans: Tolle ipsum.

Iodn. 19 Mos Iudeis est, ut hac uoce contra iustos utantur, quemadmodum etiam contra Dominum ferunt, ut clament scilicet, Tolle ipsum, id est, aufer ē numero uiuentium ipsum. Alij uero hoc alio modo intelligendum censem, ut cum dicunt, tolle, illud significetur, quod apud nos Romana consuetudine dicitur, in signis ipsum iniice, ac prefige.

Cumq[ue] iam in castra esset introducēdus Paulus, tribuno dicit: Licet' ne mihi loqui ad te! Ille uero inquit: Græcè nosti? Nonne tu es Aegyptius ille, qui ante hos dies euertisti, atq[ue] in desertū quatuor millia uirorū sicariorū eduxisti?

Hic Aegyptius homo quidam erat seditionis, & impostor, & præstigiator: quem diabolus ut mira inter Iudeos prodigia faceret, ea de causa excitauerat, ut Paulus quoque eisdem quibus ille criminibus

criminibus obnoxius esse uideretur. Quemadmodum etiam Christi temporibus Theudam & Iudam Galilæu. Cum uero dixisset tribunus, Nonne tu es Aegyptius? statim ipsum Paulus ab hac suspicione liberat, cum & gentem et religionem suam exponat. Nam alibi quoq[ue] se legitimū Christi discipulum uocat. Sic autem latrones dicuntur, qui incuruis gladijs acinacibus Persarum magnitudine similibus uti conſueuerunt, qui sicut à Romanis nominantur: unde qui his instructi latrocinantur, dicitur sicarii sunt. Alij nomen sectæ apud Iudeos esse hoc opinantur: tres enim præcipuae apud Iudeos sunt, Phariseorum, Sadducæorum, & Essenorū. Hi sanctiorem uitam traducebant, cum se mutuo amore prosequerentur, & essent continentes: unde Esseni etiam, id est, sancti fuerunt appellati: quos Sicarios quoq[ue], id est emulatores uocatos suisse nonnulli afferunt.

Dixit autem Paulus: Ego homo sum Iudeus Tar-sensis, non obscuræ ciuitatis Ciliciae ciuis. Rogo autem te, permitte mihi ad populum loqui. Cum uero ille permisisset, Paulus stans in gradibus manu indixit ad populū, & magno si-lentiō effecto Hebraica lingua locutus est, dicēs.

Quomodo inquit Paulus se esse Iudeum Tar-sensem, ex paulo pōst se Romanum fatetur? cum non in alio tempore, sed eodem hæc utraq[ue] dicat, & apud eosdem auditores? Cumq[ue] præterea ubi

*Suprà 17 dixisset, Hominem' ne Romanum et incondemna
Infrà 22 tum licet uobis cædere: et tribunus interrogasset,*

*nunquid tu Romanus esse esse Romanum confir-
marit, neq; id simpliciter, sed se etiam esse natum
Romanū afferuerit, ita ut ex hoc maximè uerum
eum dixisse perspicuum sit. Nam si alio tempore
se Tarsensem, alio Romanū appellasset: aut apud
alios auditores hoc, apud alios illud dixisset, pos-
set aliquis probabiliter fortasse existimare, eum
se Romanum finxisse, quo apud præsentes Tarsen-
sis esse non agnosceretur. Sed cum se Tarsensem
uocasset, nisi quāmmaxime ueritatis sibi ipsi fui-
set conscientius, nunquam apud eosdem se Romanum
appellare ausus fuisse, præsertim cum esset uerbe-
randus. Perspicuum enim est, si mentitus fuisse,
eum non solum se mentiendo uerberibus liberatu-
rum fuisse, uerum etiam grauiorem pœnam sibi
redditurum: præterquam quod Iudeorum aduer-
sus se calumniar, quod esset impostor, mendax et
præstigiator, comprobasset, quas maxime om-
niū refellere ac reprobare nitebatur. Adde, quod
nisi eum esse Romanum fuisse confirmatum, tri-
bunus neq; uerberare ipsum destitisset, neq; insi-
dis appetitum à Iudeis diligenter eripuisse, ne-
que de ipso ad Felicem scriptisset, quod Romanus
esset, seq; eum utpote Romanum hominem à Iu-
deorum insidijs eripuisse. Iudei præterea qui fal-
sa etiam aduersus ipsum crimina confingebant,*
nunquam

*nunquam si fuisse mentitus se Romanum appel-
lando, occasionem hanc præteriisse: sed ex hoc
ipso mendacio calumniādi locum nacti, uisi fui-
scent de reliquis etiam uerum dixisse. Sed quo pa-
do fieri potest, ut et Tarsensis et Romanus
fuerit? Audi Philippenses, quando Paulum et Si Suprà 26
lam in forum ad magistratus traxerunt, postea-
quam Pythonē spiritum ē puella eiecerant, quid
inquiunt? Hi homines ciuitatem nostram contur-
bant, Iudei cum sint, et annunciant consuetudi-
nes, quas nobis cum simus Romani, neq; admit-
tere licet, neq; facere. Vides Philippenses se Ro-
manos appellare? Ita igitur nihil uerat, quo mi-
nus Paulus et Tarsensis fuerit, et Romanus. Nā
quia præclarum uidebatur cum quis Romanus
uocabatur, et præstamus quid quantum ad glo-
riam attinet, consequitus esse existimabatur: mul-
ti et publicē per singulas ciuitates, et priuatim
per singulos uicos dabant operam, ut hanc sibi
appellationem compararent. Atq; ita efficieba-
tur, ut à patria quidē unusquisq; que ipsum pro-
tulerat, nuncuparetur, quo unde esset natus, si-
gnificaret: Romanus uero uocaretur, ut nomine
et dignitatem præ se ferret. Sic igitur et Paulus
cum ipsum ignominia et uerberibus erant affe-
cturi, nomen hoc prætedit, quo ipsos terrefaciat,
et a facinore huiusmodi cohibeat. Ceterum in-
quiunt: Ut hæc concedamus, qui fieri potest ut*

*& Tarsi genitus sit Paulus, & Romæ? Nam ut
Tarsi fuerit natus, & vocetur Romanus, huius-
modi nomine honoris & dignitatis causa sibi ac-
quisito, esse posse demonstratum est: natus uero
esse & Tarsi & Romæ quo pacto potest? Sed ubi*

*Infrā 22 inquit Paulus se Romæ esse natum? Ibidem sane,
inquiunt. Nam cum tribunus dicat, Multa sum-
ma ciuitatem hanc mihi comparaui: Paulus ait,
Ego uero & natus sum. Sed quid ad rem hoc?
non enim dixit, Romæ natus sum: sed cum tribu-
nus, Multa summa pecuniarum hanc ciuitatem
mihi comparaui, non Romam, sed Romanam ci-
uitatem: subiungit ipse, Ego & natus sum, non
Romæ sane (neque enim id dixerat tribunus) sed
in Romana ciuitate, Romanoq[ue] honore, quem
tribunus se dicebat comparasse. At uero instant
isti: Quo pacto natus in Romana ciuitate est,
si Romæ natus non est? Hac uidelicet ratione,
quod cum pater eius honorem hunc adeptus fuisset,
eoq[ue] esset nobilis & clarus effectus, Paulus in
ea patris ciuitate & honore est natus. Inquit
igitur, Ego autem & natus sum: id est, tu di-
gnitatem hanc recentem habes, quippe
cum eam tibi ipse acquisueris,
ego in paterno honore ac
gloria natus sum.*

De

*Deoratione Pauli ad Iudeos, ubi de uocatione sui &
uisione agit, qua admonitus à Deo est, ut Hiero-
solyma proficeretur: ob quod cum
cedendus esset, se ciuem esse Ro-
manum dicens, liberatus
est. Cap. XXII.*

*Vtri fratres & patres, defensionē meam apud
uos audite. Cum uero audiuerint eum Hebreæ
lingua ad ipsos loqui, maius silentium præ-
stiterunt. Et inquit: Ego sum uir Iudeus Tar-
si Ciliciæ natus, in hac uero ciuitate ad pedes
Gamalielis educatus, eruditus iuxta exactam
rationem patriæ legis, æmulator Dei, non se-
cūs atq[ue] omnes uos estis hodie: qui uiam hanc
usque ad mortem persequatus sum, cum ligare
& in custodiā traderem viros & mulie-
res, ut & pontifex & totum presbyterium mihi testificatur: à quibus & epistolis acceptis ad
fratres Damascum proficisciabar, ut eos etiam
qui illic erant, uiuetos in Hierusalem ducerem,
ut punirentur. Contigit autem mihi dum iter
facerem & appropinquarem Damasco, ut circa
meridiem repente lux multa circum me cir-
cunfulserit, cecidiq[ue] in terram, & audiui uo-
cem dicentem mihi: Saul Saul quid me perse-
queris. Ego autem respondi: Quis es Domi-
ne? Et ad me dixit: Ego sum IESVS Nazare-
nus, quem tu persequeris. Qui autem meū e-
rant, lumen quidē uiderunt, & pauefacti sunt,
uocem tamen non audiuerunt eius qui ad me*

Suprà 8

loquebatur. Et dixi: Quid faciam Domine? Dominus autem ad me: Surgens Damascum perge, & illic dicerur tibi de omnibus, quae te facere constitutum est. Cum autem ex gloria luminis non uiderem, manu deductus ab ijs qui mecum erant, Damascum perueni. Ananias uero uit quidam pius, secundum legem, ab omnibus qui illic habitabant Iudeis testimonio comprobatus, cum ad me uenisset, & adstisset, dixit mihi: Saul frater, respice: & ego ea hora in ipsum respexi. Et ipse dixit: Deus patrum nostrorum preparauit te, ut uoluntatem eius cognoscas & uideas iustum, & uocem ex ore eius audias: quia eris testis ipsi apud omnes homines, eorum quae uidisti & audiisti. Et nunc quid cunctaristis surge & baptizare, & inuocato nomine Domini peccata tua ablue. Effectum est autem, ut cum reuersus essem in Hierusalem, & in templo orarem, in excessum mentis euaserim, & uiderim ipsum dicentem mihi: Festina & egredere celeriter ex Hierusalem, propterea quod testimoniū tuum de me non admittent. Et ego dixi: Domine, ipsi sciunt me esse eum qui credentes in te per synagogas in carcerem intrudebam, & cædebam: & qui quando sanguis Stephani testis tui effundebatur, adstans & consentiens interfectioni eius, pallia eorum qui ipsum interficiebat, custodiebam. Et dixit ad me: Vade, quoniam ego procul te in Gentes mittam. Audiebant autem ipsum usque ad hoc uerbum, & uocem sustulerunt, dicentes: Tolle de terra huīusmodi

Suprà 7

iusmodi hominem: non enim eum uiuere conuenit. Clamatis uero ipsis & prouidentibus pallia, & puluerem in aërem excitantibus, iussit eum tribunus in castra induci, ut flagellis examinaretur, quod cognosceret, quā ob causam ita ipsi acclamassent. Vbi uero prætendit ipsum loris, ad adstantem centurionem dixit Paulus: Hominem ne Romanum, & incondemnatū, flagris cædere uobis licet? Quod cum audiuisset centurio, accedens tribuno annunciauit, dicens: Vide quid facturus sis: homo enim hic Romanus est. Cum uero tribunus accessisset, dixit ipsi: Dic mihi, Romanus ne es tu? Ipse autem dixit: Sanè. Respōditq[ue] tribunus: Ego multa summa ciuitatem hanc comparaui. Paulus uero dixit: Ego autem & natus sum. Statim igitur ab eo recesserunt, qui ipsum erant examinaturi, & tribunus quoq[ue] timuit, cum & eum esse Romanum nouisset, & se eum uinxisse consideraret. Et postero die cum scire certum ueller, quid esset, cuius accusaretur à Iudeis, soluit ipsum à uinculis, & pontifices & totum cōciliū ipsorum uenire ad se iussit, & cum Paulum produxisset, apud ipsos statuit.

Non mentitus est Paulus cum uocarit se Romanum, licet quemadmodum ipse paulo ante dixit, Iudeus esset. Tempore enim Adriani contigit, ut omnes Romani efficerentur. Magne enim cure erant alijs, ij qui tunc digni habiti fuerant ut Romani appellarentur. Hoc autem inquit, ne

Suprà 21

flagris cæsus contemnatur. Nam si flagellassent, rem ulterius etiā progredi permisissent, ipsumq; forsitan interfecissent. Tunc autē si non ob altū, ob id saltem non solum non cæciderunt, uerū etiam absoluerunt. Significat autem Paulus, patrem suum Romanum fuisse. Cum enim antequam genitus fuisset Paulus, in ditionem Romanorum redacta esset Cilicia, neceſſe fuit ut ipse etiam qui sub ipsis erat, Romanus esset. Tunc autem iuxta prophetiam in Hierusalem est uinctus. Quid igitur postea fit? Solutum ipsum tribunus ad Iudeos producit: non enim mentitus fuerat, cum se esse Romanum diceret: timuit enim, inquit, tribunus, ubi eum Romanum esse, id est, ex honorifice & nobili genere esse cognouit.

De loquutione Pauli in concilio Iudeorum: de quadraginta uirorum coniuratione, ut ipsum occiderent: & de indicatione eius ad Lysiam: de transmissione Pauli ad Fe

licem præsidem in Cæsaream.

Caput XXIII.

Cum intente autem in concilium ipsorum inspiceret, dixit: Viri fratres, ego omni conscientia bona usq; ad hunc diem ante Deum conuersatus sum. Pontifex uero Ananias adstantibus mandauit, ut os ipsi percuterent. Tunc Paulus ad ipsum dixit: Verberaturus te est Deus paries albate: & tu sedes iudicans me secundum legem,

APOST. CAP. XXIII. 235

gem, & præter legem uerberari me iubes? Qui adstabant aut, dixerūt: Pontifici Dei cōuiciaris?

Dignum inquisitione est, quomodo cum ipse 1. Cor. 4 alibi dicat: Conuicijs affecti benedicimus, maledicti bene precamur: hic contrarium facit, & non conuiciatur tantum, uermetiam execratur. Dicimus uerba hæc liberam loquitionem, & fiduciam magis quam iram præ se ferre: non enim uolebat tribuno contēnendus uideri. Nam cum ipse flagris cædere eum abstinuerit, si postea ita ignorabiliter à Iudeorum seruis uerberari se permisisset Paulus, audacior contra ipsum fuisset effectus. Hoc autem non ad seruum refert, ut nonnulli putant, sed ad eum ipsum qui imperauerat. Vnde statim se excusat, cum inquit:

Nō nouerā fratres eum esse pontificē: scriptū Exo. 22 enim est, Principi populi tui ne maledixeris.

Cum enim sciret iram etiam iustum obuelandam, & indignationem iustum obtegendarū esse, quasi eum penituerit, dicit, Non noueram eum esse pontificem, quāuis sciret: dixerat enim prius, Et tu sedes iudicans me secundum legem, &c. certum simulat ignorationem, quæ tamen non laedit, sed edificat: possumus enim interdum ita simulatione ex dispensatione uti, ut maiorem uim quam libera & uera loquutio habeat. Sicut enim sepe libera & uera loquutio importune adhibita ueritatē offendit, ita opportuna ex dispensatione

tione simulatio propositum finem affequitur. Ali qui sunt tamen qui dicant, ignorasse tunc Paulū, quippe qui multo pōst tempore illuc rediisset, et diu cum Iudeis non fuisset uersatus, eumq; inter multos alios commixtum uideret. Cū enim multi essent et diuersi circum circa, facile siebat ut pontifex non agnosceretur. Vnde quasi uera accusatio sit, se excusat, et subiungit: Principi populi tui ne maledixeris.

Cū uero nosset Paulus unam partem esse Sadducorū, alteram Phariseorum, clamauit in concilio: Viri fratres, ego Phariseus sum, filius Pharisei: de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. Cū autem ipse hoc dixisset, Phariseorum & Sadducorū facta seditio est, & diuisa est multitudo.

Rursus humanum in morem loquitur, et non ubiq; gratiam affequitur. Volebat enim multitudinem que contra se male consentiebat, scindere, et in dissensionem inducere. Ac neq; hic quidem quicquam mentitur: Phariseus enim à maioribus reuera erat.

Mat. 22 Sadducæi enim non esse resurrectionem dicunt, neq; angelum, neq; spiritum: Pharisei autem utraq; confitentur. Factus autem clamor magnus est, et cū surrexisserint scribæ ē factio ne Phariseorum, decertabant dicentes: Nihil malii in homine hoc inuenimus.

Saddu-

Sadducei cū tardi quidam et crassa minerua homines essent, fortasse neq; Deum esse intelligebant: unde neque credere esse resurrectionem uolebant. Pharisei autem utraque concedebant. Sed cū tria dixerit, quomodo Vtraque, subiungit: Quia uidelicet spiritum et angelum in unum reducit. Dicere etiam possumus, Vtraque, hic pō suisse non de duobus, sicut propriè significat, sed de tribus, impropriè. Non enim simplicium et illiteratorum pescatorum scripta ad exactam et exquisitam loquutionis proprietatem redigenda sunt.

Quod si spiritus loquutus ipsi est, aut angelus, ne pugnemus aduersus Deum. Cumq; magna seditio esset facta, ueritus tribunus ne ab ipsis Paulus discerperetur, descendere exercitū iussit, & è medio illorum ipsum rapere, & duce rein castra. Sequēti uero nocte assistens ei Dominus, dixit: Bono sis animo Paule. Sicut enim testatus es de me in Hierusalē, ita te etiam Romæ testificari oportet.

Nonnulla exemplaria non habent, ne pugnemus aduersus Deum, sed tantum, quod si spiritus loquutus ipsi est, aut angelus. Quod si admittimus, duobus modis intelligi poterit. Vel enim deerit uerbum aliquod ad integrum sensum, hoc pacto: Quod si spiritus loquutus ipsi est, aut angelus, incertum est. Vel tanquam ex Phariseis uerbum

uerbū est subintelligendū, in hunc modū: Quid si spiritus loquutus ipſi eſt, aut angelus, id eſt, quid si hic de resurrectiōe loquitur, eū uel à ſpiritū ſancto, uel ab angelo inſtructū id facere perſpicuū eſt

Orto autem die cūm ſe quidam Iudæi collegiſſent, deuouerunt ſeipſos, dicentes ſe neq; co-
meturos, neq; bibituros eſſe, quoad Paulum interficerent. Erant autem plures quam quadraginta, qui hanc coniurationem fecerant: iſi cūm ad pontifices & presbyteros accessiſſent, dixerunt: Deuotione deuouimus nos nihil guſtu-
ros, quo uſq; Paulum occiderimus. Nunc igitur uos indicate tribuno & concilio, ut cras iſum ad nos producat, quaſi de ipſo diligenter rem ſimus diſquiſiſturi: nos autē antequām appropinquare, interficere iſum parati ſumus. Auditis uero filius ſororis Pauli inſidijs accessit, in caſtraq; ingressus annunciauit Pa-
ulo. Cūm autem Paulus unum ex centurionibus aduocasset, dixit: Iuuenem hunc ad tribunum deduc, habet enim quiddam quod ipſi annun-
ciet. At ille eum secum aſſumptum ad tribunu adduxit, & ait: Viuetus Paulus cūm me aduo-
casset, rogauit ut hunc iuuenem ad te adduce-
rem, habentem quippiam dicere. Apprehenſa autem manu eius tribunus fecerit ſeparatim, & interrogauit: Quid eſt quod annuciare mihi habes? At ille dixit: Iudæi componuerunt roga-
re te, ut cras in concilium Paulum producas,
quaſi exactius de ipſo ſint inquiſiſturi: tu igitur
ipſis

ipſis ne credideris, infidianter enim ei ex ipſis viri plures quadraginta, qui ſeipſos deuouerunt, neq; coemeturos, neq; bibituros, quoad ipſum interficerint: & nunc parati ſunt, tuā pro-
missionem expectantes. Tribunus uero adoleſcentem dimiſit, præcipiens ne cuiquam euulgaret, quod ea ipſi indicasset: aduocatisq; duobus quibusdā ex centurionibus, dixit: Parate milites ducentos, ut Cæſaream uſq; proficiſcantur, & equites septuaginta, & lancearios ducentos à tertia hora noctis, iumentaq; iuſſit produci, ut impositum Paulum ad Felicem præſidem inco-
lumem deduceret, ſcripta ad eum epiftola quaꝝ formam hanc continebat: Claudioſ Lysias præſtantiſſimo præſidi Felici ſalutem. Virum hunc quem comprehenderant Iudæi, & erant interfecti, ſuperueniens cum exercitu eripiui, ubi Romanū eum eſſe cognoui. Cūm uellem autē cauſam ſcire cur iſum accuſabāt, produxi eum in concilium iſorum: atque eum de quaſtio-
nibus legis iſorum accuſari, nullum tamen aut morte aut uinculis dignum crimen habere deprehendi. Cūm uero indicat̄ mihi eſſent inſidiæ, quaꝝ à Iudæis uiro huic ſtruebantur, ex-
templo ad te eum misi, præcipiens accuſatori-
bus, ut quaꝝ aduersus iſum habent, apud te di-
cant. Vale. Milites igitur iuxta id quod manda-
tum ipſis fuerat, aſſumptū Paulum per noctem Antipatriadem duxerunt: ac poſtero die permit-
tentis ut equites cum ipſo irent, in caſtra redie-
runt. Illi autem in gyeſi Cæſaream, & redditā
epiftola

epistola præfidi, Paulū quoq; ante ipsum statue rūt. Cumq; eam legisset præses, interrogassetq; è qua prouincia est, audissetq; è Cilicia, Audiā te, inquit, quando accusatores etiam tui accesse rint: iussitq; ut in Herodis prætorio custodiret.

Deuouerunt seipsoſ, quod est à vobis uātioꝝ, id est, extra Dei fidem se esse uouerunt ac promiserunt, niſi ea quæ decreuissent, fuſſent exequuti. Siue igitur fruſtrati fuſſent uoto & promiſſione, ſicut fuerunt, deuoti erant futuri: ſiue contigiffet ipſis, ut Paulum interficerent, exequeremurq; id quod promiferant, rurſus utpote homicida detabiles ac deuotos ſe erant reddituri: Deusq; ipſos deuouifſet, licet pontifices ſcelus hoc diſimulaturi eſſent, ac defenſuri. Cū autem duplex fit deuotio, id est, à vobis uāta, una quidem eius rei quæ omnibus aut multis imperceptibilis eſt, Deoq; ſoli uouetur ac dicatur: altera que cū ab omni creatura, omnibusq; sanctis potestatibus remota ſit, à Deoq; aliena, ob honestatis expertem alienationem diabolo addicitur: ſecundē huic iſti nunc ſeſe obſtrinxerunt. Hanc autem ſepenumero non à vobis uāta, ſed luxuribꝫ uāta, id eſt, non addicationem, ſed dedicationem, ad maiorem expreſſionem appellare conſueuimus. Re enim uera nō ad dicatur, id eſt, ſurſum effertur, ſed dedicatur, id eſt, deorſum defertur, quod diabolo ſubijcitur, ſimulq; cū eo in condēnationē deuoluitur ac ruit.

De

De accusatione Tertulli aduersus Paulum, & Pauli reuouatione apud Felicem præſidem.
Caput XXIIII.

Poſt quinque autem dies descendit pontifex Ananias cum presbyteris & Tertullo quodam oratore, qui ſtetero contra Paulum apud præſidem citatoq; ipſo coepit accusare Tertullus, dicens: Cū multa pace fruamur per te, & multa prospere genti huic per tuam prouidentiā eueniant, prorsus atq; ubiq; te admittimus preſtantissime Felix, cum omni gratiarum actione. Ne autem diuinus te impediām, rogo ut tua huma nitate breuiter nos audias. Cū inuenerimus enim uitrum hunc pestem, & mouentem ſeditiones apud omnes Iudeos qui in orbe terrarū ſunt, auoremq; factionis Nazaræorum, qui & templum profanare tentauit, ipſum comprehendimus, & ſecundum legem noſtrā uolumus iudicare. Sed cū accessiſſet Lysias tribunus, multa cum uiolentia ex manibus noſtris ipſum abduxit, iubens ut accusatores eius ad te uenirent: à quo potes tu inquirens de omnibus his cognoscere, quorum ipſum nos accusamus. Cōſenſeruntq; Iudei, hæc ira ſe habere afferentes. Paulus autem respondit, cū innuiferet ipſe præſes, ut diceret: Cū ex multis annis eſſe te iudicem genti huic ſciā, alacrius meam cauſam defendo, cū poſſis tu cognoscere, nō plures eſſe dies quam duodecim, ex quo ascendi adoratus in Hierusalem: & neq; in templo in-

Q

uenerint me cum aliquo colloquentē, aut concursum turbæ facientem, neque in synagogis, neq; per urbem: neque conuincere me possunt, quorum me accusant. Cōfiteor autem tibi hoc, me secundū uiam quam dicunt sectām, ita patrio Deo seruire, credentem omnibus quę & in lege & in Prophetis scripta sunt: spem habētem in Deum, quam etiam isti ipsi expectant, fore ut resurrec̄tio iustorum & iniustorum fiat. In hoc autē ego me exerceo, sine offendiculo, conscientiam semper apud Deum & homines habere. Post annos autem plures accessi eleemosynas & oblationes in gentem meam facturus, in quib; purificatum me in templo non cum turba, neq; cum tumultu inuenerunt. Nonnulli autē ex Asia Iudei, quos par est apud te præstō esse & accusare, si quid habuerint aduersus me, uel ipsi hi dicant, si quid inuenerint in me iniustitiae cùm starem in concilio, nisi de una hac uoce, qua clamaui inter eos stans: De resurrectione mortuorū ego iudicor hodie à uobis.

Cūm Paulus post uocationem qua Apostolus Christi est effectus, se seruire & cultum exhibere patrio Deo dicat, unum & eundem esse & veteris & noui testamenti Deum ostendit, quem Prophetæ & lex annunciarunt, & ipse prædicabat, cùm credere sè omnibus afferat, que in lege & Prophetis scripta sunt. Tacite autem etiam hic Christum introducit. Sed in sermone de resurrectione

ditione diutius immoratur, quem isti ægrē à principio ferabant: bac enim demonstrata, facile de Christo erat inducturus, quòd resurrexisset.

Cūm uero hæc audiisset Felix, ipsos distulit, cūm exactius nouisset de hac uia, dicens: Quando Lysias tribunus descenderit, uestram hancausam dijudicabo. Mandauitq; ceteriori ut obseruaretur Paulus, relaxationemq; haberet, & neminem ex familiaribus ipsius prohiberet ministrare ipsi, ad ipsumq; accedere. Post dies uero quosdam cùm accessisset Felix cum Drusilla uxore sua, quæ erat Iudea, accersuit Paulum, audiuitq; ab ipso de fide in Christū. Cūm autem ipse dissereret de iustitia, & continentia, & iudicio futuro, pauefactus Felix respondit: Quantum ad præsens attinet, abi, occasionem autem nactus te accersam: simul sperans fore ut pecunia sibi darentur à Paulo, ut ipsum liberaret: unde etiam frequentius ipsum accersens cum eo colloquebatur. Biennio autē transacto Felix Porciū Festum successorem habuit: cumq; uellet gratiam conferre Iudeis Felix, Paulum uinctum reliquit.

Cūm exactius nouisset de hac uia. Aduerten dum hic, Felicem nouissimam fidem, ex veteri testamento de Christo satis exquisitè instructum: non dimisisse tamen Paulum in gratiam Iudeorum, & quia dona se accepturum sperabat, ut inferius ostendit. Nouerat autem eò quòd uxorem quoq;

Iudeam habebat, à qua assidue hæc audiebat. Illa uero præter legem coniuncta ipsi fuerat, quippe cùm esset Iudæa, & ipse Græcus. Vel fortasse erat quidem Iudea illa, ubi tamen ei nupsit, Græca est effecta: unde etiam suam ipsius fidem ipsi exposuebat, inducens etiam uirum suum, ut transgressor efficeretur.

De successione Festi in prouinciam, ad cuius iudicium
Paulus adductus ad Cæsarem appellat: de
deductione eius ad Agrippam.

Caput XXV.

Festus igitur cùm in prouinciam peruenisset, post tres dies Hierosolyma è Cælarea ascendit: præstòq; ei fuerunt pontifex, & primarij ex Iudeis aduersus Paulum, rogabantq; ipsum, petentes gratiam cōtra ipsum, ut accuseret ipsum in Hierusalem, insidias struentes, ut interficerent ipsum in uia. At Festus respondit, custodiri Paulum Cæsareæ, se autem breui egressurum: qui igitur idonei inter uos sunt, inquit, descendentes illuc, si quid est in uiro hoc, ipsum accusent. Moratusq; inter ipsos diebus nō amplius quam octo, aut decem, Cæsaream descendit, & postero die pro tribunali sedes adduci Paulum iussit. Cùm ille accessisset, circūstererunt Iudei qui Hierosolymis descenderant, multas & graues criminationes contra Paulum intenderes, quas probare non ualebant: cùm ipse se defenderer, quod neḡ in legem Iudeorum, neḡ in tem-

in templum, neq; in Cæsarem quicquam peccasset. Festus autem cum gratiam Iudeis uellet conferre, respondens Paulo, dixit: Vis Hierosolyma ascendere, atq; ibi de his apud me iudicari. Dixit autē Paulus: Ad Cæsaris tribunal adsto, ubi me iudicari opus est. Iudeos nulla iniuria affeci, ut tu etiam melius nosti. Nam si iniuste ago, & dignum morte quippiam feci, mori nō recuso. Si uero nihil horum est, quorum me isti accusant, nemo me donare ipsis potest. Cæsarem appello. Tunc Festus ubi cum consilio fuit collocutus, respondit: Cæsarem appellasti, ad Cæsarem abibis.

Ad Cæsaris tribunal adsto, dixit Paulus cùm effugere è Iudeorum manibus uellet: quod perm de est ac si dicat, Romam uolo abire ad regem, & ibi iudicari. Cæsar enim apud Romanos regem significat, ita ut communis nomine omnes Romanorum reges appellantur Cæsares, licet propria nomina diuersa ipsis sint. Nam quando Christus natus est, regnabat Cæsar Augustus: Tiberius Cæsar, quando est passus. Beatus autem Paulus sub Nerone Cæsare Romæ fuit interfactus.

Cùm dies autem aliquot intercessissent, Agrippa rex & Berenice Cæsaream deuenerunt Festum salutari: cumq; ibi dies plures cōmorarētur, Festus regi causam Pauli retulit, dicens: Vir quidam est relictus à Felice uinctus, de quo cùm essem Hierosolymis præstò mihi assuerat

pontifices & presbyteri Iudæorum, petentes contra ipsum damnationem. Ad quos respōdi, nō esse morem Romanis, ut hominē aliquem in perniciem donēt, priusquam qui accusatur, in cōspectu accusatores habeat, locumq; defensionis de ijs quæ ei obiicitur, acceperit. Cumq; ipsi huc conuenissent, nulla dilatione facta sequenti die sedens pro tribunali, adduci uirum iussi: de quo constituti accusatores nullam criminacionem inferebant ex ijs, quas ego suspicabar, sed quæstiones quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum, & de quodam I E S V mortuo, quem uiuere Paulus asserebat.

Agrippa rex. *Vel loco regis Agrippa in prævincijs fungebatur, et propterea rex etiam appellabatur: uel fortasse cum Nero occidentalibus partibus imperaret, Romæq; esset, ipse in orientalibus partibus rex erat.*

Hæsitans autem ego de liuismodi quæstione, dicebam, Proficiſci'ne in Hierusalem ueller, atq; ibi de his iudicari: cùm uero Paulus appellasset, ut custodiretur ad Augusti cognitionem, seruari ipsum iussi, quò ad Cæsarē ipsum mittam. Agrippa autem ad Festum dixit, Volebam etiam ipse hominem audire. Ille autem, Cras, inquit, ipsum audies. Postero igitur die cum Agrippa & Berenice multa cum ambitione adue nissent, ingressiq; essent auditorium cum tribunis, & uiris qui primarij erant in ciuitate, iubente

iubente Festo adductus est Paulus. Et inquit Festus: Agrippa rex & omnes qui simul adestis uiri, uidetis hunc: de hoc tota Iudæorum multis tuto interpellauerunt me, clamantes, non oportere eum amplius uiuere. Ego uero cum nī hil dignum morte ipsum egisse deprehendērim, & ipse hic Augustum appellari, mittere ipsum decreui. De quo certum quid quod scribam domino, non habeo: propterea produxi eum apud uos, & præcipue apud te rex Agrippa, ut inquisitione facta habeā quod scribā. Absurdum enim mihi uidetur uincū mittere, nisi etiā criminationes cōtra eū possim significare.

Augustum impropriè hīc pro rege ponit, quē admodum etiam Cæsarem, quem paulò inferius dominum quoq; appellat, cum inquit: De quo certum quid domino scribam, non habeo.

De defensione Pauli qua apud Agrippam usus est, ubi de religione sua, et uocatione ad Euano gelium agit: et nihil malu egisse ab Agrippa iudicatur.

Cap. XXVI.

Agrippa uero ad Paulum dixit: Permittitur tibi, ut pro teipso dicas. Tunc Paulus porrecta manu defensionem aggressus est. De omnibus quorum à Iudeis accusor rex Agrippa, beatum me ipsum existimauit, cùm apud te defensurus me hodie sim, quem omnū quæ apud Iudeos sunt institutorū & quæstionum peritum maxime esse scio. Ideo precor, ut patiēter me audias.

Suprà 8

Ac uite quidem meæ traductione à iuuentute, à principio in gente mea Hierosolymis factam Iudæi omnes sciunt, cùm me ab origine prænoscant, si testificari uelint, iuxia exactissimam nostræ religionis sectam, Phariseum uixisse. Et nūc de spe promissionis quæ ad patres nostros à Deo facta est, sto in iudicio, in quam quidem duodecim tribus nostræ in assiduitate nocte & die seruientes sperant deuenire: de qua spe, Agrippa rex, à Iudæis accusor. Quid: incredibile iudicatur apud uos, si Deus mortuos fuscitat? Ego quidem existimaueram aduersus nomen IE S V Nazareni oportere me multa contraria agere: id quod etiam feci Hierosolymis. Et multos sanctos ego carceribus conclusi, accepta à pontificibus potestate, & cùm ipsi interficerentur, suffragium detuli: & per omnes synagogas sæpe ipsos puniens blasphemare cogebam, & supra modum furens in ipsos usq; etiam in exteras urbes persequebar.

Duas de resurrectione rationes afferit: unam à Prophetis sumptam, non producit tamen Prophetam, sed ipsam Iudeorum opinionem. Altera, quæ ualidior etiam est, à re ipsa, quod Christus à mortuis fuscitus alloquitus ipsum fuerit: atque hanc à consilio suo quod proposuerat, confirmat, priorem suam insaniam commemorans. Prima ratio est: Quid: incredibile iudicatur apud uos, si Deus mortuos fuscitat? præfertim cum talis opinio non

APOST. CAP. XXVI. 249

nio non esset, nisi educati in talibus dogmatibus fuissent. Quod uero prius inquit, quis non admitteret: cùm ait, De spe hac accusor à Iudæis, quæ apud ipsos commendatur, propter quam uouent, propter quam cultum Deo exhibent, ut ea potiantur.

In quibus cùm Damascum proficiserer cum potestate & permissione à Pontificibus, medio die, ò Rex, in via de cœlo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen uidi, & qui mecum simul iter faciebant. Cumq; omnes nos in terrâ cecidissemus, audiui uocem ad me loquentem, & dicentem Hebraea lingua, Saul Saul quid me persequeris: durum tibi est contra stimulos calitrare. Ego uero dixi: Quis es Domine? Ille didicit: Ego sum IE S V S quem tu persequeris: sed surge, & consiste in pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi, ut producerem te ministrum & testimoniū, & eorum quæ uidisti, & eorum in quibus apparebo tibi, eripiens è populo & gēribus, ad quos te nunc mirto ad aperiendos oculos ipso rum, ut à tenebris ad lucem, & à potestate Satanæ ad Deum conuertantur, remissionemq; peccatorum, & sortem inter sanctificatos ex fide in me accipiant.

Cum ex sensibilibus id quod splendidiſsimū est produxerit, neq; cōparare illi Iesu ipsius lumen potuerit, illud inquit quod admittere auditus hominis potest, superexcedere enī solare lumen afferens.

Q 5

Suprà 9

Vnde rex Agrippa non fui incredulus cœlesti apparitioni.

Apparitio, quæ græcè ἀνταύτη dicitur, pura rei inspectio est, quæ hominem uidelicet excedit: quam si quis in carne est, nisi aperti ei & detecti oculi fuerint, uidere nullo modo potest.

Sed ijs qui Damasci erant primùm, & Hierosolymis, in totamq; regionem Iudææ & gentibus denunciabam ut pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, digna pœnitentia opera agentes. Causa horum Iudei me comprehensum in templo interficere tentabant. Auxilium autem à Deo consequutus, usq; ad hodiernum diem sto, testificans & paruo & magno cuilibet, nihil dicens præter ea quæ Prophetæ futura esse dixerunt, & Moses: an passibilis Christus, an primus ex resurrectione mortuorum lumen annunciaturus sit populo ex gentibus.

Ne uideatur ipse esse huiusc rei doctor, adducit Prophetas & Mosen qui dicit, an passibilis sit Christus, an primus ex resurrectione mortuorum, &c. An passibilis autē sit, dicitur pro, quod passibilis sit. Moses, inquit, afferit quod passibilis sit Christus, & primus ex resurrectione: primus enim ipse surrexit, non amplius moriturus: qui enim ab ipso, uel discipulis, uel prophetis, antea suscitati sunt, rursus sunt mortui, usq; ad uniuersale iudicium permansuri.

Hæc

Suprà 21

Hæc cùm defendendo se diceret Paulus, Festus magna uoce, Insanis Paule, inquit: multæ teliteræ in insaniam inducunt. Ipse autem, Nō insano, ait, præstantissime Feste, sed ueritatis & frugalitatis uerba loquor: scit enim de his rex, ad quem etiam liberè & fidenter loquor: latèrè enim eum quicquam horum nō credo, quippe cùm in angulo minimè factum hoc sit. Credis rex Agrippa Prophetis? Scio te credere.

Quia semper regem alloquebatur Paulus, quasi turbatus quodammodo est Festus, cùm uidetur eum tam fidenter & liberè loqui, & ex indignatione, insanis, inquit. Sed Paulus causam refert, cur ad regem orationem conuerterit: ostendensq; per totum orbem diuulgatum esse hoc dogma, non in angulo hoc factum esse inquit: hoc uidelicet, quod de cruce & resurrectione Christi prædicatur.

At Agrippa ad Paulum dixit: In breui mihi suades ut Christianus siam. Paulus uero ait: Pre carer Deum, & in breui, & in multo, nō solùm te, uerum etiam omnes qui audiunt me, hodie fieri tales, qualis ego sum, exceptis uinculis his. Atq; hæc cùm dixisset ipse, surrexit rex, & præfes, & Berenice, & qui simul cum ipsis considerabant, & recedentes dicebant inter se, hominem eum nihil morte, aut uinculis dignum egisse. Agrippa autem Festo dixit: Dimitti poterat homo hic, nisi Cæsarem appellasset.

In breui,

In breui, id est, breui oratione, & paucis uerbis, breuiq; doctrina, sine multo uidelicet labore, & sine aſſidua & longa diſputatione ſucepta. Vnde etiam congruentia Paulus ad hanc ſententiam reſpoſdet: Precarer, inquit, Deum, & in breui, & multo, non ſolum te, &c. quod perinde eft ac ſi dicat: Nihil aliud ſtudeo, quam ut omnes Christiani efficiantur, & hoc à Deo opto & precor, propterea quod & paucis uerbis, et multis, & cum labore, & ex tempore prædicare fidem Christi paratus sum. Labor ſiquidem & defatigatio in doctrina & prædicatione mibi nullo loco habetur: ſed idem eſſe exiſtimo ſiue defatiger, ſiue minime: ſiue multū tempus prædicando, ſiue pa- cum immorer, modò ad Christum cōuerti aliquos uideā. Atq; haec dum dicit Paulus, ſimul & promi- ptitudinem ſuam & feruorē præfert, & Agrip- pam inuitat, ut ſi plura etiam audire, longioriq; doctrina inſtrui uelit, non modò non recuſaturum iſum eſſe cognoscat, ſed adeò promptum & pa- ratum futurum, ut id in optatis & uotis habeat. Alio quoq; modo poſſimus hoc quod in dīrō, di- xit Agrippa, interpretari, id eſt, in breui, ut non pro paucis uerbis, ſed pro fere, & parum abeft, intelligatur: ut Agrippa quidem dixerit, parum abeft quin mihi ſuafersit, ut Christianus fiam: Paulus uero, quippe & in diuinis & humanis rebus, ſicut quiuis alius, ſapientiſimus, ad uerbum ma- gis quam

gis quam ad ſenſum reſpiciens, id ad illud quod utile futurum erat, accommodarit: & ſubiunxe- rit, precarer Deum, & in breui & in multo, id eſt, ut & in breui orationis diſertatione, ſi opus eſt, & in longa, Christianus fieres. Siue enim pau- ca, ſiue multa uerba requirantur, omnia facere pro tua ſalute paratus ſum: neq; pro tua ſolū, ſed pro omnium etiam qui hic adiunt. Cū uero addit, exceptis his vinculis, nō id dicit quia uincula detefetur, ob eaq; erubescat (id enim ipſi ſicut quo dlibet aliud, gloriatione dignum habeba- tur) ſed ad opinionem aliorum ſpectans ait, imbe- cillitatiq; eorum indulgens, Utinam, inquit, om- nes huiusmodi ſicut ego ſum, ſine uinculis tamen efficerentur.

De nauigatione Pauli Romam periculis plurimis & maximis plena: ubi de ſpe ſalutis per an- gelum ſibi ſignificata ſimul nauigans- tes monet. De naufragio eius- dem. Cap. XXVII.

Poſteaquam uero iudicatum eſt ut ab nauiga- remus in Italiam, tradiderunt & Paulum & nonnullos alios uinctos centurioni nomine ^{2. Cor. 11} Iulio, cohortis Augustæ. Cū autem inſcen- diſsemus nauim Adrumetinam ad loca Asiae nauigaturi, ſoluimus, nobiscumq; Aristarchus Macedo Thessalonicensis aderat. Et ſequenti die Sidonē appulimus: cumq; Iulius humanè ſe ge-

se gereret erga Paulum, permisit ut ad amicos prefectus curam sui gereret. Inde cum soluissimus, subnauigauimus Cyprum, propterea quod uenti erant contrarij. Cumque pelagus circa Ciliciam & Pamphyliam transisemus, in Myra Lyciae appulimus, & illuc inuenta nauis Alexandria quae nauigabat in Italiam, centurio in eam nos imposuit. Cumque tardè multis diebus nauigaremus, uixque est regione Cnidi uenissimus, quia non permettebat nos uentus, Cretæ adnauigauimus iuxta Salmonem. Vix eam præterlegentes in locum quendam uenimus, qui Pulchri portus uocatur, cui propè erat urbs Lassæ. Multò autem tempore transacto cum iam esset periculosa nauigatio, propterea quod ieuium quoque iam præterierat, monebat Paulus, ipsis dicens: Viri, uideo cum iniuria & multo damno non solum oneris & nauis, ueruetiam animarum nostrarum futuram esse nauigationem. At centurio gubernatori & nauclero credebat magis, quamvis quæ à Paulo dicebantur. Et cum ineptus esset portus ad hyemandum, plerique consilium inierunt ut inde etiam soluerent, si quomodo possent in Phœnicem deuenientes hyemare, portum Cretæ, qui ad Africam & Chorūm respiciebat. Cum uero aspirasset austus, se propositi compotes effectos opinati, cum soluissent Asson Cretam præternavigabant. Non multo post autem ingruit in ipsum uentus Typhonius, qui Europrocellosus uocatur: cumque ab eo correpta esset nauis, ita ut contra

contra uentum respectare non ualeret, dediti ferebamur: atque insulam quandam paruam subterlapsi quæ uocatur Claude, uix potuimus obtinere scapham: qua sublata ad auxilia utebantur, succingentes nauim, & timentes ne in Syrtim excideret: summisso uase ita ferebamur. Cum uehementi autem tempestate agitarentur, sequenti die iacturam fecerunt, & tertio proprijs manibus armamenta nauis projecimus. Cumque neque sol neque stellæ per complures dies apparerent, tempestasque non exigua ingrueret, sublata in posterum omnis spes salutis nobis erat. Cumque multa inedia esset, tunc stans Paulus in medio ipsorum dixit: Oportebat quidem, o uiri, ut mihi obtemperantes ē Creta minime soluereris, iniuriamque hanc & damnum conqueremini: & in prælentia moneo, ut bono animo sitis, amissio enim animæ nulla erit ex uobis, præterquam nauis: adstiterit enim mihi nocte hac angelus Dei, cuius sum, cui & seruo, dicens.

Ieiunium hic tempus ieiunij Iudeorum intellegit: inde enim multo tempore post pentecosten est egressus, ut sub ipsam ferre hyemem ad partes Cretæ deuenerit. Ecce prophetat etiam hic Paulus, cum naufragium facturos esse ipsos dicit. Licet enim id cum iactura uitæ alicuius non euenerit, ut ipse prædixerat, quantum tamen ad naturam rei attinet, euenerit, nisi Deus salutem ipsis prestiti

præstisiffet: qui effecit, ut propter Paulum reliqui quoq; fuerint seruati. Naufragium igitur ex occasione, quia magna erat tempestas, contigit. Atq; inde maius miraculum fuit, quod in ea procella ex medijs periculis & ipse Paulus, & propter ipsum reliqui erepti fuerint. Ut quantum ad hoc spectat, ipse minime mentitus sit. Centurio tamen fidem ijs quæ à Paulo dicebantur, non adhibebat, propterea quod peritis in nauigando magis quam uestori rei nauticæ imperito credēdum cœsebat. Hinc autem Paulus nos docet, peccatum consilij esse, non fortunæ. Esse enim naturale ut periculum unusquisq; fugiat, ipsa rei experientia demonstrat, ne præceps quispiā feratur, cum res ipsa indubitatum periculum intenat. In manifestis enim fortuna & fatum dormit: aut si uigilat, nihil aduersus hominum uoluntatem potest morliri: qua quidem uoluntate illi res quæ in sua sitæ sunt potestate, utcunq; uolunt, ultro citroq; pertractant. Quemadmodum illi qui cum Paulo peregrinabantur: ita enim ex proposito & uoluntate agebant, ut cum primū nacti idoneum uentum sunt, nauigationem læti absoluuerint. Aduentū autem quod hic inquit, nauim à uento coruptā aduersus eum reflectare non ualuisse, quod græcè est ἀντοφθαλμόν, id est, obuertere oculos, dictum de nauigio impropriè fuisse: de hominibus enim et animalibus quæ oculis prædicta sunt, tantummodo

tumodo dici consuevit. Quapropter loquendi proprietas in scriptura non semper requirenda est.

Ne timeas Paule, Cæsari adstare te oportet: & ecce condonauit tibi omnes Deus qui tecum nauigant. Ideo bono animo estote uiri: credo enim Deo ita esse futurum, sicut mihi dictū est. In insulam autem quandam ejci nos oportet. Vbi uero quartadecima dies aduenit, & in Adriâ differebamur, circa medium noctem accedere sibi regionem aliquam suspicabantur: & demissa bolide, uiginti passus inuenerunt: & paululum inde digressi, rursusq; bolide exploratione facta, inuenerunt passus quindecim: timentesq; ne in aspera aliqua loca ejcerentur, è puppi electis ancoris quatuor, diem fieri optabant. Cum uero nautæ quererent è naui effugere, & summississent scapham in mare, sub prætextu quasi è prora ancoras essent extenturi, centurioni & militibus Paulus dixit: Nisi h̄i manserint in naui, uos salvi esse non potestis. Tunc milites funibus scaphæ abscessis eam excidere permiserunt. Quoad uero dies aduentaret, horrabatur Paulus omnes ut cibum suerent, dicens.

Hinc de fato & fortuna sermo falsus esse ostenditur. Ecce enim, nisi Pauli causa seruati fuissent, omnes in naui périssent: Deus enim honori iusti hoc condonauit. Atq; ita ob iustum impij uiuunt. Interdum tamen è contrario fit, ut ante tempus

ob uitium suum impius pereat, iuxta illud: Ne im-
Eccles. 7 *pius admodum sis, neq; durus efficiaris, ne in tem-*
pore non tuo pereas. Cum uero inquit, nisi hi
mancerint in naui, salui vos esse non potestis,
cum dispensatione dixit Paulus, ut ipsos uidelicet
retineret, ne prophetia intercideret. Milites autem
Paulo statim paruerunt: ubi enim uiderunt se te-
meritate sua in pericula incidisse, obtemperare
tunc ei coeperunt. Nam si fato credidissent, quam-
uis essent gentiles, neglecto Pauli consilio, abire
nautas permisissent.

Quartus decimus hodie dies est, ex quo expe-
 stantes ieuniu permanistis, nihilq; assumpsi-
 stis. Idcirco hortor uos cibum sumere: hoc enim
 pro uesta salute est: nullius enim uestrum ca-
 pillus è capite peribit. Cumq; haec dixisset, acce-
 pro pane gratias egit Deo coram omnibus:
 cumq; eum fregisset, comedere coepit: ceterity
 omnes alacres effecti, etiam ipsis cibum sumpse-
 re. Eramus autem in naui omnes animæ du-
 cētae septuaginta sex. Saturati uero cibo nauim
 in mare frumentum ejicientes leuabant. Quan-
 do autem ortus est dies, terram non agnose-
 bant, sed sinum quendam animaduertebat ha-
 bentem littus, in quod considerabant si possent
 nauim impellere: & sublatis ancoris commi-
 tebant se mari, simul laxatis iuncturis guber-
 naculorum. & atollentes artemonem ad spi-
 rantem auram, cohiebant ad littus. Cumq; in
 locum

locum himarem incidissent, impegerunt na-
 uim: & prora quidem fixa manebat immobilis,
 puppis à ui undarum absoluēbatur. Cōsiliū
 autem militum erat, ut uictos interficerent, ne
 quispiam enatans effugeret. At centurio cū
 ueller seruare Paulum, à consilio hoc ipsos de-
 deduxit, iussitq; eos qui possent natare, projicien-
 tes se primos in terram exire, & reliquos alias
 in tabulis, alias in quibusdam quæ ē nauī erāt.
 Atque ita effectum est, ut omnes in terram in-
 columes euaserint.

Consulit Paulus ut sumant cibum, ex ipse pri-
 mus id facit, ut non tam uerbis quām re etiam sua
 deat. Hoc enim pro uesta salute est, inquit. Id
 est, comedere, ne fame scilicet pereatis, ad salutem
 uestram facit. Quippe cū ipsis cibi ex come-
 dendī cura alioqui non esset in maximo periculo
 constitutus. Sed unde ipsis nauigantium nume-
 rus fuit exploratus? Ex eo uidelicet quod fortasse,
 ut uerisimile est, causam cur nauigarent, inter-
 rogarunt, atq; ita singula cognoverunt. Ex eo as-
 tem quod prohibiti milites sunt ne uictos inter-
 fierent, eos Paulo condonatos fuisse etiam ma-
 nifestatur: propterea quod ne Pauli prophetia
 intercideret, centurio interfici aliquos non
 permisit, ut Paulum seruaret: id enim
 proculdubio causa Pauli ef-
 fetum est.

De euasione in insulam Melitam, ubi morsus à uipera
 Paulus nihil mali est passus, & patrem Publij
 morbo dysenteriae laborantem sanat: deq[ue]z
 profecione eius Romanum usq[ue]: deq[ue]z colo
 loquitione & prædicatione cum
 Iudeis ibidem habita.

Cap. XXVIII.

ET cùm euasisemus, tunc cognouerunt Melitam insulam uocari. Et Barbari non vulgarē nobis humanitatem exhibuerūt: accensa enim pyra omnes nos exceperunt, ob pluuiam quæ imminebat, & frigus. Cùm cōuoluisset autem farmentorū multitudinem Paulus, & in pyramidem iniecisset, uipera è calore egressa manū eius corripuit. Vbi autē barbari pendere feram è manu eius uiderunt, inter se dicebāt: Prorsus homicida est homo hic, quem è mari seruatū iustitia uiuere non permisit. At ille excussa fera in ignem, passus nihil mali est. Illi autem expetabant illum incensum iri, aut mortuum esse casurum: sed cùm diu expectarent, & nihil uiderent absurdī ipsi contingere, mutata opinio ne Deum esse illum dicebant. Circa locum autem illum erant prædia primario insulæ nomine Publio, qui cùm suscepisset nos, tres dies benignè hospitio tractauit. Contigit autem ut pater Publij febribus & dysenteria oppressus cubarēt. Ad quem cùm intrasset Paulus, preces effudit, manibusq[ue] impositis sanauit eū. Quod cùm factum esset, reliqui etiam qui infirmitates ha-

tes habebant in insula, accedebant, & curabantur: qui multis quoque honorib[us] nos affecerunt, & soluentibus, quæ erant necessaria, imposuerunt.

Vipera cùm in manū Apostoli dentes inieceret, & nullam peccati in ea mollietatem & laxitatem inuenisset, statim resiliuit, & in ignem se proiecit, quasi poenam à se exegerit, quod nihil ad se pertinens corpus inuafisset. Nos uero bestias timemus, propterea quod armatura uirtutis muniti minimè sumus. Cum uidissent igitur barbari indubitate am mortem Paulum ita fuisse elapsum, Deum ipsum esse existimabant: quippe cùm eorum mos sit, ut quem incredibile aliquod ac mirandum facimus edere uiderint, Deum esse opinentur. Quemadmodum & antiquos deos appellabant, aut quia uiribus prediti præcipuum aliquid ac supraquam ipsi possent, facerent: qualis Hercules fuisse perhibetur: aut quia prestigijs ac magia usi, homines in stuporem inducent: cuiusmodi in Samaria Simonem fuisse, dictum iam est.

Post tres autem menses soluimus in nauis Alexandrina, quæ in insula hyemauerat, insignita Geminis, & cùm appulissimus Syracusas, ibi dies tres permansimus. Vnde circumlegentes deuenimus Rhegium: & cùm uno post die superuenisset austri, altero Puteolos ueni-

mus, ubi inuentis fratribus rogati sumus manere apud ipsum septem dies, atque ita Romanum peruenimus.

Mos semper ferē erat, ut in Alexandrinorum præcipue nauibus proræ tam à dextra, quam à sinistra parte huiusmodi picturis insignitæ essent. Quoniam uero uerisimile est, eò quod eo tempore idolorum cultus celebrabatur, Geminos, id est, Castorem & Pollucem in ea fuisse pictos: ex hoc etiam potest intelligi nauim fuisse alienigenam, id est, idololatram. De hoc quoq; Esaias inquit: Expandemur in naui alienigena, mare simul diripient.

Et inde fratres cùm audissent de nobis, obuiam nobis usq; ad Appij forum & tres tabernas prodierūt: quibus uisis Paulus gratias Deo egit, ac fiduciam sumpsist. Cùm uenissimus autem Romanum, centurio uinctos principi exercitus tradidit. Paulo autem permisum est, ut per se ipse manereret cum milite qui eum custodiebat. Effectum autem est ut post dies tres Paulus primos ex Iudæis conuocarit: qui cùm conuerissent, ad eos dixit.

Loca quedam que prope Romanam erant, significat: alterum, quem quoniam Appij statua erat insignitus, Appij forum uocabatur: hucusque enim ubi regum statuae collocatae sunt, fora apud Romanos dici cōsueuerunt. Tres tabernæ autem

alter

alter locus erat, ita uocatus à tribus cauponis que ibi erant, in quibus opsonia iter facientibus uenalia exponebantur, quas tabernas Romano idiomate nuncupant.

Viri fratres, ego cùm nihil contrarium populo, uel cōsuetudinibus patrijs fecerim, uinctus è Hierosolymis traditus in manus Romanoru sum: qui cùm de me inquisiuerint, dimittere uolebant, propterea quod nulla mortis causa in me inerat. Sed cùm contradicerent Iudæi, appellare Cæsarē coactus sum: nō quod habeam in quo gentē meā accusem. Ob hanc igitur causam uocaui uos, ut uiderem & alloquerer. Causa enim spei Israel catena hac circuclata sum.

Cùm uideret Paulus absurdum esse atq; infame omnino in iudicium duci, ac præcipue apud infideles, de utrisq; se se excusat, ut nihil preoccupatum in animis ipsoru relinquit. Ob hanc enim causam, inquit, uolebam uos uidere, ne liceret cuiquam postea me accusare. quæq; sibi euenerint, exponit: Cùm igitur uellem, inquiens, è manib; eorum effugere, appellare Cæarem coactus sum, nō quod alijs afferre periculum uelim, sed ut ipse id euitem.

Illi uero ad ipsum dixere: Nos neq; literas à te è Iudæa accepimus, neque accedens quispiam ex fratribus annunciauit, aut loquutus de te quicquā mali est. Postulamus autem à te audire

quæ sentis. De secta enim hac exploratum nobis est, ubiq; ei contradicunt. Cum uero statuissent ei diem, uenerunt ad ipsum in hospitalitatem cōplures, quibus exponebat testificans regnum Dei, suadensq; ipsis de IESV & ex lege Moysis & Prophetis, à matutino tempore usque ad uesperam.

Esa.18 Priusquam Romā Paulus uenisset, moniti fuerant Iudei qui ibi erant, ne prædicationem Christi admitterent: neg; hi soli, uerum etiam qui ubique terrarum erant omnes. Cæterū id unde per spiculum est? In ueterum scriptis reperimus, sacerdotes & scribas & presbyteros qui erant Hierosolymis, in omnes gentes Iudeis qui ubiq; erāt, literas missas: quibus doctrinam Christi calumniantes, quasi aliena à Deo esset, præcipiebant ne ipsam admitterent: id quod etiā prophetia Esaie uidetur significare, quæ ait: Vae terra nauigiorū ale, ultra Aethiopie fluvios mittens in mari obſides, & epistolæ papyraceas supra aquam. Quibus uerbis significat Propheta, trans regionem quoq; Aethiopie, & extremas terrarum oras, solum improbitatis Iudeorum, qui Iudeam habitant, per quedam quasi uolantia nauigia fuisse transmissum, apostolosq; ipsorum papyraceas epistolæ ferentes, supra aquas & mare nauigantes in omnes partes terræ discurrisse, saluatoris nostri prædicationem calumniando. Apostolos autem,

tem, id est, missos, ad hunc usque diem eos Iudeis appellare mos est, qui quotidianas à principibus suis literas ferunt.

Atq; alij quidem credebant ijs quæ dicebantur, alij non credebant. Cumq; discordes inter se essent, discidebant, Paulo id unum dicente: Bene spiritum sanctum per Esaiam prophetā ad patres nostros loquutum fuisse, cùm diceret: Vade ad populum hunc, & dic: Auditu audieris & non percipies, & inspicientes inspicietis, & non uidebitis: in crassatu est enim cor populi huius, & auribus grauerit audierunt, et oculis suis conniuierunt, ne forte oculis uideant, & auribus audiant, & corde intelligent, & conuentantur, & sanem eos. Notum igitur uobis sit, salutare Dei missum ad gentes fuisse, ipsi uero etiam audient. Et cùm hæc dixisset, abierunt Iudei multam inter se habentes disceptationem. Mansit autem Paulus biennio toto in propria conductione, & admittebat omnes qui ingrediebantur ad ipsum, regnum Dei prædicans, & cum omni fiducia sine ulla prohibitione de Domino IESV docens.

Hic Paulus cùm inquit, spiritum sanctum per Esaiam loquutum fuisse, ijs qui ministrum esse patris spiritum sanctum dicunt, opportunum istum interfert, & manifestè ipsos refutat. Dominum enim sedentem in solio sublimi & elato, quem uidit Esaias, spiritum sanctum hic uocat: quippe cum eius-

Esa. 6

Mat. 13

Mar. 4

Luc. 8

Ioan. 12

Rom. 11

dem cum patre & filio substantie sit, æqualisq; potestatis sit particeps. Atque hoc diuinitus dixisse Prophetā de ijs ostendit, quæ ad Iesum pertinent, propterea quòd populus ille Iesu uerba audiuit, & non percepit, & cum inspiceret prodigia & miracula que ab ipso efficiebantur, non uidebat. Nam cum ad futurum tempus dictum hoc refert atque applicat, ad posteriora tempora ea quæ prophetabantur, referri ostendit. Vide autem exquisitam spiritus loquitionem: non enim dixit, non inspiciens, sed, inspiciens & non uidebitis: neq; non audietis, sed, audietis & non percipietis. Ipsi sibi ipsi abstulerunt primum aures, eas obturando: oculos, eis cōniuendo: cor, graue atque obtusum sibi id reddendo. Non enim solū non audierunt, uerum etiam grauiter audierunt, id est, obtuse & crasse: atque hoc fecerunt, inquit, ne forte conuertantur, et sanem eos: ingen tem eorum malitiam ostendens, quippe qui studiose ac dedita opera à uero se se auerterint. Hoc autem inquit, ut ipsos attrahat & alliciat ad ueritatem: ostendatq; si se se uoluerint conuertere, sanaturum esse ipsos Deum. Aduertendum autem, hucusque Lucam de Paulo in gestis Apostolorum narrasse ea quibus ipse interfuit, quippe cum eo ipso tempore librum conscriperit, & quæ sequitura essent postea ignorarit, ut de martyrio eius nihil potuerit commemorare, cūm nihil

APOST. CAP. XXVIII. 267

hildum contigisset quidpiam. Romæ enim Paulο reliſto, Lucas & Aristarchus abierunt. Eusebius autem sequentium temporum gesta diligenter persequitus, Paulum refert cūm apud Neronem se defendisset, ab eoq; fuisse absolutus, rursus ad prædicationis ministerium fuisse profectū, atq; alios decem annos euangelizasse. Cūm uero ad summam insaniam deuenisset postea Nero, ad Apostolorum cædes fuisse incitatum, Paulumq; accerfitum anno post Salvatoris passionem trigesimo sexto, sui regni uero tertio decimo, gladio detruncari iuſſit. Sunt igitur à nonodecimo anno Tiberij Cæsarīs, & secundo à passione Domini, ex quo prædicare Euangelium cœpit, usque ad eiusdem Tiberij uigintiū secundum, anni quatuor: & imperij Caij sunt similiter anni quatuor: & Claudij anni quatuordecim: cui succedens Nero anno sui imperij tertio decimo Apostolum interfecit. Est ergo totum prædicacionis Pauli tempus, anni primum uiginti & unus: & duo alijs anni, quibus in carcere Cæsareæ fuit: præterea quibus Rome degit, priores duo anni: postremo, ultimi decem: ut omnes anni à uocatione eius usque ad consummationem, quinque & trigesima: à Salvatoris passione sex & trigesita euadant. Paucis enim diebus post Domini assumptionem, eligunt Apostoli ad ministerium Stephanum & collegas. Deinde statim Stephanum

num lapidatum fuisse deprehendimus, & Paulum cædi eius consensisse: qui cum paulo post Damascum proficeretur, ut sanctos qui ibi erant, interficeret & uinciret, in medio itinere uocatus a Deo fuit: ut parum consumptum ex anno co fuerit. Statim enim ubi non undecimum regnus sui

Tiberius Cæsar annum iniit, cœpit prædicare, & tertiodécimo Neronis truncato capite uitam finiuit.

ACTORVM APOSTOLORVM
FINIS.

EXPLANATIO VE- 269
TERVM SANCTORVM PA-
trum, ab OECVMENIO ex diuer-
sis commentarijs collecta, atq;
in compendium redacta,
IN EPISTOLAS CATHOLI-
cas, quas Canonicas uocant.

IOANNE BERNARDO FELL-
CIANO INTERPRETE.

C Atholice dicuntur hæ epistolæ, id est, uni-
uersales, propterea quod non determinatae geni-
aliciuni, aut ciuitati, sicut Romanis, aut Corin-
thiis à diuo Paulo, sed fidelibus in uniuersum, si-
ue Iudeis qui in dispersione erant omnibus, ut e-
tiam à diuo Petro, siue etiam cum aliis Christianis
qui sub eandem fidem referebantur, scriptæ sunt.

DIVI IACOBI CATHO-
licæ epistolæ argumentum.

E PISTOLAM hanc ijs scribit Jacobus, qui ex duodecima tribubus dispersi erant, & in Dominum nostrum IESVM Christum crediderant: qua eos docet de diuersitate tentationum, quæ à Deo, quæ à propria hominū concupiscentia eueniant: & non uerbis tantum, sed re quoq; & opere offendendam esse fidem: neque auditores, uerum effectores legis iustificari. Tum de diuisib; monet, ne in ecclesiis pauperibus anteponantur, sed potius tanquam superbi increpentur. Tum eos qui iniurias afflictunt, consolatur atq;hortatur, ut usq; ad aduentū iudicis patienter ferant, tolerârias utilitatem ex iob producto exemplo manifestans. Postremo ad zegrotantes aduocandos presbyteros docet, studendumq; ut errantes ad ueritatem reducantur: eius enim rei mercedem à Domino peccatorum remissionem accepturos nos esse: atq; ita epistola concludit,

270 DIVI IACOBI EPI-
STOLA CATHOLICA.

De patientia & fide non habidente, & humilitate erga proximum: de tentatione nostra, & quæ ex ipsa eueniunt: & Deum non esse eius autorem: si quid enim boni habemus, ex ipso esse. De mansuetudine, & castitate, & bona actione: de auditore & effectore uerbi, & uera religione.

Caput I.



A C O B V S Dei & Domini
I E S V C H R I S T I seruus,
duodecim tribubus quæ in dis-
persione sunt, salutem.

Dei, patris: Domini, filij. Si ex aquo autem & patris & filij seruus est, filius equalis patri est & substantia, & operatione. Cum autem Domini Apostoli supra omnem mun- danam dignitatem gloriarentur quod Christi ser ui essent, id quasi insigne sui & loquendo, & scri bendo, & docendo præferre consueuerunt.

Omne gaudium existimate fratres mei, cum in uarias tentationes incideritis.

Dolorem ob Deum suscepimus, & tentationes has, laudabiles & gaudio dignas asserit: quippe cùm firmum uinculum sint, & charitatis & compunctionis incrementum. Vnde illud etiam dictum Eccl. 2 est: Fili, si ad seruendum Domino accedis, animum tuum

D. IACOBI, CAP. I. 271

tuum ad tentationem preparato. Et Christus quo que, In mundo, inquit, oppressionē habebitis, sed Ioan. 16 confidite. Et: Angusta & oppressa uia est quæ ad Mat. 7 uitam deducit. Non enim fieri potest, ut sine exercitatione uel mundanas uel diuinias coronas cōse quamur. Modestè autem se gerens, non filios, sed fratres uocat. Tentationes uero probis ac sanctis uiris gaudij omnis in causa propterea sunt, quia probationem eorum faciunt manifestā: probatio autem ad opus perfectum deducit. Sed dicet quispiam: Si hoc temptationum opus est, ut perfecti efficiantur, quomodo deprecari Deū nos docet Christus in oratione, ne in temptationē inducamur? Ad hoc dicimus, duplex esse temptationū genus: alteras Mat. 6 quæ à nobis originem habent, alteras quæ à Deo exercitationis causa, & declarationis comprobacionis: nostræ nobis inferuntur. Atq; eas quæ a nobis principium habent, in duas partes etiam ipsas distingui: alterasq; earum esse quæ ex temeraria fortitudine eueniunt, quæ audacia uocatur, quam cauendā à nobis esse Dominus monet: quippe cùm licet spiritus promptus sit, inter certamina tamen plerūq; alacritas extinguitur, neq; in bonum ijs qui ea utuntur, euadat. Alterae tentationes sunt quæ ex peccato inducuntur, sicut fuit Sodomitis pernicies, & internicio: has ut si ne peccato uitam traducendo euitemus, summa Gen. 19 ope entendū est. Nam quæ à Deo inferuntur, ut Iob 1 Iob, ut

Gen. 22 *Iob, ut Abraham, & ceteris huiusmodi, ea non solum fugienda nobis non sunt, sed quatenus fieri potest, per patientiam & gratiarum actionem sunt appetendae. Deus enim cum tentat, in utilitatem & comprobationem eius qui tentatur, facere id consuevit. Varias autem tentationes dicit, propterea quod sicut diximus, aliae a Deo, a nobis aliae eueniunt.*

Rom. 5 *Id scientes, probationem fidel uestre patiem-
tiam efficere.*

Psal. 11 *Probationem, iudicationem & explorationem
& puritatem appellat: sicut & illud, Argentum
ignitum probatum terre. Sed quo pacto proba-
tio patientiam efficit? Quia uidelicet fides ea que
in patientia & tolerantia illatarum sibi tenta-
tionum perseverat, pura esse deprehenditur, &
probatur. Fidelis enim uerè hominis est, cum to-
lerantia & gratiarum actione huiusmodi calami*

Job 1 *tatum eventus suscipere: id quod Iob in omnibus
gratias agens faciebat.*

*Patientia uero opus perfectum habeat, ut si-
uis perfecti & integri, in nulla re deficientes.*

*Non dixit, patientiam opus perfectum habe-
re, definitiue, sed imperatiue, habeat: propterea
quod non haec dicit ut uirtutem qua iam sit, ma-
nifestet, sed qualis esse debeat qua acquiritur,
fanciat.*

Si cui

*Si cui autem uestrum deest sapientia, petat
ab eo qui dat Deo omnibus simpliciter, & non
exprobrat, & dabitur ei.*

*Causam perfecti operis esse sapientiam inquit.
Quoniam autem probationem fidei & patien-
tiam in temptationibus non quorumlibet esse homi-
num nouit, sed eorum qui apud Deum sunt sapien-
tes, idcirco ad sapientiae petitionem eos qui haec* Mat. 7.22
exequi cupiunt, inducit atq; incitat.

Petata autem in fide, nihil haesitans.

*Si credit, petat: si haesitat & dubitat, ne petat.
nam qui diffidit se accepturum esse, proculdubio
non accipiet.*

*Qui enim haesitat, fluctui maris similis est,
qui uento impellitur & iactatur.*

*Qui haesitat, anceps cum sit & ambiguus, in
petitionibus suis parum perseverat, & statim re-
cedit, non secus atque unda à uento agitata. Atq;
id facit ex arrogancia & superbia: citò enim de-
ficit, atq; animum despendet, si è uestigio ea que
petit, euenire sibi non uideat: quippe qui de se
magnum quid cogitet, seq; non indignum pu-
tet, qui frustretur petitione. Huic contrarius hu-
milis est.*

*Ne enim potet homo is se accepturum quic-
quam à Domino esse.*

Homo is, qui cum arrogancia & superbia ui-

S

Mar. 11

Luc. 11

Ioan. 16

delicet petit. Aufer abs te duplicitatem, ambiguitatemq; animi, & nihil omnino à Deo petere dubites. Neque tecum hæc cogites: Quomodo petere aliquid à Domino, & accipere possum, cum tam multa contra ipsum peccata commiserim? ne hæc consideres, sed ex toto corde ad Dominum conuertaris, & pete ab ipso absque ulla dubitatione, & misericordiam eius cognosces, qui non te deseret, sed petitionem animæ tue exequetur: quippe cum non sit Deus quemadmodum homines, qui sibi illatarum iniuriarum sunt memores, sed clemens erga creaturam suam, & misericors.

Vir duplici animo, in omnibus uis suis inconstans est.

Virum duplici animo, id est Alixox, quasi binimum dicas, uirum dubium & instabilem vocat, qui neque ad futura, neque ad presentia firmiter ac constanter se habet, sed huc & illuc agitur & circumfertur, & modò futuris, modò praesentibus animum adhibet. Huiusmodi hominem tum fluctuationi & procellæ maris assimilauit, quæ firmitatem & stabilitatem in se nullam habet: tum flori herbarum paulò inferius comparabit, qui neq; ipse multum perdurat, sed simulatq; ortus fuerit sol, flaccescit atq; effluit. Dicitur autem homo duplici animo, id est Alixox, qui neq; ad futuram uitam satis est firmatus: anima enim, id est,

id est, lux, uita quoq; appellatur, ut ibi: Omnia Iob x que habet homo, pro anima sua dabit. Vias autem uocat animi motiones, quibus spes siue bona siue male fuerint, librantur ac suspenduntur. Sed quoniam bonorum omnium consecutricem humilitatem esse cognoscit, ita ut sine ea nihil iusti & sancti perfici queat, propterea subiungit:

Glorietur autem frater humilis in sublimitate sua.

Vbi fluctui à uento agitato hæsitantem comparavit: sicut enim ille à uentis inflatus tollitur, & citius quam ad tumorē integrum peruerterit, subdidit & sternitur: ita qui dubitat, ex arrogancia & superbia ad nullam rem opportunam & honestam petitiones suas stabilit ac confirmat. Postea quomodo se gerere debeat qui petit, declarat, perinde ac si ita dicat: Qui petere aliquid uult, primum id aduertat, ut opportuna & honesta petat, in quibus nulla esse frustratio possit: cuiusmodi est regnum Dei, & iustitia. Deinde in eorum petitione perseveret, & nō ubi paululum fuerit precatus, statim recedat (arrogantis enim id est) sed in humiliatione perseverando expectet, propterea quod ex humiliatione hac erga Deum bonum omne nobis euenit.

Dives autem, in humiliatione sua: quoniā sic flos sceni præteribit. Ortus enim est sol cum Esa. 40 scenu, & exiccauit scenum, & flos eius decidit. 2. Pet. 1

Divitium eum dicit, qui superciliosus sit & superbus: quem etiam humilem uocat, utpote qui dum sustollitur, deprimatur. Oportebat quidem dicere, ut consentanea superioribus esset oratio: Diues autem erubescat & confundatur in humiliacione sua: sed quia minimè molestus esse studet, uerbum id prætermisit. Non comparat autem hunc foeno, sed flori ipsius foeni, ut breuem prorsus ac momentaneam floritatem eius ostendat.

Et decor faciei eius periit. Sic & diues in itineribus suis marcescet.

Facies impropriè hic dicta est, que græcè οὐκέτενον dicitur: nam de solo homine propriè dici consuevit, non de alijs animalibus: sed de qua drupedibus, rictus, de auibus rostrum appellatur. Itinera autem diuitis, traductiones eius, & administrationes in prospéra fortuna uocat, inter quas insperato in infortuniorum mutationem delabitur.

Iob 5 Beatus uir qui temptationem sustinet, quia probatus effectus coronam uitę accipiet, quam promisit Dominus ihs qui ipsum diligunt.

Videtur beatus hic Apostolus cum absolute atq; indistincte de temptationibus loquutus fuisset, ubi inquit: Omne gaudium existimate, cum in uerias temptationes incideritis: deinde orationis Domini recordatus fuisse, qua docemur precari ne incidamus

incidamus in tentationes: atque idcirco resumit ex antedictis orationem, & declarat, quæ à Deo tentatio sit, quæ uidelicet gaudij summi est effetrix: que item à nobis sponte suscipiatur. Ceterum recte se habet, ut Dominus & Deus Iesus Christus ad imbecillitatem naturæ humanæ spectans temptationes deprecari consuluerit, cum adhuc discipuli essent imperfectiores: id quod in alijs multis fecit, cum in aliud tempus quæ erant perfectiora, subinde differret. Posteaquam uero & ex eius resurrectionis, & in coelum assumptionis cognitione natura nostra infirma corroborata est, frater eius non amplius timendas esse temptationes monet: utpote cum posthac passionibus Christi confirmati, omnem temptationū insultum uincere, ac debellare ualeamus. Cum uero duplicates sint, ut diximus, temptationes, tolerantia ac patientia in utrisq; confert. In ijs quæ à Deo missæ sunt, fit ut declarationem & comprobationem postea cōsequamur: ut Abraham. In ijs quæ à nobis accersuntur, si cum gratiarum actione sustinentur, id quasi peccatorum compensationis loco habetur. Qui enim sua agnoscit, principium salutis in se inicit, & in formam iusti seipsum assimilat, ac fингit. Siquidem uir iustus in prima locatione seipsum accusat.

Nemo qui tentatur, dicat se à Deo tentari. Deus enim neq; tentari malis potest, neq; ipse

quempiam tentat. Sed unusquisque tentatur, dum à propria cōcupiscentia extrahitur & allicitur. Deinde cōcupiscentia ubi concepit, parit peccatum: peccatum uero perfectum mortem procreat.

Si duplices sunt tentationes, ut diximus, quo pacto hic temptationum omnium causam à Deo uideretur remouere ac reiungere? Sed animaduertendum est, non dixisse hic, qui tentatus est, sed, qui tentatur: qui enim sibi ipsi ex peccatis & intemperantia exhibet temptationes, ita ut in absidia animi fluctuatione sit & turbatione, eum nō à Deo tentari, sed à propria cōcupiscentia inquit. Nam qui illatam à Deo temptationem uicit, tuitorem ac securiorem seipsum reddidit, ut postea temptationibus, praesertim ijs quae ab ipso excitantur, impugnabilis sit. Ad modestiorem enim uitam & tolerantiorem redactus, fontem ipsum sibi temptationum obstruxit, atq; in reliquum tempus temptationibus liber permanet. Deus autem neque tentari malis potest: quemadmodum enim ille inquit, licet à nostris externus, Numen & Deus neq; ipse molestias habet, neque alijs exhibet: quippe cum omnia hæc mala circa mortalem & terrestrem naturam uersentur, in qua alteratio & mutatio, unde natura nostra initium habuit, conspicitur. Cupiditas autem & peccatum, & qua ex eo oriuntur mors, gradus quidam humanæ perditionis sunt. Concupiscentia enim ubi locum nacta est, &

sedem

Sedem in animo nostro vacuam reperit, peccatum creat: peccatum postea mortem parit: nisi ea ex animo nostro penitus eradicata, secundæ uitæ nobis initium fecerimus.

Ne erreis fratres mei dilecti. Omnis datio bona, & omne donum perfectum, desuper est, descendens à patre luminum.

Posteaquam diuinam naturam satis demonstrauit, neque ipsam idoneam esse ut tentetur, neque alijs temptationes exhibere (appellat enim hic temptationes, cogitationes eas quæ constantiam & tranquillitatem animi confundunt ac turbant: nam quæ à Deo mittuntur temptationes, non turbare, sed sedare animum atque illuminare consueuerunt, ita ut pulchritudinem eius apud plerosque alios etiam celebrem atque admirabilem reddant) posteaquam igitur mala non exhibere Deum ostendit, subiungit, omne bonum perfectum à Deo esse, qui pater luminum est & illustrationis: eò quod quæ à nobis afferuntur, ea neque perfectionem nisi cum multa imperfectione coniunctam habeant, neque animam illuminent. Quomodo enim esse perfectum potest id, quod ab illis proficiuntur, qui eatenus sunt perfecti, quatenus progrediuntur? & uix multo cum labore deformitatem ex generatione contractam expurgantes, ad illustrationem diuinam perveniunt?

Apud quem non est uicissitudo, aut mutationis adumbratio.

Mala.3 *Ipse enim clamat per prophetam: Ego sum, et non immutor. Quod uero inquit, mutationis adumbratio, id significat, ne suspicione quidem tenus ullam in eo esse alterationem.*

Volens procreauit nos uerbo ueritatis, ut essemus creaturarum suarum primitiae quedam.

Volens, inquit, aduersus eos qui mundū hunc fortuitō et ex se se necessariō constituisse nungantur. Nam cū dixisset, apud quem non est uicissitudo, atq; ex eo Deum mutatione omni carere ostēdisset, subiungit, uolens ipse Deus, id est, uoluntarie nos procreauit, et nos sumus mutationibus obnoxij. Si enim sumus procreati, alterationibus quoq; obnoxios nos esse manifestum est. Quo pacto enim carere alteratione id potest, quod ex eo quod non erat, ex alteratione in esse productum est? Quia uero dixerat, procreauit nos, ne quispiam existimare posset filium etiam simili modo ut nos, Deum progenuisse, addidit, verbo ueritatis: omnia enim, ut diuus Iohannes

Iohn.1 inquit, per filium facta sunt. Quod si per ueritatis uerbum producti in uitam sumus, et esse ipsum à uerbo habemus, congeniti esse illi à quo sumus, nullo modo possumus. Nos autem procreauit, inquit, ut essemus primitiae, id est, primi atq; honoratissimi inter creatureas eius. Creatu-

ras autem hic uisibiles tantum res creatas uocat.

Quare fratres mei dilecti, sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus ad loquendum, Pro.17 tardus item ad iram: ira enim uiri, iustitiam Dei non efficit.

Velocitas hæc non ad simplicem auditionem refertur, sed ad operosam auditionem, cùm simul atq; audiuist alius, ad ea quæ imperata sunt, aggredienda incitat. Intelligit enim de eo, qui sacerdos ita ijs quæ dicuntur aures adhibet, ut ad operem ea implenda promptum se praefet. Quemadmodum ē cōtrario tardum eum uocat, qui differendo semper tardē se gerit, et prorsus ab agressione rei interdum se abstinet. Ideo ad diuiniorum mandatorum disciplinam, celeritatem: ad ea quorum periculosa tractatio est, tarditatem precipit. Periculosum autem est loqui, et irasci: nam et temeraria loquutio, et inconsiderata ira, non in bonum finem quandoq; euadere consuevit. Unde etiam diuinus quidam uir inquit: Eum qui loquutus est, sèpe pœnituit: qui tacuit, nunquam. Et beatus etiam David: Irascimini, inquit, et ne Psal.4 peccatis: id est, ne irascentes statim furorem qui ab ira suggestur, effundatis. Quibus cōsentanea etiam hæc sunt. Nam et in loquendo tarditas, et in irascendo lentitudo efficit, ut ad rectum et opportunum opus cunctando reducamur: atq; ex consideratione quæ per moram fit, concitatus

animi impetus uel omnino resoluatur, uel sicut res postulat, cohibeatur ac moderetur, & praecipue iræ, que cum inconsideratè effertur, e iustitia Dei nos exturbat. Propterea enim causam hanc subiungit, Ira, inquiens, uiri iustitiam Dei non efficit. Nam si iustitia est habitus in anima nostra, qui quod unicuique conuenit, pro dignitate distribuit: ira autem, ut Scriptura inquit, prudentes etiam ipsos perdit: qui fieri potest, ut que nimis perturbatione mentem obtenebrando prudentes etiam perdit, uirtutem illam constituant, que iusto cum iudicio unicuique distribuit quod suum est: Vult igitur ut dupliciter tarditatè exerceamus, & in loquendo uidelicet, & irascendo: quippe cum facere cunctatio soleat, ut ab incitatione atq; impetu abstineamus.

Pro. 15 Propterea deposita omni sorde & redundantia uitij, in mansuetudine admittite insitū uerbum, quod saluas facere animas uestras potest.

Vbi dixit, sorde, subiungit, & redundantia uitij: ut significet, si quis sepe in sorde aliquam incidit, eum debere statim ab ea se abstrahere, & non immorari & redundare in ea: ne si inueterauerit, ex consuetudine stabilius uitium, atque inherentius reddat: cum ea que aſſidue nobis & abundanter fiunt, in naturam euadere, id est, nature habitum acquirere consueuerint. In mansuetudine autem inquit, quia in tranquillitate, non

in tur-

in turbatione & tumultu, doctrina admittitur. Insitum autem uerbum, id est, ἀντρεύ, quod græcè tam uerbum quam rationem significat, rationem hic appellat, qua quod melius est, ab eo quod est peius, discernitur: qua etiam ἀντινοῦ, id est, rationales & sumus & dicinur.

Estote autem effectores uerbi, & non auditores tantum, fallentes uosmetipos. Mat. 7
Rom. 2

Quia scit eos etiam qui diligenter admodum uerbum audiunt, sè penumero etiam inter audiendum seruorem illum solere extinguere, ideo hæc subiungit, quasi ita consulat: Ne in audiendo tantummodo studium et diligentiam præ uobis feratis, sed in agendo multò magis. Quod autē inquit fallētes, id est παρανοήσθε, id est, rationibus & captionibus seducētes, id est quod decipientes.

Quoniam si quis auditor uerbi est, & non effector, is similis uiro est, qui faciem generationis suæ in speculo contemplatur.

Cum quis per legem seipsum agnoscit, faciem is generationis suæ contemplatur. Per legem enim quales nati sumus, cognoscentes, quam absolutos & perfectos spiritualis lex regenerationis lauacro nos reddat, consideramus. Deinde cum per actionem in sp̄ectatione hac non persistemus, fit ut gratia etiam ipsius acceptæ obliuiscamur. Qui enim actionibus prauis se dedit, neque se beneficijs à Deo fuisse affectum meminit: si enim meminisset

minis̄set se adoptatum in filium, & iustificatum,
& sanctificatū à Deo fuisse, quæ spiritualia pro-
feciō dona sunt, ne quaquā operibus quæ irritam
gratiam faciunt, se dederet.

Contemplatus enim seipsum est, & abiit, &
statim oblitus est qualis erat.

A materiali hoc speculo ad intellectualē, ora-
tionem transfert, cum tamen redditionem nullam
comparationi huic subiungat. Integra enim atq[ue]
explicata comparatio in hunc modum fieri debe-
bat: Si quis auditor uerbi est, & non effector, is
similis uiro est, qui facie generationis suę in spe-
culo contemplatur: sicut enim ille contemplatus
seipsum, abiit, & statim oblitus est, qualis erat:
sic iste qui per legem Moysis cur natus sit, consi-
derauit, ut gloriam Dei uidelicet consequatur,
& ad imaginem eius qui ipsum creauit, postea
ubi id fecit, nihil ex ijs quæ considerauit, opera-
tus est, sed eodem modo quo ille, circa considera-
tionem est affectus. Hoc pacto uti oratione opor-
tebat. Sed non temere tamen Domini discipulus
Iacobus concisi & breuiter omnia loquitur, ut
Rom.9 pote concisi & abbreviati uerbi discipulus: si-
mul, ut auditorem colligat, & ad h[oc]c non negli-
genter audienda attentum ac studiosum reddat.

Qui uero prospexit in legem perfectā, quæ
est libertatis, et permanuit, hic cūm non auditor
obliuio-

obliuionis, sed operis effector euaserit, is bea-
tus in effectione sua erit.

Qui prospexit, dixit, id est, παρενθάσ, quasi
qui transpexit per transitum, & non qui ingre-
sus est: proptereā quod spiritualis lex cūm unde-
quaque expetibilis sit & admirabilis, uel ex ipso
breui occursu allicere ac perficere homines solet:
cumq[ue] perfecta & in omnibus absoluta ab omni
dubitacione circa ipsam hominem remoueat, ut
persistat in ijs quæ contemplatus quispiam est, e-
tiam persuadet. Addit autem, perfectam, eō quod
Iudei de obseruationibus legis gloriabantur, sc̄q[ue]
in ijs omnia quæ ad Dei pietatem spectabant, ex-
equi existimabant: in ijsq[ue] solis uersantes sicut se
sibi perfectionem comparare opinabantur, ita re-
liquos homines cōtemptu & exprobratione pro-
sequebantur: quemadmodum ex Phariseo per-
spicuum est, & ijs quæ in Euangeliō arroganter
loquitur. Hanc opinionem ut reprimat beatus Ia-
cobus, h[ec] inquit. Nam cūm operum effectoris
mentionem fecisset, eunq[ue] beatum prædicasset,
statim malum id ac uitium quod apud plerosque
in effectione oboriri solet, corrigit, atque ait: Ne
existimes tu qui beatitudinem ex effectione legis
es consequitus, solam eam esse quæ te acceptum
Deo reddit: non enim est: sed ille gratius Deo est,
qui & facit legis opera, & alijs non exprobrat,
neg[re]s insolenter & inhumane erga cognatos suos
se gerit.

se gerit. Præterea ubi dixit, legem perfectam, addit, quæ est libertatis, ut libertatem eius præcipue celebret, insignemq; faciat. Lex enim Christi cùm à seruitute nos omnium carnalium auget, à sabbatismis, à circuncisione, ab alijs purificationibus & ceremonijs, in libertate & relaxatione horum omnium hominem constituit: ex libertatem, eiusq; suavitatem ita allicit, ut attentus & studiosus effectus, obliuione, quæ honesta omnia labefactat ac turbat, omni prorsus uacet: quippe cùm nihil sit, quod ad rei alicui ita incumbendum inducat, quam cùm quis se in eali berum & omni seruitute absolutum conspexit. Hunc etiam beatum esse prædicat. Auditioni autem adiunxit obliuione, cùm inquit, auditor obliuionis, eò quòd si auditio effectione caruerit, nullū negotiū est, quim obliuio etiā subsequatur, cùm ocoiosa auditio, et sine opere permanferit.

Si quis uidetur esse religiosus inter uos, non refrenans linguam suam, sed cor suum decipiens, huius uana religio est.

Religio, quam ὁ φωνεῖν græcè dicit, amplius quid quam fides, uidetur continere: arcanorum enim quorundam cognitionem, & rerorum quæ in fide considerantur, firmitatem ac stabilitatem non men ipsum significat. Vnde etiam beatus Iacobus nunc uerbo hoc est usus, ὁ φωνεῖν, inquiens, id est, religiosus: perinde ac si dicat: Cognitorem arcanorum

canorum quæ in lege sunt, & exactum obseruatorum te putas? quo pacto? cùm linguam refrenare nescias, & contra proximum loquaris, & superbe uiuens nemini indigenti miserearis? cùm lex non modò contra proximum loquentem non admittat, uerum etiam inimicis misereri iubeat, ut si cui etiam ex inimicis iumentum sub pondere Exo. 23 grauatum ceciderit, ei opem ferre quoq; præcipiat. Si igitur esse religiosus uis, non in cognitione legis, sed in effectione religionem præteferas: id autem est proximis, atq; alijs hominibus misereri. Misericordia enim erga proximum est, quæ similes nos Deo facit. Estote enim, inquit, misericordes, sicut & pater uester cœlestis misericors est. Atque hæc misericordia in personarum acceptione non sit: siquidem neg; ipse Deus diuisua beneficia exhibet, sed indistincte omnibus, diuitibus, pauperibus, prauis, bonis, benefacit. Refrenans autem, inquit, id est, coercens & prohibens: & non ex opinione quam de se habet, quasi effector legis sit, conscientiam suam decipiens: id enim hic cor uidetur significare: sicut Psal. 50 etiam ibi, Cor contritum & humiliatum.

Religio pura & immaculata apud Deum & patrem hæc est, inuisere pupillos & uidas in afflictione ipsorum.

Fortasse dicet quispiam: Si testamenti Christi doctor est Iacobus, cur nunc non tollit ea que sunt

sunt legis, sed magis extollit ex laudat, dum eos qui in legis religione uersantur, non modò non reprehendit, & ab obseruatione legis non remouet, sed admittit atque approbat? Cui respondendum est, Apostolum introductionis in modum ipsos alloqui, & imbecillitati ipsorum aliquantulum indulgere, ne si à principio & primo ingressu legem sustulerit, nouitate doctrinæ fastidientes, & non credentes, retrocedere cogat: sed cum dispensatione quadam tractare rem, ut legalibus ceremonijs cedendo, quantum ad nouum testamentū nulla peruenire laſio poterat. Quid enim sabbatismus, aut iejunium, aut abstinentia à cibis, fidei Christi nocumentum afferebat? Atq; ita attentiores eos sibi reddendo, paulatim & sensim abstinere à legalibus moneat, utpote quæ laboriosa sint & inutilis, & ad seruitutem, non ad libertatem quæ in Christo est, deducant. Sapienter igitur paucis primum usus mutationibus quando non ægreferre eos uerba hec animaduertit, tunc Christianis conuenientia postea subiungit.

Et immaculatum seipsum à mundo conseruare.

Mundum hinc popularem & confusaneam turbam intelligendum est, quæ ex concupiscentijs deceptionis eius corrumpitur.

De

De charitate erga unumquenq; absq; acceptione personarum: non ex fide sola, sed ex ope ribus quoque hominem iustificari.

Caput II.

FRATRES MEI, ne in personarum acceptione Leui.19 Domini nostri I E S V Christi gloriae fidem Deu.1.16 habeatis. Si enim ingressus in cōgregationem Pro.24 uestram fuerit uir aureis annulis & ueste splendida ornatus, ingressus sit & pauper ueste solidida indutus, & respexeritis ad eum qui ueste splendidam gestat, & ei dixeritis, Tu sede hic bene: & pauperi dixeritis, Tu sta illic, uel sede hic sub suppedaneo meo: & non dijudicati estis in uobisipsis, & facti estis considerationum prauarum iudices.

Qui in personarum acceptione aliquid facit, multa sorde & multis maculis seipsum inficit: quippe cùm cognatos suos cōtemnat, inò potius seipsum. Siquidem opprobrium quod erga similem sui quispiam facit, in ipsum illum qui facit, redundat. Cum uero inquit, & non dijudicati estis, ET coniunctio uacat, id quod prisca loquitione consuetum est. Nam sententiæ huius redditio cùm hucusq; pertineat, sine ET ita dici debebat: Si ingressus fuerit ad uos diues, & ingressus sit pauper, &c. non dijudicati estis, id est, dijunctionē et discretionem uestram corruptis, cùm nullam considerationem habueritis, uter magis honorandus sit, pauper qui bonus sit, an diues malus: sed

T

ita inconsideratē, & in personarum acceptione
hunc ob diuitias honore, illū ob paupertatē con-
temptu estis prosequuti: & facti estis prauarū con-
siderationū iudices, dū prauas cōsiderationes ele-
gisti, iudicādo hunc honore, illū cōmēptū esse di-
gnū, cū tamē utriq; eiusdē naturæ sint creaturæ.

Audite fratres mei dilecti, nonne Deus pau-
peres mundi huius elegit, diuites in fide, & ha-
redes regni, quod promisit Ihs qui ipsum dili-
gunt? Vos autem contempstis pauperem.

Quoniam paupertas pleriq; uel ipso nomine
molesta esse consuevit, propterea ubi dixit, pau-
peres mundi huius, statim adiunxit, diuites, id
est, qui quidem diuites sunt. Quia in re? In fide. Ita
enim res se habet. Cum nang; pauperes circa res
mundanas minus distrahabantur, fit ut cumprimū
ad fidem accesserint, efficaciores, & ad agendum
feruentiores quam diuites sint. Vnde etiam Do-
minus tales discipulos elegit, quos etiam regni
hæredes constituit.

Leui.19

Mat.22

Mar.12

Rom.13

Gal.5

Leui.1

Deut.1.16

Mat.5

Nonne diuites dominatu contra uos utun-
tut, & ad iudicia uos trahunt? nonne ipsi pul-
chro nomini maledicunt, quod inuocatum est
supra uos? Si legem quidem perficitis regiam
iuxta scripturam, Diliges proximum tuum si-
cū te ipsum, recte facitis. Si uero personas acci-
pitis, peccatum cōmittitis, à lege tanquā trans-
gressores redarguti.

Pulchro

Pulchro nomini, id est, nomini nouo, iuxta pro-
phetam, qui ait: Iis autem qui seruiunt mihi, uo-
cabitur nōmē nouum, quod super omnem faciem
terre benedicetur. Cū autem inquit, iuxta scri-
pturam, Deuteronomium intelligit.

Quicunq; enim totam legem obseruarit, in
uno autem offendit, omnium reus est esse-
tus. Qui enim dixit, Ne mœcheris: dixit etiam,
Neoccidas. Si uero non mœchatus sis, sed oc-
cideris, legis transgressor factus es.

Hoc de charitate dixit, ob quam totam à prin-
cipio hucusque orationem produxit. Quod uero
dixit, ne mœcheris, ne occidas, exempli causa di-
ctum est. Vide autem, exempla quoque ex lege
esse, quae ad charitatem conductit. Qui enim per-
fecte amat proximum, is neq; mœchabitur, neque
occidet: quippe cū ita se gerere erga proximum
inimici hominis prorsus sit. Nam si ita non intel-
ligamus, nullus homo esse saluus posset, cū ne-
mo sit, qui in nullo prorsus mandato deficiat.
Qui enim (uerbi causa) castitatem seruat, ira
quandoque inferior est. Qui item misericordia
et erogatione est illustratus, obtrecentione inter-
dum obscuratur. Quapropter non de eo qui nulla
in uirtute deficiat, dictum hoc est, sed de charita-
te tantummodo, quod non oporteat personas ac-
cipiendo in ea deficere, sed integrē eam exercere.
Idem de alijs uirtutibus dici potest: qui enim tem-

Esa. 65

perantia puta, aut iusta non perfecte exercet, sed in eorum usu deficit, is cum in tractatione eorum claudicet, totum atq; uniuersum uirtutis corpus labefactat ac ludit. Totam igitur legem charitatis intelligendum est, de qua præcipue ipsi loqui propositum est.

Ita loquimini & ita facite, tanquam per legem libertatis iudicandi. Iudicium enim misericordia vacans illi erit, qui misericordiam non fecerit. Misericordia autem contra iudicium gloriatitur.

Legem libertatis eam appellat, quæ acceptio personarum caret, quæ Christi est. Personarū enim acceptor non est liber, sed seruus: quippe cum ab ea re in seruitutem redigatur unusquisque, à qua superatur. Si peccata igitur in nos commissa proximis remiserimus, & ex bonis nostris aliquid indigentibus participauerimus, misericordiam etiam nos postea à Deo in iudicio consequemur. Magnum enim bonū id esse existimatur. Quemadmodum ē contrario graue admodum peccatum illis imputatur, qui inclementer erga cognatos se gerunt. Eos enim qui remitttere proximo peccata in se commissa sine ulla misericordia nolunt, pra-

Mat. 18 ui illius serui condemnatio opprimet, una cum retributione, quam sibi fieri quotidie in oratione

Mat. 6 à Deo precantur. Ibi enim remitti nobis à Deo

Luc. 11 petimus peccata nostra, sicut & nos illis remitti-

mus,

mus, qui in nos peccauerunt. Illis item qui erga corporali auxilio indigentes inclementer & asperre affecti sunt, iudicium Dei misericordia omni uacans occurret, quemadmodum hīc inquit: gloriatitur enim contra iudicium misericordia: id est, quod uno uerbo græcè dicitur, *λαληνανχάται*, id est, superexulat, debellat, obtundit, ac uincit. Misericordes enim, ut Domini sententia prefinit, mi Mat. 5 sericordiam cōsequentur. Nam si idololatris delere peccata misericordia erga pauperes potest, ut apud Danielem audiuiimus, fidelibus homini- Dan. 4 bus quid non efficiet? Ac mihi quidem tale quid huiusmodi misericordia uidetur efficere, quod athletis & certatoribus oleum corpori illiū p̄fstat: sicut enim illud facit ut aduersariorum prehensiones facile elabantur, sic etiam in uniuersali totius mundi iudicio misericordia qua in proximum usi fuerimus, nobis exhibebit ut ab accusatoribus nostris dæmonibus illatas criminationes subterfugiamus, atq; euadamus. ALITER: Cū inquit, iudicium enim misericordia vacans, &c. aduersus eos dicit, qui ex nimia asperitate erga ignobiliores in personarum acceptione contemptum p̄se ferunt: mollire enim durtiam & afferitatem eorum uult, dum sententia hac eos terrefacit, quasi in hunc modum dicens: Lex amare proximum iubet sicut seipsum: quemadmodum igitur erga seipsum personarum acce-

ptione utitur nemo, nisi insanus ac demens sit: ita neque tu personas respicias. Quod si ex in- clem- entia & duritia ad personarum acceptationem delaberis, time ne etiam tu eadem à iusto iudice postea consequaris, misericordiamq; eius tibi ip- si excludas.

Quæ utilitas est fratres mei, si fidem dicat se habere quispam, & opera non habeat? Nun- quid saluū facere ipsum fides potest? Si autem frater aut soror nudi sint, & quotidiano ali- mento indigeant, & dicat aliquis uestrum ip- sis, Ite in pace, calefatis & saturemini: & ne- cessaria corpori ipsis non dederitis, quæ utilitas erit?

Vide spiritualem prudentiam: non enim dicit tamquam, si fidem habeas, sed, quæ utilitas est? per- inde ac si dicat: Ostende mihi rem ex qua tibi in- esse appellationem hanc deprehendam: hæc enim utilitas fidei est.

Sic & fides nisi opera habeat, mortua ex se est. Sed dicer quispam: Tu fidem habes, & ego opera habeo: ostende mihi fidem tuam, & ego ex operibus meis fidem meam tibi ostendam. Tu credis Deum unum esse? bene facis: & dæ- mones credunt, & horrent.

Rom.3 Non contradicit h̄ic beato Paulo, cùm duo- bus significatis nomen fidei accipiatur. Nam & de simplici rei, quæ appetet, consensu fides dici confuerit,

confuerit, quomodo etiam dæmonas credere ui- demus, Christum filium Dei esse: & ex affectu affequatio, atque obtemperatio cum firme con- sensu, fides appellatur. Jacobus igitur simplicem confessum mortuam esse fidem dicit, quippe quæ operum uiuificantiū expers fit. Paulus eam fidem intelligit, quæ sane operibus nunquā caret, quip- pe cum honestorū operū uacuo animo inferi nul- lo modo possit: nam neq; Abraham eam fuisse sequutus, nisi prius paternam depellere impieta- tem decerta esset, cui certamini postea fides quasi premium subsequuta est. Hanc Paulus operibus anteponit, id est, ueteris legis operibus, sabbatis- mis, circuncisioni, cæterisq; huiusmodi purifica- tionibus. Duo enim etiam operum significata si- mili modo habentur. Nā opera dicuntur, & quæ fidem confirmant, quibus si careat fides, mortua est: & quæ sunt legis, sine quibus & Abraham, & omnes Christiani iustificantur. Nam fidem, quæ uera scilicet fides est, impuro homini nō con- tingere, quis negabit? Sicut enim neq; in coeni ple- no uase preciosum unguentum conseruari potest, ita neque in impurgato hominis animo fides Dei inolescit. Non igitur dissentunt inter se diuini hi Apostoli, sed circa diuersum significatum utriq; verfantes, propositum suum exequuntur.

Vis autem scire, o homo uane, fidem sine o- peribus mortuam esse?

*Gen.15
Rom.4*

Hominem unum appellat eum qui simplifici fide gloriatur, quæ nulla operum subsistens completur.

- Gen. 22** Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, cum Isaac filium suum ad aram obtulit? nonne uides fidem operibus ipsius cooperatam fuisse, & ex operibus fidem fuisse perfectam? & expletam esse scripturam, quæ dicit: **Gen. 15** Credidit Abraham Deo, & imputatum ipso in iustitiam est, & amicus Dei appellatus est. **Rom. 4** Videlicet ne igitur ex operibus iustificari hominem, & non ex fide tantum? Simili modo quoque **Gala. 3** Raab meretrix cum nuncios exceperisset, & alia via elecisset, nonne ex operibus iustificata est?
- Iosue 2**

Paulus & Iacobus hic eodem hoc exemplo Abraham utiq; utuntur: alter, ut fidem operibus esse præstantiorem: alter, ut opera fidem excelle-re demonstret. Dicuntq; superius est utrumq; diuerso significato fidei uti, atque ita prout res de qua agunt, postulat, loqui. Nonnulli tamen patres sunt, qui de hoc ita sensiunt. Aiunt enim eundem Abraham distinctum temporibus, utriusque fidei esse posse exemplum: & eius quæ ante baptisma est, quæ opera minime requirit, nisi consensum solum & confessionem salutis, & uerbum quo credentes in Christum iustificamur: & eius quæ baptisma subsequens connexa necessariò etiam opera habet: ita ut nihil contrarij habere videatur,

videatur, qui in Apostolis loquutus est spiritus, cùm altera fides sit quæ antecedit baptisma, quæ per confessionem solam accidentem ad ipsam hominem iustificet, etiam si statim è uita excederit: ei enim qui ita celeriter post baptisma moritur, nulla adsunt opera, sed satis idoneum uiaticum est, quæ per baptisma facta est expiatio: altera autem quæ baptisma subsequitur, quæ à iam baptizato etiam bonorum operum demonstrationem requirat, atq; exigat. Cui rei Paulus etiam ipse cōsensit, cum alibi doceat, hanc quæ post baptisma subsequitur fidem, perfectionem ab operibus requirere, ubi inquit: Neq; circuncisio quicquam Gal. 5 ualeat, neq; præputium, sed fides quæ per charitatem operatur: charitas autem ut expleatur, multa actione, & uitæ tolerantia indiget. **A LITER:** Iustificationis ex sola fide, exemplo Abraham est, quando ubi credidit, imputatum ipso ad iustitiam est. Iustificationis uero ex operibus, quando filium suum ad aram obtulit. Etenim non opus tantummodo fecit, uerum etiam à fide non defecit, quod in Isaac semen suum multiplicandum sicut stellæ, esset: cōsiderans potentem esse Deum, ut etiam ipsum suscitare à mortuis posset. **Dauid Rom. 4** quog; Paulus producit testem, sua sapienter confirmans. Nouerat enim diuino spiritu futuram in Christo fidem, atq; idcirco ait: Beatus uir cui non Psal. 31 imputauit Dominus peccatum.

Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est,
ita & fides sine operibus mortua est.

- Mat. 25** De fide post baptismū loquitur. Nihil enim prodest fides, quæ operibus caret, nisi quod gravioris peccati reos nos facit, propterea quod cum talentum accepimus, lucrum non afferamus. Vnde etiam Dominus, ut nobis exemplo confirmaret, post baptismū operibus quoq; nobis esse opus, ipse statim ubi à Ioanne fuit baptizatus, in desertum abiit, & certamen cum diabolo subiit.
- Mar. 1** Paulus quoque ijs qui iam mysterijs digni habiti sunt, consulit, dicens: Studeamus ingredi in illam requiem: quasi non sufficiat fides, sed adiungi etiā puritas uitæ debeat, multumq; studium huic adhibendum sit.
- Luc. 4** Pro. 12 Ob peccatum labiorum in laqueum incidit peccator: nunquid ille qui dedita opera peccat, dum lingua ea docet, quæ experientia non didicit, ineuitabile Dei iudicium effugiet?
- Hebr. 4** Si quis in sermone nō offendit, is perfectus vir est, qui freno moderari eiā totū corpus possit.

De petulantia atque immoderata linguae malo:
de mutua conuersatione bona, & sine
contentione: de sapientia hu-
mana & diuina.

Cap. III.

- Mat. 21** NE multi magistri efficiamini fratres mei, scientes maius iudicium accepturos nos esse: in multis enim omnes offendimus.

Cum superius dixerit, & docuerit fideles non inanem operum bonorum fidem habere, transit nunc ad alterum affine huic documentum. Nam cum nonnulli docere ea aggrediantur, quæ ipsi nō exequuntur: huiusmodi homines præterquam quod

quod nihil lucrantur, maius quoq; iudicium, maioremq; condemnationem sibi acquirere ait. Qui enim ea quæ in se non sunt, quasi sint, docet, damnationi obnoxius est, utpote qui sua ipsius lingua offendat, &c labitur. Hocq; ex superabundanti probatione confirmans, inquit: Si enim quando etiam temerē ex incuria lingua labitur, homo iudicium non effugit, ut Salomon afferit, cùm dicit:

Pro. 12

Ob peccatum labiorum in laqueum incidit peccator: nunquid ille qui dedita opera peccat, dum lingua ea docet, quæ experientia non didicit, ineuitabile Dei iudicium effugiet?

Inevitabile esse ut homo aliquis sine peccato traducere uitam posset, ex lubricitate linguae confirmat, atque ex hac eadem neminem esse perfectum ostendit. Quis enim est qui lingua sua non peccet? Quod si quis est qui linguae lubricitatem superet & cohibeat, quo pacto is non etiam totū corpus in gyru ducere optimè poterit? Qui enim quod facilius ad labendum est, superarit, in id quod est segnissimum, multò melius dominabitur.

Ecce equorum frena in ora iniçimus, ut obedient nobis, & totum corpus traducimus. Ecce & naues tantæ cùm sint, & ab asperis uentis agantur, ex minimo gubernaculo traducuntur, quocunq; dirigentis impetus uoluerit.

Constru-

Constrūctio ita facienda est: In ora equorum frena inīscimus. Hęc autem dicit, ut confirmet ea quae de lingua dicta iam sunt: eum uidelicet qui si cilem ad labendū rem superat, diffīciliorem etiam esse cohibitūrum. Obiectiōnēm uero hic soluit, quae ita inferri uerisimiliter potuisset: Sed quis labor est membrum ita exiguum moderari ac gubernare? uel quodnam à minima hac particula effici dāmmum potest? Hęc ex freno, & gubernaculo, & scintilla cōprobat, quae parua cūm sunt, magna tamen quēdam efficiunt.

Sic & lingua paruum membrum est, & magna iactat. Ecce exiguis ignis quātam syluam incendit. Et lingua ignis est.

Id est, eodem modo lingua moueri ac duci debet bene, quae cūm exiguum membrum sit, magna tam bona, quam mala efficit. Non explicauit autem ita sententiam, quia qui hęc scribit, conciſt

Rom. 9 ac breuiati uerbi discipulus est. ALITER:
Hęc quoq; de eo dicit, quod non temere mouenda lingua sit, sed ad meliora traducenda. Quēdammodum enim & equi ferociam freno, & nauigij impetu gubernaculo cohibemus ac moderanur: ita & linguam in id quod ex recta ratione est, traducere debemus. Hoc enim significat quod inquit, sic & lingua, id est, sic & lingua recta ratio ne traduci ad bonum debet: & non permittendū est, ut ea quae faciat, faciat: parua enim cūm sit,

magna

magna quēdam facit, unde etiam magnum nobis incendium excitat, cūm ipsa quoq; ignis sit.

Mundus iniustitiae. Sic lingua constituta est in membris nostris, maculans totum corpus, & inflammans rotam generationis, & inflamma ta à gehenna.

Mundum hęc nonnulli intelligi uolunt multitudinem, quemadmodum ibi: Mundus eum non *Ioa. 12* cognouit, id est, vulgaris turba & multitudo. Mundus igitur etiam lingua est, id est, multitudo iniustitiae. Alij mundum pro ornatu accipiēdum putant, quod græcē clarius patet: *λόγος* enim præcipuo suo significato ornatum significat: dicuntq; hi, cōmemorare hęc Apostolum quēnam sint ea, quae faciat lingua: & dicere, ornatius iniustitiae est, hoc est, iniustitiam exornat atq; instruit, lingua facunda, oratorum eloquentia: maculat corpus, dum illecebris & blanditijs mulierculas ad libidinem inducit, dum cædes decipiendo efficit, dum peierando aliena usurpat: & deniq; inflamat rotam gehennæ, id est, incendit, & contra nos gehennam iritat, ac facit ut quasi rotetur ac deuoluatur in nos gehennæ ignis. Sed & ipsa, inquit, inflammatur à gehenna, ut ex diuite perspicuum est, cuius lingua torrebatur: lingua enim, & non alia parte, præcipue cruciabatur, eò quod ea ad uoluptuosorum dapium gustatum, & petulantem nugacitatem usus præcipue fuerat. *Luc. 16*

fuerat. Si legamus, rotam gehennæ, quemadmodum in nonnullis exemplaribus reperitur, ita explanabimus. Si uero, rotam ~~curvior~~, id est, generationis, ut in plerisq; codicibus habetur, uitam nostram significari per rotam generationis dicemus. Inflammans igitur rotam generationis uitam nostram maculat, dum temere et petulantiter mouetur: unde uita nostra exasperatur, id est, tempus uite nostræ: quod lyricus noster coronam e-

Psal. 64 tiam appellauit, coronam anni, inquiens. Corona autem et rota nihil, quantum ad orbicularem et circularem formam attinet, inter se distant. Rota autem uita dicitur, ut pote quæ in seipsum revoluatur. Sic igitur mota lingua, ut superius diximus, uitam nostram ita maculat, ut sordidam ac luctuosam eam reddat. Quocirca sic lingua rectaratione regatur, ac gubernetur: licet enim sit uel mundus iniustitiae, ad popularem turbam et vulgarem spectans, uel ornatus iniustitiae, et maculet totum corpus, et inflammet uitam nostram, et inflammet à gehenna, non difficile tamen est eam ita tractare, ut aptè et cum ratione mouetur: id quod ex sequentibus manifestat, cù inquit:

Omnis enim natura ferarum, uolucrum, reptilium, & marinorum domatur: & domita est à natura humana: lingua uero domare homo nullus potest: incoercibile malum, plena ueneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum & patrem,

D. IACOBI, CAP. III. 303
trem, & in ipsa execramur homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt.

Si omnis natura ferarum, uolucrum, reptilium & marinorum à natura humana et domatur, et domita est, nunquid linguam, quia incoercibile malum, quia ueneno mortifero plena est, domare nullus homo potest? Non sanè: si enim indomita est, et nunquam in melius uergit, quomodo ipsa Deum & patrem benedicimus? Et ipsa homines execramur: ecce enim ad uoluntatem utentis transfertur. Sed haec, fratres mei, fieri non debent: nam si ipsa Deum benedicimus, nonne decus est, si hac eadem homines ad Dei similitudinem factos maledicamus? An iustum est, ut ex eodem ore et benedictio et detestatio egrediatur? Non profectò. ALITER: Cum dixerit et ostenderit, freno et gubernaculo quæ parua sunt, si bene dirigantur, magna effici: et cum subiunxerit, sic et linguam esse rectaratione et recto sermone moderandam: nunc se non ea quæ fieri non possint, iubere, exemplis his declarat, perinde ac si ita diceret: Sed si dicat quissiam, licet exiguum membrum sit lingua, cum magna tamen faciat et mala et bona, non esse ad ea quæ uolumus, obedientem ac tractabilem posse: nullam is excusationem affert. Nam si homo longè alienus à natura sua feras et uisu horribiles, et tristatu horribiliores sibi subjicit ac domat, nonne membrum

membrum suum domare multò facilius poteris.
Nam cùm inquit, linguam uero domare homo nullus potest: non enunciando, sed interrogando legendum est, ut sensus huiusmodi euadat: Si feras seuas cicurat & mansuetas facit homo, nunquid linguam suam domare non potest? Si enim enunciatiua oratione legas, procedendo non rectè uti Iacobus monitione ea uidebitur, cùm inquit, non oportet fratres mei hæc ita fieri. Nam si fieri non potest ut componatur & moderamen accipiat lingua, qui ea quæ fieri nequeunt, consultit, non rectè consuluit. Quod uero dicit, incoercibile malum, plena ueneno mortifero, enunciatiuē proferendum est: intractabilitatem enim lingua augent. Cùm uero postea subiungit, ex eodem ore benedictio & execratio egreditur, per interrogationem legendum est: increpatis enim oratio est, & monentis, omnibus nos benedicere debere: conuicio si enim regnum Dei non hæreditabunt. Nonne turpe est, ut eodem instrumento & uitij & probitatis ministro utamur? Nemo profectò sanæ mentis est, qui ex coenam & unguentum preciosum eodem instrumento agitat. Preces effundis ad Deum? ne execreris inimi

2.Cor.6

cum: obsecratio enim & execratio multum inter se distant. Nisi ei remisceris peccatum, qui te offendit, neq; tibi quidpiam remittetur. Imò contra te ipsum imprecari deprehenderis, quando pre-
caberas

caberas tibi debita tua remitti, sicut & tu remittis debitoribus tuis. Cæterum operæ premium est, ut facilioris intellectus causa totum hunc locum paucis quibusdam adiunctis hic subiçciamus, in hunc modum. Ecce frena in equorum ora iniiciimus, ut obedient nobis: atque ita totum corpus eorum traducimus: ecce & naues cùm tantæ sint, & ab aperitis uentis agantur, minimo gubernaculo traducuntur, quoquaq; impetus dirigentis uoluerit: ita igitur & lingua traducatur recto sermone: id quod sanè difficile non est: omnis enim natura ferarum, & uolucrum, & reptilium, & marinorum, ab humana natura & domatur, & domita est: quod si ita est, linguam domare nemo poterit: non profectò.

Ex eodem ore benedictio & execratio egreditur: nō oporteret, fratres mei, hæc ita fieri. Num quid fons ex eodem foramine dulcem & amaram aquam scaturit? Nunquid potest, fratres mei, fucus oleas facere? an uitis ficos? sic nullus fons saltam & dulcem facere aquam potest.

Ex eodem ore, quod tali sacrorum institutio ne dignatum fuerit, nihil amari atq; insuavis emitatur.

Quis sapiens & sciens inter uos? ostendat ex bona conuersatione opera sua in mansuetudine sapientia. Quod si xæmulationem amaram habetis, & cõtentionem in corde uestro, ne glo-

riemini & mentiamini contra ueritatem. Non est hæc sapientia desuper descendens, sed terrestris, animalis, dæmoniaca. Vbi enim æmulatio & contentio, ibi conturbatio, & omne prauum opus est.

Cum cupidi imperij sint homines, & sapientia mundi huius glorientur, ex contentione & æmulatione bonorum magistrorum prædicabat, ac turbas congregabat, inuidiaq; agitati diuinis humana interferebant, ut rerum nouitate magis auditores allicerent: unde & hæreses exortum habuerunt. Vbi igitur de petulantia & intemperantia lingue sermonem absoluimus, transit nunc ad inuidiam, quæ ex simili stoliditate hominibus inolescit, tollendam, & inquit, eiusmodi hominū doctrinas non esse sedatorum & prudentium, ut pote quæ ex sapientia non diuina, sed dæmoniaca sint. Atq; hæc dicit cum prius bonum magistrum laudarit, cuius ex manuetudine & bonis operibus sapientia est. Quia uero æmulationis nomen medium est tam honorū quam malorum (est enim æmulatio, uehemēs animæ motio ad aliquid, cum quadam assimilatione eius, ad quem studium fertur) propterea amaram adiuinxit, ut de qua æmulatione loquatur, ostendat. Contentio autem, id est, uero, quasi irritationem dicar, uituperabilis contentio est.

Sapientia uero desuper primū casta est, deinde

deinde pacifica, modesta, obtemperans, plena misericordia & fructibus bonis, sine dijudicatione, & simulatione. Fructus autem iustitiae facientibus pacem in pace seritur.

Casta, id est, pura & munda, nihil carnale in se admittens. Sine dijudicatione, id est, adiungit, quæ observationes ciborum & diuersarum ablutionum non dijudicat. Exactè autem de his in epistola ad Colosenses differit Paulus.

Col. 2

De lite & turbatione, & Dei inimicitia, quod ex ignorantia & concupiscentia exoriantur: de pœnitentia ad salutem: de non iudicando proximo: non ab homine, sed à Deo gressus hominis dirigi. Cap. IIII.

Vnde sunt bella & pugnæ inter uos? nonne hinc ex uoluptatibus uestris, quæ in membris uestris militant?

Licet doctrinam fingant in sermone, totos tamen esse carnales ostendit, & grauißima quæc; committere, dum uoluptates sectantur, atque alij opipar; mensas (id quod etiam Paulus damnans ROME. 16 inquit, Tales enim non Domino, sed proprio uentri seruiunt) alij agrorum & splendidarum dormorum possessionē, alij seruitum, alij aliud quid sibi comparare student, ad quecunq; scilicet malignus ipsos incitarit, omnia moliens, quò è sua ipsa salute deturbet ac dejciat.

Cupitis & non habetis, inuidetis & æmu-

lamini, & consequi non potestis : pugnatis & bellatis, & non habetis, propterea quod non postulatis.

Ex positione & sublatione progreditur, cum id quod positum est, ob absurditatem destruatur. Absurditas autem ex eo est, quod quae in positione considerantur, fomenta uoluptatum & libidinum sunt. Nam & cupiditas in uoluptatum exequitionem definit : & inuidia & emulatio, & pugna & bellum simili modo bona non sunt: unde fit ut neque ea consequantur, quorum causa haec suscipiuntur, atque exercentur. Aduertendū autem, si legatur, occiditis, loco, inuidetis, id est, povare pro poveritate, sicut in multis exemplaribus uidetur licet : occisio hic, quemadmodum etiam bellum, non carnaliter intelligetur : nimis enim graue id esset, si etiam de latronibus diceretur, nedum de ijs qui fideles aliquantulum sunt, et ad Dominum accesserunt. Vnde ut mihi quidem uidetur, occidere hic dicet eos, qui suam ipsorum animam temerariis his agressionibus perimunt: quibus etiam aduersus pietatem bellum suscipiunt. Nam sicut progrediendo inferius adulteros & adulteras appellabit, non eos qui reuera huiusmodi sunt, sed qui diuina, quae recte se habent, mandata ad falsa alia & spuria declinando adulterant: quippe cum nemo sit, etiam si porcis ipsis esset lutulenterior, qui a lulterum & meretricium magistrum toleraret:

toleraret: sic & cædes & bella non corporis, sed animæ intelligenda sunt.

Petitis & non accipitis, quia male petitis, ut in uolupratibus uestris impendatis.

Sicut pharisæus qui in Euangelio Lucæ quanto plura ex recte factis suis commemorabat, tanto magis diuinæ aures obturabat: ut uanus uerbōrum tumor circa labra diffueret, & in spumam modo bullantis undæ resolueretur. Sed dicet quispiam: Si Domini Iesu ueri magistri uera promissio est, qui inquit, Quicquid petierit aliquis, accipiet: quo pacto haec nunc dicit hic Apolostus? Cui respöndendum ita est, ut dicamus, eum qui recta ac conueniente via ad petendum accedit, promissionem ratam consequi, ac nulla re frustrari, quam petierit. Si uero quis extra scopum tradita petitionis excedens petere uideatur, eum cum non eo quo debet modo petat, ne petere quidem esse existimandum, atque idcirco neque esse acceptum. Si enim, exempli causa, grammaticus magister unumquemque qui ad se adhibita diligentia accesserit, grammaticam artem esse docturum policeatur, & aliquis negligenter neque animo ad suscipienda eam scientiam intento accedat, atque ita recte quicquam non assequatur, nunquid merito mendacij magistrum accusabimus? non sanè, si recte sapiimus: quippe cum discipulus non ita ut monuerat magister, ad discendum accederit. Atenim diceret

Mat. 6 fortasse quispiam, quo modo, aut quid petendum est? Ipsum cum qui promissionem hanc fecit, audi: Petite regnum Dei, et iustitiam eius. Perspicuum enim est, eum qui ita petierit, et hac præcipue postularit, neque alijs postea frustratum iri, quæ tamen si acceperit, salute ipsum non sunt priuatura. Nam qui noxia ac damno sa petit, non debet ea ab illo expectare, a quo omnis datio bona est. Qui item diuinam cognitionem, aut spirituale aliquid donum petit uoluptatum potiendari causa, accepturus minime est: male enim petit, et malum quod in perniciem suam tendit. Deus autem malum ullum non exhibet.

Adulteri & adulteræ nonne scitis amicitiam mundi, inimicitiam Dei esse? Quicunque esse mundi amicus uoluerit, Dei inimicus constituitur.

Quoniam suprà arguit quosdam falsos sapientes qui diuinā adulterabant scripturam, et peruerse ea ad uoluntatem suam utebantur, ut ex ea uoluptatibus deditæ uite sue commoda consequerentur: id quod non aliunde eueniebat, quam ex arrogancia et superbia: idcirco nunc grauius contra ipsos etiam inuehitur, et quod alienum à mansuetudine sua est, contumeliosis quoq; uerbis uititur, dum adulteros et adulteras huiusmodi homines appellat, talibusq; ferè opprobriis insectatur: Dic mihi homo uane, nunquid reddere

reddere te sapientem uis? sed cur cum contentione et assiduo bello uiuis? Et præsentibus his rebus inhaeres, et uoluptates præsenis uitæ ita audie secessari? Nō est hoc sapientum hominum, sed uulgarium, et ad amicitiam mundi declinantium: ut merito reconditæ et temperantis, et diuinæ pulchritudinis adulter esse uidearis, cum ei uulgare hanc et profanam et turpem auerponas, cumq; ex hoc erga præfemia et mundana affectu aduersus Deum inimicitiam suscipias. An nescis amicitiam mundi à Dei amicitia alienum te facere, imò te inimicum Dei reddere? Mundum enim hic omnem materiale uitam appellat, quasi corruptionis matrem: quam qui consequi studet, inimicus Dei efficitur. Ex studio enim quod iniutilibus rebus adhibet, erga diuina negligenter et superbè se gerat necesse est. Negligenter autem nos gerere et insolenter erga eos tantum quos odio habemus, et inimicos consuevimus. Quocirca cum duo sint ea circa quæ studet homines, Deus, et mundus: et in alterutro horū duo uersentur, amor et odium: si alteri studium adhibeamus, alterum negligamus necesse est: studium uero amorem, negligenter et contemptus odium parit. Qui igitur diuinis rebus incumbit, amicus Dei et est, et dicitur: qui contrà Deum negligit, et rebus mundanis prorsus inhaeret, is inter Dei inimicos habetur. Quoniam autem haec atque huiusmodi

mala ex arrogancia et superbia magistrorum fal-
se sapientiae oriri demonstratum est, altera repre-
henstione eos corripit, ut ab ebrietate tandem re-
spificant, et a sopore excitentur: atq; inquit:

i. Pet. 5 An putatis inaniter scripturam dicere ex in-
uidia? Desiderat spiritum qui habitauit in uo-
bis, & maiorem dat gratiam.

Rom. 9 Hic quoq; per defectum oratione uititur, mo-
re suo ex concisi et breuiati uerbi usu. Inquit e-
nem: Ego quidem meis uerbis ad rectitudinem et
sinceritatem sapientiae exhortor, ne ex insolentia
ea abutentes, doctrinæ sermonem adulteretis
ac uitietis. Sed si ex scriptura hoc idem etiam
i. Pet. 5 quod ego dico, requiritis, audite: ipsa enim in-
quit: Dominus superbis aduersatur. Non temere
igitur dictum à me est, contemptum ex superbia
doctrinæ Dei, et studium erga mundum, inimi-
citiam erga Deum esse. Nam si Deus superbis ad-
uersatur (aduersari autem inimicis consueimus)
superbi prorsus conumerandi inter inimicos Dei
sunt. Non enim inaniter et uane, uel ex inuidia,
scriptura precepta que fieri non possunt, et su-
pra uires nostras sunt, nobis tradit: sed desiderans
et inquirens eam que per exhortationem eius
collocata in uobis habitat, gratiam, cum eam per
spiritualem humiliationē operosam in uobis in-
uenerit, maiorem dat gratiam. Vnde si obedien-
tes scripturæ esitis, humiliamini coram Deo, et
gratiam

gratiam que per exaltationem eius fit, conseque-
mini. Superbia autem que ἀπερφανία dicitur, est
elatio uitij usq; ad summum: et differt ab existi-
matione, quam ὑποτύπω uocant, in eo, quod hæc ob
ea que insunt sibi, extollitur: existimatio, ob ea
que non insunt. E diametro superbie opposita hu-
militatio, magnum bonum est. Quoniam uero u-
traque ex electione nostra nobis insunt, unus-
quisq; qui ex arrogancia seipsum extollit, pre-
terquam quod à Domino cōdemnatus est, ab ipso
etiam humiliatur, exaltato per occasionem eo
qui ex modestia seipsum humiliauerat, utpote
cum præmia eius ad altitudinem spiritualem ea
uentem deducat. Inquit igitur: An putatis ina-
niter scripturam dicere, aut ex inuidia: neutrum
horum est: sed desiderat et inquirit gratiam que
per exhortationem eius in uobis inhabitat. Est
autem similis figura per reticentiam negationis
apud Job, ubi inquit: Nunquid irritum facis iu-
dicium meum? nunquid putas me non aliqui ti-
bi responsum dedisse, quam ut iustus appareas? **Job 4**
Nam hic quoque negatio, non, simili modo silen-
tio inuoluta est. Desiderat spiritum. Spiritum
hic bonum propositū uocat, quemadmodū etiam
David, ubi ait: Spiritu principali confirma me, id **Psal. 50**
est, proposito principe, atque in perturbationes
dominante. Et item, spiritum rectum, id est, pro-
positum rectum.

Ephe.4 Subiecti igitur estote Deo. Resistite diabolo, & fugiet a uobis. Appropinquare Deo, & appropinquabit uobis. Mundate manus peccatores, & purificate corda qui duplci animo estis. Affligamini, et lugete, et flete: risus uester in luctu cōuertatur, & gaudium in tristitia. Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit uos.

I.Pet.5 Duplici animo homines, id est, *Archivis*, & hic & superius eos appellat, qui non uno modo uiuere proposuerunt, sed agi hac atq; illac & circumferri in fortunae alea solent. Non enim unum modum seruant in domo à Domino constituti. Nam animam, id est, *Vivere*, uitam significare, sat is illud in Job docere nos potest, cum ait: *Cutem pro cute, & omnia quæcunque habet homo, pro anima sua dabit.*

Nedetrahatis uobis mutuò fratres.

Cum uideat superbiā ex contemptu & detractione modestorum, homines in summum eorum uilipēdium inducere: ut à detractione eos auocet, propositis monitionibus castigat, ac corrigit.

Qui fratri detrahit, & iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Si autem legem iudicas, nō es effector legis, sed iudex. Vnus est legislator, qui saluum facere, & perdere potest.

Iudicat, id est, condemnat & cōtemnit: id est, legi, pro *harrangis*: qui enim damnat, ex contemnit id

ptu id facit. *Quam legem autem condemnatis? Primum eam que ita prescribit: Ne iudicetis, ut non Mat. 7 iudicemini. Deinde eam que in Psalmis inquit: Luc. 6 Detrahentem clam proximo suo, hunc persequuntur Psal. 100 ti sunt. Quia autem ex contemptu hoc fit, ideo subiungit: Si autem legem das, non es effector legis. Quomodo enim sub eo uiuere quissimam sustinet, quod contemnit? Sed ne ita nihil facias legem, & quasi alteram tibi ipse aduersam huic uelis constituere: non enim tibi id permittitur. Vnus solus legislator est Deus, qui eius transgressores potest & saluos facere & perdere. Huius siquidem legis & huius legislatoris est, pœnae obnoxios facere eos qui transgressi fuerint: non tuum est, qui præterquam quod nihil amplius potes quam nugari, tibi ipsi etiam occurris, in tuam sententiā incidis. Cum eadem enim facias, que ille cui tu detrahis: dum ipsum iudicas, te ipsum quoque multò prius eodem iudicio condemnas.*

Tu quis es, qui iudicas alterum?

Cum contemptu & uilipensione hoc dicitur. Id est, cum sis talis, quomodo iudicare similem tui audes?

Agè nunc qui dicitis, Hodie & cras emus in hanc urbem, & faciamus illic annum unum, & mercemur, & lucremur: qui ignoratis crastinæ diei conditionem.

Non libertatē nostram tollit, sed ostendit non totum

Hier.10 totum hoc nostrum esse, sed superna gratia quoque esse opus: licet enim nobis & certare, & currere, & mercari, & omnia quæ ad uitam perpetuant, operari, ita tamen ut non nostris laboribus ea, sed Dei benignitati ascribamus. **Hieremias Pro.27** enim inquit: Domine non in homine uia eius est. Et Prouerbiorum autor: Ne glorieris in crastinum, nam quid postera paritura dies sit, ignoras.

Qualis enim est uita uestra? uapor enim est, qui ad paruum tempus apparet, & deinde evanescit.

Psal.38 Vanitatem & uilitatem uitæ nostræ ostendens hæc inquit, ut obiurget nos, qui totum studium nostrum in his insumamus. Quid, inquit, in temporarijs his malis, quæ simulatque extitere, evanescunt, labor uester totus uersatur? Hoc etiam David carpens, ita ait: In imagine pertransit homo, & uane turbatur: id est, in rebus quæ non sunt, sed eatenus subsistunt, quatenus apparent: id enim imago significat: uel in rebus quæ ex se substantiam nullam habent, nisi quatenus ad uera uitæ similitudinem & effigiem accedunt. Aptè autem uapori uitam nostram comparat: uapor enim est aërea substantia quæ à calore ignis ex humore elicetur, atq; exhalat, breuiissimo subsistens tempore: ob nimiam enim tenuitatem ab ambiente aëre dissoluitur, cum in eum abeat & dissipetur: quemadmodum etiam minima que-

que humiditas in aquam absumi confueuit.

Pro eo quod dicere deberetis, si Dominus uoluerit, & uiuamus, & faciamus hoc, aut illud. Nunc uero gloriamini in arrogantijs uestris.

Similitudine illa uitæ per interpositionem interiecta, rursus reddit nunc ad id de quo loquebatur, & consequitionem subiungit: est enim integrus sensus huiusmodi. Age nunc qui dicitis, Hodie & cras eamus in hanc urbem, & faciamus illic annum unum, & mercenur, & lucrenur: pro eo quod dicere deberetis, Si Dominus uoluerit, et uiuamus, & faciamus hoc uel illud. Nunc uero gloriamini in arrogantijs uestris. Hæc erat totius orationis consequitio: sed ipse interrupta continuata, & inserta uitæ similitudine, qua uanitatem nostram exprobraret, qua ex arrogantia circa mundanas res distrahimur, postea quod defecerat, subiungit. Ita enim erat dicendum: Gloriamini in arrogantijs uestris: quinam? Vos, qui quod cras futurum sit, ignoratis. Qualis enim est uita uestra? uapor, &c. Nam cum dixit, qualis est uita uestra? hac quasi per contemptum obiurgatione similitudini uilitatem rei indicanti præparat occasionem, quæ accommodate postea subiicitur. Arrogans aut & arrogantia, id est, *αρρωγη* & *αρρωγία*, rerum quæ non sunt, affectatio est. unde etiam græcè dicitur *αναζήτηση*, quasi *υειδηση*, id est, cum uagatione & errore uiuens, hoc est, cum

est, cum re erronea, & quæ subsistentiam nullam habet, nullamq; stabilitatem.

Omnis gloriatio huiusmodi praua est. Qui sciuerit igitur bonum facere, & non fecerit, peccatum ei est.

Vanam eam iactationē & gloriacionem que ex superbia euenit, prauam esse concludit: ut si praua sit, ex prauo quoq; & maligno proficiunt manifestum sit. Non debent autem illi qui Dominus per sanctū baptismā fuerint dicati, maligne seminationes aduertere. Cum uero postea subiungit, Qui sciuerit igitur bonum facere, &c. inquit, ut falsos hos magistros castiget. Nunquid ea docere audes, que non antea fuisti exequutus?

Mat. 5 *Beatus, enim inquit, non qui docuerit, sed qui fecerit & docuerit: quippe cùm opera antecedere uerbis debeant. unde etiam, demonstratam fidem annunciat iustus, qui enim soluerit, inquit Dominus, unum ex mandatis istis minimis, & do-*

Mat. 5 *cuerit sic homines, id est, sic inaniter ea in quibus ipse non laborarit, minimus uocabitur. Magnus uero ille erit, qui unā cum eo quod egerit, etiam*

Act. 1 *docuerit. Nam ipse quoq; Deus & homo ea quæ cœpit facere, etiam docebat. Idem mihi uidetur*

1. Cor. 1 *sibi uelle illud: Qui gloriatur, in Domino glorieatur: id est, iuxta Dominum glorietur: hoc est, Domini exemplum sequutus, qui cùm prius fecisset, postea docuit. Nam quando etiam David inquit,*

In De-

In Domino laudabitur anima mea, nō aliud quid Psal. 33 dicit, quām se, quod in Domini mandatis ambulet, laudatum iri.

De diuitiis insolentia pauperes: de luxu ipsorum: de iusto iudicio Dei: de tolerantia & patientia caritatis: de ueritate: atq; ibidem monitiones priuatim unicuiq; conuenientes, quod saluti proximi ministrandum sit.

Caput V.

AGè nunc diuities flete, ululantes in afflictionibus uestris aduentantibus.

Auaritiam & tenacitatem diuitium luctum eorum cùm putet, ululare, id est, lugere & lamentari eos hortatur, eò quod in perniciem & consumptionem diuitias suas recondant, & non in indigentes erogent & impendant. Is enim solus diuitiarum sumptus, qui erga inopes fit, non perit, sed integer ei qui expendit, reseruatur. Propterea etiam concionator ita inquit: Mitte panem tuum supra faciem aquæ: hoc est, in eam quæ uidetur esse eius consumptio, & dissolutio. Panis enim si in aquam proicitur, licet dissolui confuerit, non tamen interit, sed dissolutione illa recreatione nobis assert: si forte ad linguā in flâme cruciatâ refrigerandâ gutta aquæ indigerimus. **Eccles. 18**

Diuitiae uestræ putruerunt, indumenta uestra à tineis corrosta sunt: aurum uestrum & argentum æruginem contraxit, & ærugo eorum in testi-

in testimonium uobis erit, & comedent carnes uestras, sicut ignem thesaurizastis in extremis diebus. Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones uestras, quæ subtracta est à uobis, clamat: & clamor eorum qui messuerunt, in aures Domini Sabaoth ingressus est.

Diuinitæ uestræ, subintelligendum est, quas, ut sit tota sensus continuatio in hunc modum: Diuitiae uestræ quas sicut ignem thesaurizastis, comedent carnes uestras, &c. Putredo autem diuitiarum, & corrosio indumentorum à tineis, & eru go auri & argenti contra uos testificabuntur, et avaritiam uestram arguent, quod nemini ea distri buere uolueritis. Idcirco, inquit, in extremis diebus, aduentus scilicet Domini, diuitias uestras sicut ignem in perniciem uestram reconditas & thesaurizatas reperiens: id quod diuiti in Euangelio etiam contigit.

Luc. 16 Luxuriati estis in terra, & deliciati: nutriuitis corda uestra tanquam in die occisionis.

Inuenitur contra Iudaicos principes, qui bona pauperum depascentes, & ex honoribus omnium pingueſcentes, ad occisionem & cædem ſibi à Romanis inferendam præparabantur: maxime quia eum qui ſolus iustus erat, Dominum non contendentem neque clamantem condemnarunt, & occiderunt. Vnde inquit:

Condem-

Condemnatis, occidistis iustum: non aduer fatur uobis.

Hoc proſectō ſine ulla dubitatione ad Chri tum refertur, quod inquit, condemnatis, occidiſtis iustum. Quod tamen infert, non aduersatur uobis, alijs etiam commune eſſe potest, qui idem à Iudeis paſſi ſunt. Fortaffe etiam prophe tie ſuam ipſius paſſionem ſignificat.

Tolerate igitur fratres uſque ad aduentum Domini.

Cum Iudeorum principum luxum, & duri tiam & aſperitatem contra pauperes reprehenderit, ad fidèles redit, atq; inquit: Ne cum haec ui deatis fratres scandalum patiamini, neq; conſternemini animo, & desperatis, quaſi uel nulla ipſis impendeat vindicta, uel ſi impendeat, nimium tardet: nō tardat enim, ſed prope adeſt. Intelligit au tem de Romana expeditione, & Iudeorum capiuitate, quam Domini aduentum uocat: quem admodum Ioannes qui in pectus Domini recubuit, cum de ſua uita loquitur, ita Dominum dicentem inducit: Si ipſum uolo manere donec ue niam, quid ad te? Nam Ioanni uſq; ad Hierofoly morum captiuitatem, & paululum etiam ultra porrectum uitæ huius tempus eſt. Atq; aduentum Domini & hic & in Ioanne Hierofolymorum deſtruptionem ſignificare ex propheta manife ſtum eſt, qui dicit: Ecce Dominus uenit, & quis Mal. 3

Dan.3 diem ingressus eius sustinebit? *Quin & Aureus Ioannes in quādam explanatione sua, ubi illud, donec ueniam, explicat, excidium Hierosolymorum id ostendere afferit: atque id ex oratione trium puerorum confirmat, qui dicebant: Ita fiat coram te sacrificium nostrum hodie, & ad perficiendum post te. Quid enim, inquit, sibi uult, post te, nisi posteaquā furor tuus acceperit?* Acceperit autem eo tempore quo Hierosolyma Nabuchodonosor est depopulatus. Ac de aduentu quidem Domini hæc sufficient. Illud quoq; nonnulli ex Patribus dicunt, tolerantia, id est, *μαρωθυμία*, longanimitatem, quando iram & furorem differimus, intelligi inter nos ipsos mutuo: patientiam uero, id est, *ὑπονομή*, quasi sustinentiam dicas, erga alios, & externos: tolerat enim & in longum iram differt erga eos quispiam, quos ulcisci etiam potest: patitur ac sustinet, quos vindicare non potest: atq; idcirco de Deo patientia, id est *ὑπονομή*, nunquam dici aiunt, sed longanimitatem & tolerantiam: de hominibus uero patientiam.

Ecce agricola expectat preciosum fructum terræ, tolerans ob ipsum, quoad pluuiam matutinam & uespertinam acceperit: tolerate etiā uos. Stabilite corda uestra, propterea quod aduentus Domini appropinquauit. Ne ingemiscite contra uos mutuo fratres, ne condemnemini. Ecce iudex ante fores adstat. Exemplū malorum

malorum patientiae, fratres mei, & tolerantiae Prophetas accipite, qui in nomine Domini sunt loqui. Ecce, eos qui sustinēt, beatos predicamus. Sustineniam & patientiam Iob audiuitis, & finem Domini uidistis, quod misericors Dominus est, & miserator.

Matutina pluuiam est in iuuentute cum lachrymis pœnitentia: uespertina in senectute. Omnia autem ex Dei benignitate dependent: propterea inquit, quoad acceperit.

Ante omnia autem, fratres mei, ne iuretis, *Mat.5* neg per cœlum, neg per terram, neg alio aliquo iuramento.

Sed dicet quispiam: si cogat aliquis iurare, quid faciendum est? Respondendum, timorem Dei necessitate illius qui cogit, potentiores esse debere. Veruntamen adhuc dubitare aliquis posset, cur cum lex eum qui per nomen Domini iuraret, *Levi.19* laude dignum existimaret, gratia id omnino non facere iubeat? Cui dubitationi illud obijcimus, quod lex ut Iudeos à iuramento per idola auocaret, iurare per Deum iussit: quemadmodū etiam ut Deo sacrificarent, præcepit, quod à sacrificijs que demonibus offerebant, animos ipsorum auerteret: posteaquā uero satis ad pietatem eos instruxit, sacrificia quoq; utpote inutilia repudiauit, non amplius animalium immolationem, sed animam contritam requirens, que uidelicet per *Psal.50*

2. Cor. 11 humiliationem igne charitatis crematur : cuiusmodi erat Pauli anima, qui eō quōd nonnulli fidèles scandalum patiebantur, supra modum urebatur.

Sit autem uestrum est, est: & non, non.

Id est, uestra affirmatio de stabili re ac certa, stabilis et certa sit: ex negatio de ijs que esse non possunt.

Ne in hypocrisīn incidatis.

Hypocrisīn hīc pro luxurīo nō ponit, id est, pro condemnatione, quæ eos consequi solet qui temerē iurant, & ex iurandi consuetudine in per iurium delabuntur. Vel hypocrisīn hīc significatum suum obtinet, cūm aliud est, & aliud apparet. Sed quo pacto qui iurat, in hypocrisīn & simulationem potest incidere? cūm uidelicet ob iusurandum uerius esse creditus, postea falso esse reprehenditur, & cūm est non profert de certa re, & cūm non non dicit de eo quod esse & fieri non potuerit. Per Deum autem iurare prohibet, ne peieremus: per cœlum uero & alia, ne his

Mat. 5 Dei honorem attribuamus: quippe cūm omnes qui iurant, per maiorem se iurare consueuerint.

Afflictatur aliquis inter uos: ore. Alacris est aliquis: psallat.

Afflictioni oratio adiungitur, ut leuior ei quietatur, temptationum exitus efficiatur. Deinde uero

uerò ubi per orationem sopita fuerint ea quæ nobis molestiam afferebant, & in propriam tranquillitatem & sedationem anima redierit, psallendum est, ut bona ei multiplicentur, & in spirituā li exultatione lētetur. Hymnorū enim consolationes, bilarem & alacrem animaē statum, iuxta nostrum & magnum Basiliū nobis conciliant: qui enim non ita est progressus, neq; ad talem animis educationem peruenit, quam sanctitatem David appellat, ubi inquit, Psallite Domino sancti eius: **Psal. 29** dum temerē & uane psallit, prolixas nugas contexit, quemadmodum inquiunt qui Proverbia conscribunt.

Aegrotat aliquis inter uos: aduocet presbyteros ecclesiæ, & orent super ipsum, ubi unixerint eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluum faciet aegrotantem, & excitabit ipsum Dominus. Et si peccata fecerit, remittentur ei. Confitemini uobis mutuo delicta, & precerimini pro uobis mutuo, ut sanemini.

Cūm oleo unixeritis. Hoc etiam quando Dominus inter homines adhuc uersabatur Apostoli faciebant, dum ungerent oleo aegrotantes, & **Mar. 6** sanarent.

Multum ualet deprecatio iusti efficax effeta. Helias homo erat similibus affectibus præditus, quibus nos: & oratione orauit ne plueret, & non pluit supra terrā annos tres & men-

ses sex: & rursus orauit, & cœlum pluiam de-
dit, & terra produxit fructum suum.

Deprecatio efficax effecta, id est, cœptis pœnivit,
quasi actuatum dixeris. Iusti autem oratio effi-
cax efficitur, cum ille etiam pro quo fit, spiritua-
li aliqua afflictione & humiliatione oranti opa-
tulatur. Nam si alij pro nobis Deum deprecetur,
& nos luxui ex delicijs dediti dissolute uitam
traducamus, nos intentionem orationis eius qui
pro nobis laborat, resoluimus, & in nobis id con-
tingit quod beatus Petrus inquit: Sus lota in uolu-
tabro coeni. Et unus ædificans, & unus destruens
nihil aliud prodest, quam labores afferit.

Mat. 18 Fratres, si aliquis inter uos à ueritate aber-
rauerit, & conuerterit ipsum quispiam, sciat
eum qui conuerterit peccatorem ab errore uitæ
suæ, seruaturum animam à morte, & multitu-
dinem peccatorum occultaturum.

Saluti proximi esse succurrendū ac ministran-

Hier. 15 dum monet. Hoc etiam Hieremias ait: Et si hono-
ratum ab indigno abduxeris, tanquam os meum
eris. Os enim Dei efficitur unusquisque, qui uerba
Mat. 10 eius annunciat. Non enim uos, inquit, estis qui lo-
Mar. 13 quimini, sed spiritus patris mei, qui in uobis lo-
Psal. 49 quitur. Vnde etiam per David peccatorem iusti-
ficationes suas enarrare prohibet, & testamentū
in os assumere.

Epiſtolæ Catholicae Iacobi, finis.

Epiſtolæ primæ argumentum.

Hanc Petrus ihs sribit, qui in dispersione erant Iudei, &
Christiani fuerant effecti: confirmat enim ipsos in fide: ac
primum fidem in Christum, ac redemptionem nostram per
Langunem eius à Prophetis fuisse prænuntiaram ostendit, &
omnis quæ & ipsi & gentibus prædicantur, in quæ cu-
piunt angeli prospicere. Deinde monens ut pro dignitate e-
ius qui ipsos uocauit, uitam traducant, horratur ut & reges
honorent, & mulieres cum uiris concordes sint: & nonnullis
alijs ad mores spectantibus adjunctis, postremo hanc quoqua
prædicationem salutis & resurrectionis à Domino factam
apud inferos fuisse, ut qui prius mortui sunt, resurgant, & in-
dicentur in corpore, & gratia resurrectionis permaneant.
Tum finem omnium appropinquare inquit, debet eſi omnes
paratos esse, ut rationem iudicii reddant: atq; ita epistolæ fi-
nem imponit.

Roma scripta fuit.

DIVI PETRI EPI- STOLA CATHOLICA PRIMA.

Deregeneratione in Christo, & temptationum patientia,
& salutari fide à prophetis prænunciata: de
ſpe & sanctificatione. Caput I.



BTRVS Apostolus IESV
Christi, electis peregrinis ex
dispersione, Galatiæ Ponti,
Cappadociæ, Asiae, & Bithyniæ,
ex præcognitione Dei
patris, in sanctificatione spi-
ritus, in obedientiam & aspersionem sanguis
IESV Christi.

Ordo est: Petrus apostolus Iesu Christi, ex pre-
cognitione Dei patris in sanctificatione spiritus,

in obedientiam ex aspersionem sanguinis Iesu Christi: Reliqua uero interposita eos indicant ad quos epistola scribitur. Inquit autem Apostolus, ex præcognitione Dei, id est, missus: ut ostendat se nihilo esse posteriorem nisi tempore Prophetis, qui etiam ipsi fuerunt misi. Nam missos fuisse etiam Prophetas, Esaias testatur, ubi ait: Ut euangelizarem pauperibus, misit me. Quamvis autem tempore posterior sit, quantum tamen ad Dei præcognitionem spectat, posterior non est: sed in hoc

Esa. 61 **Hier. 1** **equalem** se esse Hieremie ostendit, qui antequam formaretur in utero, & cognitus est & sanctificatus, & Propheta ad gentes constitutus est. Quoniam uero Prophetæ una cum alijs Christi quoq; adueniū prænunciarunt, ob hoc enim missi fuerant, hic missionis suæ & Apostolatus necessitatem adiungit, atq; inquit, in sanctificatione spiritus se missum esse in obedientiam ex aspersionem sanguinis Iesu Christi. Quibus uerbis declarat, modum Apostolatus sui esse hunc, ut segreget gentes: hoc enim sanctificatio significat: ut ibi; Et

Exo. 19 eritis mihi populus peculiaris sanctificatus, id est, segregatus ab alijs gentibus. Modus igitur Apostolatus eius est, ut per spiritualia dona gentes segreget cruci & passioni Christi obedientes, aspersas non cinere uitulae, ut à gentili communitate ex immunditia expurgentur, sed sanguine ex passione Christi. Simil etiam sanguinis men-

tionē

tione martyrium eorum qui in Christum credūt, presignat. Qui enim obedienter magistri uestigia sequitur, prorsus ipse etiam si opus fuerit, non abstinebit, quin proprium sanguinem pro eo effundat, qui suum pro totius mundi salute effudit. Scribit autem Apostolus hic ijs qui ex circuncisione erant, nō secus ac beatus Iacobus: nisi quod ille promiscue omnibus Iudeis qui in qualibet orbis terrarum parte habitabant: hic separatim illis tanum qui erant his in regionibus quas enumerat. In Galatia Ponti. Adiunxit Ponni, propterea quod altera est apud Gallos Galatia, quæ proprie ita nuncupatur, à qua isti etiam qui hic sunt, transmigrarunt. Illis igitur qui in Galatia Ponti erant, & alijs gentibus quas in prescriptione nominat, uniuersalem hanc epistolam mittit. Melius tamen est, ut euidentioris declarationis causa transumptis ac transmutatis dicendi formis, atq; ijs quæ desunt, adiunctis, ordinate totâ hanc sententiam exponamus. Petrus Apostolus Iesu Christi, ex præcognitione Dei patris missus Apostolus ad segregandos ipsi in spiritu, & obedientes reddendos eos qui aspersionem sanguinis Iesu Christi expiaticem admirerunt: uobis electis peregrinis ex dispersione Galatæ ponti, Capadoccia, Asia & Bithynia, gratia & pax multiplicetur. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui ob insuperabiles suas diui-

X 5

tias & misericordiam, per resurrectionem Iesu Christi regenerauit nos, id est, transmutauit & traduxit in spem uiuentem, in hereditatem incorruptibilem, & immaculatam, & immarcescibilem, repositam ijs qui in potestate custodiuntur per fidem, quæ quidem fides in salutem nobis in extremo hoc tempore reuelata est: quo tempore paululum modò (breuis enim & exigua uita hæc præsens est) molestati, siquidem oportet uos uarijs temptationibus molestari: exultatis & lætamini: illud cognoscentes, uos tentari, ut probatio fidei uestræ auro quod perit, & igne probatur, multo preciosior reperiatur in laudem & honorem & gloriam uestram tunc, quando reuelabitur Iesus Christus: quem cum modò corporaliter non uideritis, amatis: atque in eum qui à uobis non uideritur, credentes, inexplicabili gaudio exultatis, finem fidei uestræ recipientes, quæ est salus animarum: de qua quidem salute Prophetæ etiam inuestigarunt, & inquisuerunt. Cum uero inquit, electis aduenis, id est, περιτάνως, uel ob dispersionem eos peregrinos uocat, uel quia omnes qui secundum Deum uiuunt, peregrini in terra appellari consueuerunt, quemadmodum etiam David inquit: Quoniam aduena ego apud te sum & peregrinus, sicut omnes patres mei. Nomen autem hoc περιτάνως, quod est, aduena, non idem significat quod πρόγλυτος: nà προσύλως, id est, aduen-

aduentius, idem est quod πρόσημος, & eum qui aliunde ultrò aduenit, significat: πρόπτερος uero eum qui obiter & præter propositum, & non dedita opera aduenit. Sicut enim opus, & uia, principaliora quædam sunt, id est, προς & ὁδός: πρόπτερος uero, quod uerbum rem præter opus, & que opus sequitur, & πρόπτερος quod aditum uia adiacentem significat, quedam uiliora sunt, & que posteriori loco habeantur: sic πρότανος, id est, aduenæ proprie, πρόπτερος peregrinus quasi res quædam aſſistens & agnata accedit.

Gratia uobis & pax multiplicetur.

2. Cor. 1

Gratia, propterea quod gratis nos & nihil conferentes salui efficimur. Pax, quia pace illis opus est, qui dominum suum offenduerunt, & in numerum hostium redacti sunt.

Benedictus Deus & pater Domini nostri Ephe. 1
IES V Christi, qui ex multa sua misericordia regenerauit nos in spem uiuentem ex resurrectione IES V Christi ex mortuis.

Benedicit Deum, hanc ipsi ob bona quæ dedit, gratiarum actionem reddens. Sed quæ sunt, quæ donauit Deus? Spes, non eiusmodi, cuiusmodi erat ea quæ per Mosen data est, ut in terra Cananæ habitarent: ea enim mortalibus cùm esset spes, mortalibus etiam mortalibus promittebat: sed hæc uiuens est. Sed unde habet uitam? Ex eo quod Iesus Christus ex mortuis surrexit. Cùm enim resurrexerit,

rexerit, eadem resurrectione qui per fidē ad eum accesserunt, dignos facit.

In hæreditatem incorruptibilem, & immaculatam, & immarcessibilem, conseruatum in celis, ad uos qui in Dei potestate custodimini per fidem in salutem paratam, ut in tempore extremo reueletur: in quo paululum modò, si oporteat, molestati in uarijs tentationibus, ut probatio uestræ fidei auro quod perit, & igne probatur, multo preciosior inueniatur.

Spes igitur uiuens quæ datur, est hæritas incorruptibilis & immaculata nō in terra, ut quæ patribus reposita fuerat, & quam nonnulli post mille annos in terra futuram fabulose commenti sunt: sed in cœlis. Vnde ex perpetuitate existit, quæ omni terrestri hæritate longè melior est:

& præterea conseruatio, & custodia eorum qui credunt, propterea quod etiam hoc Dominus precatus est, cum dixit: Conserua ipsos pater sancte. Vnde inquit, in Dei potestate & potentia, usq; uidelicet ad Domini reuelationem. Si enim potenter non esset facta custodia, nō eatenus pro recta fides esset. Quoniam igitur talia ac tanta sunt quæ dantur dona, nihil à probabilitate alienum est, quin exultatio & letitia postea subsequatur. Sed quia magistri promissio non letitiā, sed dolorem uidetur polliceri, dum inquit, afflictionem habebitis: ideo ait, in quo paululum molestati;

molestati: & quia hoc graue erat, statim subiunxit, modò, ut concors cum magistro suo sententia euadat. Nam ille, In mundo, inquit, afflictionem habebitis, sed dolor tamen uester in gaudium euadet. Vel igitur, modò, posuit ut ad exultationem & letitiam referatur, quæ modò paululum incipiens, in futuro non paululum & breui tempore duratura sit, sed in longum & infinitū processura: uel, paululum modò, cum sequentibus construendum est, hoc pacto: Si oporteat, paululum modò molestati in uarijs tentationibus. Quia uero tentationum nomen animum turbat auditorum, idcirco causam earum subiungit: inferuntur enim ea causa, ut probatio uestra auro lucidior et preciosior efficiatur: quippe cum aurum quoque ipsum, licet sit ex rebus quæ caducæ sunt & perirent, si igne purgetur & defecetur, preciosius apud homines esse consuevit. Dixit, si oportear, propterea quod neque omnes iusti, neque omnes peccatores afflictionibus tentantur: immo neque prosperitate fortunæ aut illi aut hi semper utuntur, sed iusti cum affliguntur, ad incrementum coronæ patiuntur: peccatores, ut peccatorum pœnam luant. Quin neque omnes iusti affliguntur, ne uitium quispiam laudabile esse existimet, & uirtutem odio prosequatur. Neque omnes peccatores miserijs afficiuntur, ne si retributionem omnium quæ quis meretur, hic fieri uideamus, de resur-

resurrectione dubitemus. Ordo igitur horum uerborum est: Paululum modò molestati, si oporteat, id est, si modò molestia & dolore affici opus sit, quippe cum non omnes, ut diximus, sancti afflictiones patiantur: in extremo tempore exultabis. Nam quod inquit, exultatis, pro futuro sumptum uidetur. Tametsi potest de praesenti tempore, sicut est, etiam intelligi, quemadmodum inferius explicabitur.

In laudem & honorem & gloriam in reuelatione IESV Christi, quem cum non uideritis, amatis: in que modo non uidentes, sed credentes, exultatis gaudio inexplicabili & glorificato, recipientes finem fidei uestrae, salutem animarum.

Causam cur hic affligantur iusti, ostendit: simulque ipsos & consolatur, dum clariores ex calamitatibus futuros esse ipsos asserit: & studiosiores seruentioresque efficit, dum addit, in reuelatione Iesu Christi, eo quod tempus illud laborum ostentatione & manifestatione multam gloriam illis qui decertarint, allaturum sit. Quoddam quoque aliud adiungit, quod ad sustinendas afflictiones eos incitat. Quid illud est? quod infert, quem cum non uideritis, amatis modò. Si enim oculis carnis ipsum non intui ex sola auditione amatis, considerate, inquit, quantum amorem ubi eum uideritis, pra uobis feceris, praesertim cum in gloria uobis reuelabitur. Si enim passio eius ita uos

ita uos attraxit, quando uobis in splendore insuperabili apparebit, quem in modum animum uestrum affecturus est: quo tempore etiam premiu, id est salutem animarum uobis exhibebit. Ut igitur tali ipsi occurratis, talem gloriam consequituri, equiparabilem huic tolerantiam prestate.

De qua salute inquisuerunt & scrutati sunt Prophetæ, qui de gratia in uos prophetarunt, inuestigantes in quod, aut quale tempus manifestabat qui in ipsis erat Christi spiritus, protestans & passiones Christi, & quæ postea subsequata sunt, glorias: quibus reuelatum est, ipsos non sibi, sed uobis ministrare ea quæ annunciat a uobis sunt.

Quoniam de animæ salute mentionem fecerat, quæ obscura & noua quedam res audientibus uidetur, Prophetas adducit, qui & inquisuerunt, & scrutati de ipsa anteas sunt. Inquisuerunt enim, sicut Daniel de futuris rebus, qui propter ea uir cupiditatem ab angelo qui ei oracula edebat, uocatus est. Inquisuerunt inquam, in quod tempus, quod scilicet in cōsummatione seculi erat futurum: uel in quale, cum ex uarijs captiuitatibus Iudeis ad promiscuum Dei cultum declinatis, idonei homines ad suscipiendum Christi mysterium euaserunt. Aduerte autem cum inquit, Christi spiritum, Deum Christum ostendere, ac trinitatis mysterium significare: filij enim & spiritus

Dan. 9

spiritus sancti personam exprimit. Cum uero inferius, de celo, subdit, patrem indicat. Spiritus autem passiones Christi manifestabat, cum per

Esa. 53 *Esaiam dicebat: Sicut ovis ad mastationem ductus*

Hier. 11 *est. Et per Hieremiam: Accedite, et in iugis amici-
gnum in panem eius. Resurrectionem uero ergo-*

Osee 6 *riam per Osee: Die tertio resurgentem, et uiue-
mus coram ipso, et persequemur, ut Dominum
cognoscamus, tanquam diluculum paratum ip-
sum inueniemus. Reuelata autem haec sunt, inquit,
ipsis prophetis, non propter ipsos, sed propter
uos. Atq; hic his uerbis duo efficit, cum et Pro-
phetarum prouidentia manifestet, et eos qui ad
fidem Christi uocati sunt, ante mundi constitutio-
nem Deo suisse præcognitos ostendat. Prudentia
enim huiusmodi Prophetarum eos inducit, ne
inobedientes sint ijs que Prophetæ ita prouide-
pro ipsis inquisuerunt, propterea quod neq; filii
modesti conteneret paternos labores soleant. Nam
si ipsi cum nullam utilitatem inde essent cosequis-
turi, haec inquisuerunt et inuenierunt, atq; inuen-
ta libris tradiderunt, ut quasi hereditas quædam
ad nos transmitteretur: non sanè iuste nos gere-
mus, si haec neglexerimus. Idcirco neq; nos debe-
tis, qui uobis haec euangelizauimus, contemnere,
atq; ita nostram uanam reddere Euangelij prædi-
cationem. Atq; ex Prophetarum quidem prouide-
tia ad hoc ipsos incitat. Ex eo uero quod pre-
cogniti*

*cogniti à Deo fuerunt, eos deterret, ne indigos-
Dei præcognitione et uocatione se reddant: sed
summo studio niti ac certare, ut dono Dei de-
gni efficiantur.*

*Per eos qui euangelizarunt uobis in spiritu
sancto misso de celo: in quæ prospicere ange-
li cupiunt.*

*Si et ipsi et Prophetæ eodem spiritu, illi pro-
phetiam, hi Euangelium exequiti sunt, nulla in-
ter ipsos et Prophetas esse differētia debet. Opor-
tet igitur, inquit, ut idem studium his adhibe-
atis, quod et illi qui Prophetis audientes fuerunt:
ne si aliter feceritis, pœnae illorum obnoxij sitis,
qui Prophetis non obedierunt. Quod uero ait,
in spiritu sancto misso de celo, de eo intelligit,
quod die pentecostes contigit. De celo autem, non
ad locum referendum est, sed ad præcipuam Dei
excellētiam: et, ut superius diximus, hoc inquit,
ut patrē significet. Quod uero subiungit, in quæ
prospicere angeli cupiunt, id est, quæ etiam an-
geli cupiunt, et quorum cognitionem et even-
tum uidere angeli quoq; ipsi cupierūt: unde cum
ea fierent, ex lætitia cecimerunt, Gloria in altissi-
mis Deo.*

*Idcirco succincti lumbos mentis uestræ so-
brii perfectè, sperate in eam quæ uobis fertur,
gratiam in reuelatione I B S V Christi, tanquam
filii obedientiæ, non conformantes uos prio-*

ribus uestris, dum eratis in ignorantia, cupiditatibus: sed quemadmodum ille qui uocauit uos, sanctus, sic & uos ipsi sancti in omni conuersatione efficiamini, propterea quod scriptum est: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum.

Leui.11.19.

Ex 20

Deut.10

Ex antedictorum causa adhortatio haec fit. Nam cum dixerit Prophetas ministrasse ipsis ea que ad salutem ipsorum spectabant, atque ea fuisse adeo admirabilia, ut angelis etiam essent appetenda: quodque fuerint angelis appetenda, ex eo ostenderit, quod ex laetitia in natali Christi car-

men illud, Gloria in altissimis Deo, cecimerint: nunc causam horum subiungit, atque inquit: Quoniam que administrata uobis omnibus sunt, et amanda et summopere appetenda non solum hominibus, uerum etiam angelis fuerunt, propterea neque uos negligenter uos gerere debetis, sed intendere animum uestrum, et fortiter incumbere: id

Iob 38.40 enim lumbos succingere significat: id quod et Iob facere a Deo iubetur. Quos uero lumbos, ostendit dum inquit, lumbos mentis. Succincti igitur lumbos mentis uestrae sobrij perfecte, inquit, sperate in eam que uobis fertur, gratiam, seu laetitiam: nonnulla enim exemplaria x̄c̄v, id est, gratiam, alia x̄c̄v, id est, laetitiam et gaudium habent. Intelligit autem de gratia, seu laetitia, quam paulo ante in secundo Domini aduentu euenturam esse dixit. Non dixit autem sobrij tantummodo,

sed

sed sobrij perfecte, propterea quod lex exilens quandam et introducitricem sobrietatem affrebat, que imperfectis tantum erat accommodata. Conformatio nem autem uocat consensionem, qua quis rebus praesentibus se ad dicit. His igitur uanitatibus repudiatis, siue cognoscendo, siue ignorando ipsis detinebamini, nunc saltrem, inquit, ad eius similitudinem qui uos uocauit, qui sanctus est, sancti etiam uos efficiamini.

Et si patrem inuocatis cum qui absq; perso Rom. 2 narum acceptione iudicat secundum uniuscuiusq; opus, in timore uestri incolatus tempus Galat. 2 conuersemini, scientes uos no corruptibilibus argento uel auro è uana uestra conuersatione à patribus tradita redemptos fuisse, sed sanguine tanquam agni immaculati & incontaminati Christi.

Cum multis modis exhortationem fecerit, primum ex eo, quod angeli quoque ipsa haec cupiunt: deinde ex scriptura que inquit, Sancti estote, etc. postea ex necessitate: nam si Deum patrem inuocant, necesse est eos qui adoptari in filios cupiunt, dignos patre se praestare: postremo ex eo quod innumerabilia bona ex precio quod pro ipsis solutum est, fuerunt consequiti: quod quidem preciis Christi sanguis est, qui pro eoru qui se per peccatum maligno uendiderunt, redemptione est datum: iubet ut in timore per totum uitæ tempus uerse-

1. Cor. 6. 1
Ex 7.
Heb. 9
1. Ioan. 2
Apoc. 1

tur: non eo quidem initiatorio, is enim secum pœnam adiunctam habet, sed perficiente. Timor enim perfectos sanctos semper comitatur, ne in ali quo deficiant ex ijs quæ à perfectis præstari debent: de quo quidem perficiente timore ita dictū

Psal. 33 à beato David est: Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam non est defectio timentibus eum.

Considerandum autem est, cum dictum à Christo

Ioan. 5 sit, Pater non iudicat quenquam, sed iudicium tradidit filio: quomodo nunc Petrus patrem iudicare dicat. Dicendum est, quoniam illud quoq;

Ioan. 5 dixit Christus, Non potest filius quicquam facere, nisi patrem facientem uiderit: id eandem naturam sanctæ Trinitatis significare, & diuinitatis operationes non esse distinctas, quæ in personis quatenus deitatem habent, considerantur, sed easdem omnes, ut conspiratio & consensio pacifica & tranquilla in omnibus sit. Atq; idcirco indistinctè patrem hic quoque iudicare dixisse, eò quod quicquid ab una ex tribus personis, quod ad deitatem spectat, fieri dicitur, id communiter omnibus conueniat, præsertim cum ipse etiā Dominus sæpe Apostolos filios uocet, & resolute il-

Mat. 5 li homini dixerit, Fili remittuntur tibi peccata

Mat. 9 tua: & sanguinis fluorem patienti mulieri, Filia

Mar. 9 fides tua saluam te fecit: nihil absurdum esse ostendens, si ipse quoq; eorum quos sanctitatis parti-

Luc. 8 cipatione progenuit, patrem se uocet.

Qui

Qui præcognitus quidem ante mundi conditionem fuit, sed in extremis temporibus manifestatus propter uos, qui per ipsum creditis in Deum, qui excitauit ipsum à mortuis, & gloriæ ipsi dedit, ut fides uestra & spes in Deum sit, animas uestras purificantes in obedientia ueritatis per spiritum.

Christi morti resurrectionem quoque conne-xuit, propterea quod ueretur, ne recentes in fide, si passionis tātū Christi opprobria audiuerint, ad incredibilitatem mutari facile queant. Ostendit præterea, non nouum ac recens esse Christi my-sterium, id quod stultorum etiam animos turbat, sed antiquum, & antequā mundus cōderetur: licet Dei prouidentia opportuno tempori fuerit referuatum, & antea prophetis indicatum, qui de his inquisuerunt, ut paulò superius dixit, & nunc apertius manifestatum. Quoniam, antequā mundus conderetur, cognitum Deo uidelicet fuerat, nunc manifestatum est, id est, perfectum & absolutum. Et ob quos fuerit consummatum, adiungit, cum inquit, propter uos: propter uos enim, inquit, ipsum à mortuis excitauit Deus. Sed cur propter uos? ut uos ipsos purificantes in obe-dientia ueritatis per spiritum, fidem uestram & spem in Deum habeatis. Sed cur purificantes? Quoniam qui ei credidisti, qui per resurrectio-nem ex mortuis incorruptibile uitam uobis au-

spicatus est: debetis etiam uos, quemadmodum ille qui uos uocauit, incorruptibilis est, ita in nouitate uitæ ambulare. Ceterum ne turberis, si et hunc et Paulum patrem suscitasse à mortuis Dominum afferere uideas: imperfectiore enim et magis ad introductionem idonea doctrina usi, id dicunt. Nam Christum seipsum suscitasse, cognoscere ex ijs euidenter potes, quæ in hunc modum

Ioan. 2 ipse inquit: Dissolute templum hoc, et tribus diebus suscitabo ipsum. Quin et Lucas, Quibus,

Act. 1 inquit, etià manifestauit seipsum uiuentem, posteaquam passus fuit. Et item Christus ipse: Poteſta-

Ioan. 10 tem habeo deponendi animam meam, et potestatem habeo eam iterum sumendi. Ea dispensatione igitur resurrectionem filij patri interdum attribuunt, ut unam et patris et filij operationem significant. Ordo autem horum uerborum talis est: Qui præcognitus quidem ante mundi conditionem fuit, in extremis uero temporibus manifestatus propter uos qui creditis in Deum, qui excitauit ipsum à mortuis, et dedit ipsi gloriam, ea causa ut purificantes animas uestras in obedientia ueritatis, fidem uestram et spem in Deum habeatis. Nam particula vt, qua hic uitatur, cum inquit, ut fides uestra, est ḫr̄, qua non causam, sed euentum significat: quæ impropriè posita hic est pro ḫr̄, quæ est causalis. Posuit etià ḫr̄, id est, sit, pro ḫr̄, id est, habeatis: hoc est,

īra ḫr̄, ut habeatis. Alioquin enim barbara et inconnexa constructio effet: quippe cum īrundat, id est, purificantes, nihil habeat ad quod refriri possit, nisi huiusmodi transmutatio intelligatur. Sic enim tota loquutio apte consenctet, īra ḫr̄, id est, ut habeatis, īra ḫr̄, id est, īra ḫr̄, id est, īra ḫr̄, et c. id est, ut fidem uestram et spem habeatis in Deum, purificantes animas uestras: id est, preparantes uosipso ad obedientiam ueritatis per spiritum. Nam est etiam obedientia in prauis et falsis rebus, quæ per spiritum non est, id est, non est spiritualis.

In amorem fraternitatis non simulatum, ex puro corde uos mutuo diligite intentè, regenerati non ex satione corruptibili, sed incorruptibili, per uerbum uiuentis Dei, & manentis in aeternum.

Quoniam purificatio in obedientiam, id est, preparatio, seu exercitatio, seu meditatio, multos etiam alios adiutores et cooperatores solet conciliare, si spiritualis et carens iniuria futura est (id autem amoris fraternitatis opus est, ut bonum quod inuenient fuerit, cuiquam alteri, et proximo participemus) idcirco subdit, in amore fraternitatis non disimulatum. Posuit autem id inconnexa quadam constructione: huiusmodi enim beatorum Apostolorum loquutio esse conuenit: sicut apud beatum Iacobum, Quis sapiens Iaco. 3. 4.

inter uos & scius: & Agem nunc qui dicitis, hodie & cras. & multa alia id genus. Spirituales autem homines summo studio niti, ut inuenta bona inter se mutuo communicent, ex ijs cognoscere poteris, quæ alibi dicuntur: Animaduertamus nos mutuo in irritationem charitatis, hoc est, incitationem & prouocationem.

Esa. 40 Propterea quod omnis caro sicut foenum, & Eccl. 14 omnis gloria hominis sicut flos foeni. Exiccatum est foenum, & flos excidit, uerbum autem Domini manet in aeternum. Id autem est uerbum, quod ad uos euangelizatum est.

Cum dixerit, regenerati ex semine non corruptibili, sed incorruptibili, per uerbum uiuentis Dei, &c. subiungit cum contemptu, quam caduca & fragilis humana gloria sit, quamq[ue], ut ita dicam, insubsistens: ut hoc modo ad sequenda ea quæ proposuit, auditores alliciat: quippe cum illa stabilitatem in se habeant, & perpetuitatem, nostra haec prius ferè corrumpantur, quam sint.

Foenum & florem foeni, quæ caduca admodum sunt, ad confirmationem huiusc rei adducit: quibus etiam David nostram uitam comparat. Atq[ue] ita ubi gloriam nostram uilem, ita & fragilem ostendit, rursus apertius ipsos docet, quid sit id quod ipsos per uerbum uiuentis Dei, & manentis in aeternum, regenerauit: atq[ue] inquit, Verbum quod euangelizatum est ad vos. Quod uero ait

in ater-

in aeternum manere uerbum Domini, conuenit cum eo quod in Euangilio ipse Dominus inquit: Cælum & terra preteribunt, uerba autem mea Mat. 24 non transibunt. Scindunt autem ita esse cōstruen Mar. 13 da hec uerba: Ex puro corde uos mutuo diligite Luc. 21 intente in amorem fraternitatis non simulatum. Euentus enim rerum, res quæ ob ipsos aguntur, consequi consueuerunt. Vnde quia ex dilectione quæ puro corde fit, non simulatus fraternitatis amor consequitur, melius est ut, ex puro corde, anteponatur. Aduertendum etiam in prepositionem pro Propter, esse positam, ut sit, propter amorem fraternitatis.

De vita sicut conuenit adoptioni, in Christo traducenda ad utilitatem etiam eorum qui sunt extra, ad gloriam Dei: de subiectione erga principes, & fraterno amore, & pietate erga Deum: de seruorum subiectione, & tolerantia malorum ob Christum. Cap. II.

Deposita igitur omni malitia, & omni dolo, Rom. 6 & simulationibus, & inuidijs, & omnibus detractionibus, tanquam modò geniti infantes, rationale dolo omni carens lac desiderare, ut in ipso augeamini: siquidem gustatis, quam benignus sit Dominus. Ad quem accedentes lapidem uiuentem, ab hominibus quidem reprobatum, sed apud Deum electum, preciosum, &

uos ipsi tanquam lapides uiuentes ædificemini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, ad spiritualia sacrificia offerenda, accepta Deo per I E S U M Christum. Vnde etiam continet in
 Esa.28 scriptura: Ecce pono in Sion lapidem angula-
 Rom.9 rem electum, preciosum, & qui credit in ipsum, non erubescet.

Cum spiritualis regenerationis excellentiam præ hac carnali ostenderit, humanæq; glorie uitatem declararit, quod generatio hæc corruptibilis sit & caduca, gloria uero eius à uernis floribus nihil differat: uerbum uero Domini non ita se habere, sed cùm humana omnis cogitatio citò deficiat & cesse, Domini uerbum in æternū durare, ut certæ eius promissiones sint: id enim significat, cùm subiunxit, Quod ad uos euangelizatum est. Cum igitur hæc superius proposuerit, deinceps ex unoquoq; quod utile est accipiens, & quod ad rem conferre uideatur, moralis sermonis doctrinam aggreditur, atq; inquit: Depositum igitur omni malitia, &c. Iustum enim nō est, ut qui incorruptibili uita regenerati sunt, malitia laqueis inuoluantur, & quod non est, ei quod est, anteponant: quippe cum malum substantia nō sit, sed circa defectum generabilis & mortal is substantia ueretur: & longè à subsistente uita diuersum sit, cùm tantummodo accidat. Idem & à dolo, inquit, & simulatione, & inuidia, & omni detractione

traditione liberi esse debent: nam dolus & simulatio procul à ueritate est, & à uerbo quod uobis fuit euangelizatum: quippe cùm etiam dolus in perniciem eorum tendat, qui decipiuntur: & simulatio diuersum quid ab eo quod est, fingat: quo rum contrario modo salutare uerbum quod uos instituit, progredi uidetur. Inuidia uero & detrac-
 tio quem locum in uobis habere poterit, qui fir-
 mo fraterni amoris uinculo constricti, à nulla re-
 que dispidium inducat, offendit potestis? Inuidia autem & detractionem dispidij & odij fraterni esse causam ignorat nemo, qui Cain & tragœdiā Gen.4 eius cognoverit: ille enim ob inuidiam à fraterna diuulsus coniunctione, dolum & simulationem & cædem aggressus est. Nam qui inuidet, à detrac-
 tione liber non est: id quod in fratribus Joseph Gen.37 conspici manifeste potest, qui innumerabilia contra eum obtrectando patri retulerunt. Propterea inquit, Ab his omnibus purgati, tanquam modo geniti infantes, accedite (quippe cùm horum esse Mat.18 regnum cœlorum Dominus etiam dixerit) & do Mat.19 lo carēte ratione seu sermone nutriti, crescatis in Ephe.4 mensuram ætatis complementi Christi. Nam cùm gustaueritis, id est, per tractationem & exercitationem sacrorum euangelicorum mandatorum progrexi, doctrinæ benignitatem sensu cognoueritis (sensus enim omni ratione esse eidemtior ad cognitionem solet. unde etiam quod in experien-
 tiū

2.Tim.2 *tiam prodit, gratius contingit, quam quod ratio-*
ne tantum percipitur) cum igitur, inquit, Domini-
ni benignitatem gustaueritis, ipsi quoq; uos be-
nignitatis bonum erga alios exercentes, & lapi-
di uiuenti uos ipsos dicantes summi anguli, qui
reprobatus quidem ab hominibus fuit, sed apud
Deum preciosus & electus habitus est, & Pro-
phetis quoque prænunciatus, inter uos ipsos co-
arctemini, per charitatem uniti & coagmentati
in spiritualis domus complementum, contemptus
& neglectionis hominum nulla cura habita: id
quod etiam summi anguli lapis Christus ab his re-
probatus fecit. Coniuncti itaque & in domum
spiritualem coaptati, & sacerdotium sanctum
effici, hostias spirituales offerte, quæ sacrificijs
irrationalibus longe magis Deo acceptæ sunt. Ne
enim putetis eos qui uinculo inter se charitatis
connexi non fuerint, immaculatas Deo hostias
offerre: inquit enim, Volo ergo ut uiri orent san-
ctas manus tollentes absq; ira & disceptationi-
bus. Quo pacto enim orans aliquis unire se Deo
poterit, si ira & disceptationibus prauis à fratre
sese alienet, atq; auellat?

Psal. 117 *Vobis igitur qui creditis, honor: ijs uero qui*
Mat. 21 *no credunt, lapidem quem reprobauerunt adi-*
Act. 4 *ficantes, is in caput anguli eus sit: & lapis offen-*
Esa. 8 *sionis, & petra scandalis: qui offendunt in uerbi*
hoc, non credentes in quod etiam positi sunt.

Vobis

Vobis projectio qui creditis, honor à Deo ex-
hibetur, qui dixit: Ecce pono in Sion lapidem &c.
Nam in eos qui non credunt, inquit Deus, uobis
pono in Sion lapidem offensionis: qui quidem &
petra scandali & lapis offensionis illis est, qui no
credunt, qui offendunt & impingunt in uerbum,
dum non credunt uerbo, in quod etiam positi sunt.
VI integer sensus talis euadat: Ecce pono in Sion
lapidem summi anguli preciosum, electum, &
qui credit in ipsum, non erubescet: qui quidem
crederibus uobis, preciosus est: non credentibus,
offensionis lapis efficitur: quem reprobauerunt
quidem edificantes, ipse autem in caput anguli
eus sit, inter se credentes connectens. Est uero
lapis offensionis ijs qui offendunt, & impingunt
in uerbum Euangeli, dum ei no credunt, in quod
& positi sunt: non quod à Deo in hoc segregati
fuerint, nulla enim causa perditionis ab eo exhi-
betur, qui omnes homines fieri saluos vult: sed
1.Tim.2 *quod ipsi seipso ira & uasa constituerint, ita ut in-*
2.Tim.2 *credulitas subsequatur, & in eo ordine & sta-*
tu, in quem seipsi preparauerant, positi fuerint.
Nam si liberi arbitrij est homo, ut uim inferre uo-
luntati eius non liceat: non merito conqueri quis-
pian potest, quod eo statu à Deo fuerit dignatus,
quem sibi suis operibus conciliavit. Angularis
autem lapis uocatur Christus, id est, angoravia &c.,
id est, summi anguli lapis, eò quod duos parietes,
qui

qui paternam domum absoluunt, hoc est, gentiles & iudeos, suo contactu connectit, & in unam iuncturam constringit, dum & inutiles horum immolationes tollit, & genitilium dæmoniacam superstitionem in pietatem traducit.

- Exo. 19** Vos uero genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in acquisitionem, ut uirtutes eius annuncietis, qui e tenebris uos in admirabilem suum lumen uocauit: qui olim non populus, nunc uero populus Dei: olim non consequuti misericordiam, nunc consequuti misericordiam estis.
- Osee 2**
- Rom. 9**

Vbi non credentium malignitatem reprehendit, quod ipsi uidelicet sibi ipsi incredulitatis causa extiterint: nunc ad laudandos eos transit, qui bene egerunt, & inquit: Vos genus electum estis, regale sacerdotium: perinde ac si dicat: Illi ob duritiam & incredulitatem in summi anguli lapidem impegerunt, & non fuerunt coædificati: uos uero non ita, sed ex credulitate coædificati estis in regale sacerdotium, tanquam genus electum, & gens sancta. Ceterum ne aut nimia laude ipsos resoluat, aut hereditarie se gentem sanctam & cetera esse opinentur, & propterea quod & genus Abraham sint, & nunquam offenderint, se eum honorem consequitos putent, eorum glorificationem huiusmodi reprimunt, atq; ait: Ne ob genus gloriemini, non enim ob Abraham in regale

sacer-

Sacerdotium fuisisti electi: qui enim ex ipso progressi sunt, sacerdotium à rege distinctum habuerunt. Non estis igitur per Abraham gens sancta, & genus electum, & in regale sacerdotium segregati estis: nihil enim horum Abraham dictum est: sed per Christum estis, qui et sacerdos iuxta ordinem Melchisedec, & rex mansuetus, iustus, & salutem afferens, & super pullum asinæ inscendens, appellatus est. Ex ipso igitur qui utraq; haec habuit, per sanctum baptisma regenerati, meritò & genus electum appellamini, & regale sacerdotium. Atque hanc lucem habetis ex misericordia ipsius, qui e tenebris uos in admirabile suum lumen uocauit: ideo per uestra opera lucis alijs hominibus uirtutes eius enunciate. Atq; hoc ex benignitate eius habetis: nam quantum ad uos attinet, estis populus, qui olim populus non eratis: & misericordiam estis consequuti, qui olim non eratis. Id quod ex Osee sumptum est, quo minus molestam exprobrationem faciat. Sed quomodo uirtutes eius enuncient? Ipse Dominus docet, cum inquit: Ita luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant bona uestra opera, et patrem uestrum glorificant, qui in celis est. Cum uero inquit, populus in acquisitionem, significat in possessionem, & hereditatem: omnes enim libri uia, id est, creatura Dei sunt: libri uero, id est, possessio, soli illi qui per bonam suam operationem

Psal. 109
Esa. 62
Zach. 9

Osee 2

Mat. 5

rationē dignati ea re fuerint. Propterea, inquit, electi fuitis, ut per obedientiam, & bona uestra opera, praecones uirtutis eius qui uos uocauit, dicamini.

Gala. 5 Dilecti hortor uos tanquam aduenas & peregrinos, ut à concupiscentijs carnalibus abstineatis, quæ aduersus animam militant, conuerstationem uestram bonam inter gentes habentes, ut & in eo quod obloquuntur de uobis tanquam maleficis, ex honestis uestris operibus inspicientes Deum glorificant in die uisitationis.

Rom. 13

Ordo est: *Dilecti hortor uos tanquam aduenas & peregrinos in mundo hoc, ut abstineatis à carnalibus concupiscentijs, quæ aduersus animam uestram militant. Mos enim est magistris, ut post dogmaticā institutionem, moralem etiam subiungant, id quod nunc etiam beatus hic facit. Appellat autem ipsos dilectos, hoc est, ἀρωτῆς, quod est proprie diligibiles, amabiles, charos: & non ἀρωματικοί, id quod propriè dilectos significat: propterea quod in omnibus desiderabiles erant, & propter omnia amabiles. Qui uero ob unam aliquam rem amantur, dilecti, & non diligibiles uocari consueuerunt. Carnales autem cupiditates militare inquit aduersus animam, propterea quod, ut inquit etiam beatus Paulus, caro concupiscit aduersus spiritum: quippe cum carnis cupiditates circa fruitionem & uoluptatem sensibilium*

sibilium rerum uercentur, rationem nostram & consilium conturbent, seruilemque animam nostram efficiant. Hortor item uos, inquit, ut conuerstationem uestram inter gentes bonam habeatis: nam habentes, pro habeatis, positum est. Obloquentes autem de nobis gentiles inducit, quod si quis cognoscere uult, ex ijs que Irenaeus Lugdunensis Episcopus de Sancto & Bladina martyribus memoria tradidit, manifeste perspicere potest. Ea, ut breuibus referamus, eiusmodi sunt. Cum Græci Christianorum prima institutione instructorum, quos catechumenos uocant, seruos comprehensissent, eosque cogerent ut arcani aliquid de Christianis proderent: serui hi cum nescirent quid iucundi ipsis possent referre, quantum ab heris suis audiuerant, corpus scilicet & sanguinem Christi esse quod in sacra mensa sumeretur, id reuera ipsis carnem & sanguinem esse existimantes, inquirentibus euulgarunt. Ipsi uero id certo fieri à Christianis rati, in reliquos Græcos diffamarunt, & Sanctum & Blandinam cōfiteri fidem tormentis coegerunt: quibus Blandina sumpta fiducia opportune dixit, Quo pacto, inquiens, facere hoc Christiani paterentur, qui ne concessis quidem carnibus exercitationis & cōtinentiae causa fruſi volum? Diem uisitationis, id est, uideorū, quasi inspectionis & explorationis dicas, examinationem & explorationem quæ in hoc mundo fit,

uocat. Cum enim uitam nostram isti examinarint,
et contrario modo res quam opinati fuerant, esse
inuenient, fiet ut et ipsi ex erubescencia corri-
gantur, et Deus glorificetur.

Rom. 13 Subiecti igitur estote omni humanæ creatu-
ræ propter Dominum, siue regi, utpote excel-
lenti, siue præsidibus, utpote qui per ipsum mit-
tuntur ad vindictam maleficorum, & laudem
benefacientium: propterea quod ita est uolun-
tas Dei, ut benefaciendo obstruatis os impru-
dentium hominum ignorantia.

Humanam creaturam hic magistratus uocat,
qui à regibus creantur: quinetiam ipsos reges,
propterea quod ipsi quoque ab hominibus consti-
tuuntur: solet enim scriptura constitutionem et
positionem, creaturam etiam quodque appellare:

Ephe. 2 ut cum inquit, ut duos creet in unum nouum ho-
minem, id est, ponat, et constituat. Inquit igitur,
Subditi estote mundanis principibus, ac subditi
quidem propter Dominum, id est, eo modo quo
Dominus præcipit. Sed quid præcepit Dominus?

Mat. 22 Reddite quæ sunt Cæsar, Cæsari, et quæ sunt

Mar. 12 Dei, Deo: ut si quid contra Dei institutionem

Luc. 20 mandarint, obediendum eis non sit. Hoc enim

prositus et Dominus et eius discipulus præcipit
ea causa, et dicere Græci posint, Christianismus
subversionem uitæ afferre, turbationisq; et con-
fusionis causam esse. Adiunxit etiam, propter

Domi-

Dominum, fidelium causa: quippe cum ueris-
mile sit, aliquos futuros qui dicerent, cum nos
cælorum regno dignos efficeris, magnamq; hanc
dignitatem nobis attribueris, quid rursus ita ui-
les reddis, ut nos principibus mundanis esse sub-
ditos uelis? Vnde si quis hæc dicat, sciat, inquit,
is non meum esse hoc mandatum, sed Domini;
præsertim cum ipse etiam Petrus, quibus et qua-
libus principibus subijci debeant, ostendat: qui
iuste uidelicet se gerunt. Infert præterea causam,
Dei hanc esse uoluntatem afferens: et nostram
erga principes subjectionem, sicut indicium pro-
bitatis nostraræ est, ita quoque infideles in pudorem
inducere. Cum enim de nobis, quasi arrogantes
et insolentes et inobedientes simus, obloquan-
tur: si et humiles et obedientes in quibus oportet
nos esse, uideant, magis erubescunt, atque ob-
mutescunt.

Tanquam liberi, et non tanquam prætextū
habentes malitiae libertatem: sed tanquam serui **Rom. 12**
Dei, omnes honorate, fraternitatem diligite.

Hoc dependet à superiori, hoc modo: Subditi
estote tanquam liberi, et non tanquam prætextū
malitiae habentes libertatem, sed etiam tanquam
serui Dei: non solum principes, uerum omnes
quoque cæteros honorate, fraternitatem aman-
tes, Deum timentes, regem honorantes. Quod au-
tem inquit, tanquam liberi, Aureus Ioannes ita

explanat: Ne dicant, inquit, Liberati à mundo, sumus ciues coelestes effecti, & tu rursus principibus nos subiçis, & ut obediamus ipsis, horraris huius causa, ita obedite, inquit, tanquam liberi, id est, tanquam qui credideritis ei qui uos liberavit, & ut hoc faceretis, mandauit: ita enim non uidebitis malitia animi, id est, contumacia & inobedientia pretextum habere libertatem, qua obedientiam recusatis. Possimus etiam alio modo hoc interpretari, ut dicamus, liberum esse in Domino, qui nulli turpi & inhonestæ rei seruit: cum simulatione enim uiuere non est liberi hominis, sed perturbationibus obnoxij, id est, uel obsequio, uel uoluptati alicui turpi seruientis, ob quæ id quod est, uideti non vult, sed se illis accommodat quibus seruit: id quod plane absurdum, & à Dei seruis longè alienum est. Iubet igitur, ut subiectionem principibus ueris & sinceris moribus præ nobis feramus, & non infensum animum erga eos habentes, coactam obedientiam eis præstemus, atq; ita huius latentis in nobis malitia sinceritatem & simplicitatem, morum pretextum faciamus, dum subiectionem eis apparentem quidem, sed non ex animo tamen eis exhibemus.

Deum timete, regem honorate.

Vide quam accurate Deo timorem, regi honorem attribuendum dicat. Nam si Deus timens est,

dus est, qui perdere ex animam et corpus potest, nullo modo parendum regibus est, si ad malum aliquod nos inducant: quippe cum timor erga Deum honorem in reges longe superet. Quinetiam qui à regibus cogitur ut mali aliquid perpetret, honore omni ipsis prorsus priuabit, & contemnet, iuxta sanctum qui dixit: Nihil factus Psal. 14. est coram ipso qui maligne agit.

Famuli subditi sint in omni timore heris, nō solū bonis & mansuetis, sed etiam peruersis: Ephe. 6. Colof. 3. Tit. 4. 2.Cor. 7. hac enim gratia est, si ob conscientiam Dei molestias aliquis sustineri, iniuste patiens. Quæ enim est gloria, si peccantes & colaphis casisi sustinebitis? Sed si benefacientes & patientes sustinebitis. Hæc enim est gratia apud Deum: ad hoc enim uocati estis, quia & Christus pro nobis passus est, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius, qui peccatum non fecit, neq; inuentus est dolus in ore eius, qui cum conuicijs afficeretur, non uicissim afficiebat: Esa. 53. 1.John. 3. cum patiebatur, non minabatur.

Timor multis modis dicitur. Vno modo ille qui cum scientia existit, quem hic propter conscientiam nunc dicit, quæ pietas & reverentia etiam uocatur. Est etiā timor affectuosus ex perseveratione, qui ob poenæ experimentum & sensum aliquibus accidit, quo bestiæ quoq; timere consuerunt. Dicitur item timor incipiens & initia-

torius, is qui eos consequitur qui ad Dominum accedunt, cum multorum sibi conscientia fuerint, quæ ad poenam subeundam inducunt: quo terrefacta
 Luc.7 in Euangeliō meretrix ad Christum accessit. Est et timor perficiens seu perfectius, qui semper sanctis omnibus adest, dum semper timent, ne in aliquo deficiant ex iis quæ ad perfectam charitatem spectant. Cum tot modis sumatur timor, an per omnes modos timere proprios heros serui debeant, non negaret sancte hic, qui in omni timore subiectos esse heris seruos monet. Nam et initiatorius et perfectius si adsit, optimè eos afficiet: alter, ut caueant, ne ob peccatum in poenam aliquam grauiorem incident: alter, ne quicquam quod hero suo sit iniucundum, agere ne in animum quidem inducant suum. Nunc tamen timorem propter conscientiam, id est, eum qui cum Scientia rectæ rationis euenerit, eum appellat, qui dum nihil peccant serui, à peruersis et prauis heris infertur. Hunc laude dignum esse inquit, et ut cum tolerancia admittatur, praecipit. Nam ob peccata uel commissa, uel cuncta timere, ne quid mali patientur, bonorum quidem etiam id seruorum est, et ad correctionem tendentium: nondum tamen tantæ patientia est, ut nullius mali sibi conscientia quispiam a quo animo afflictiones ferat: hoc siquidem magnum est: hoc à paucis prestatetur: hoc Deo etiam est acceptum, quippe cum passion-

passionibus Christi æmulum esse uideatur. Nam ipse quoq; ut inquit, non pro peccato proprio, (peccatum enim nunquam commisit) sed pro nobis et peccatis nostris passus est. Ex impietatis populi mei, id est, ob impietas populi datus ad mortem est, inquit Prophetæ. Laudabilem hunc timorem esse statuit: uult tamen nihilominus, ut omnibus alijs timoribus instructi serui sint, dum inquit, in omni timore. Super omnes tamen alios hunc propter conscientiam collocat, et solum hunc laude dignum esse demonstrat, eo quod alij ad dominoru[m] iram deprecandam existat, hic nullam omnino huiusmodi causam habeat.

Sed tradebat uindicta ei q[ui] iudicat iuste: q[ui] pecca ta nostra ipse sustulit in corpore suo sup lignu[m].

Tradebat, inquit, Deo qui iuste iudicat, qui reddet uidelicet unicuique secundum opera sua: id enim iustum est. Sed forte dicet quispiam, quo pacto inquit nunc Petrus, Dominum cum conuicijs afficeretur, non conuiciatum contrâ fuisse, et cum pateretur, non fuisse minatum: cum tamē uideamus ipsum et Iudeos canes multos, et Pharisæos cæcos uocare: et Iudeæ item minari, cum inquit, Bonum erat ei si natus non fuisset homo illæ. et Tolerabilius erit Sodomis, quam ciuitati illi. et Vbi uermis ipsorum non definit. et alia complura huiusmodi. Dicimus igitur, non assere re hic Petrum, Christum conuiciatum non fuisse,

aut minatum non fuisse, sed cum conuicijs afficeretur, non fuisse contraria conuiciatum: & cum pateretur, non minatum fuisse, quasi per comenitionem & vindictam: sed si quid modò est conuictus alicui, id increpando & exprobrando duritiam dixit. Nam cum conuicijs afficiebatur a Iordanis, dum dicerent, Daemonium habes: & In Mat. 12 principe dæmoniorum dæmonia ejicis: & Ecce Mat. 11 homo uorax & potator uini: nunquid ipsis uicissim quippiam contumeliosum per conuicium respondit? Non sanè: sed mansuetè admodum ille dixit, Si ego in Beelzebub dæmonia ejicio, filii uestrī in quo ejiciunt? Alijs qui uoracem & potatorem eum uocabant, parabolam eam puerorum obiecit, qui in platea aduersus collusores suos indignabantur, qui cum tibia cecinissent ipsi, illi non saltassent: & cum luctum præcinxissent, non planxissent. Cum uero cruci affigebatur, & patiebatur, magis orabat quam minabatur. Et Iudeus antequam eum prodiisset, et scelus illud perpetrasset, ne malo aliquid pateretur, minabatur, Mar. 12 ut a præauo illo proposito reprimetur. Simili modo eos qui non suscepturn erant discipulos, peius Mat. 10 quid passuros esse, quam Sodomitā asseruit, partim ut ad hospitalitatem ipsos incitaret, partim ut terrore eo prædicationis euangelicæ locum aperiret: ita ut haec minimè, dum male patetur, minatus sit, & uerissima haec Petri oratio de Do-

de Domini tolerantia esse deprehendatur, qua inquit, nemini eum insultanti & contumeliam inferenti contentiose fuisse aduersatum.

Vt cum peccatis decesserimus, iustitia uiuamus. Cuius uibice ipsius sanati estis. Eratis enim tanquam oues errantes, & cōuersi nunc estis ad pastorem, & præsidem animarū uestrarum.

Cum decesserimus, id est, mortui fuerimus. Cuius autem uibice, ob id inquit, quia a Pilato flagratus cæsus, in corpore uibices gestauit. Mat. 27 Iordan. 19

De obedientia mulierum & concordia erga viros in saeculum in spiritu in modum Sarthæ: de indulgentia virorum erga mulieres: de mansueta erga omnes tolerantia & patientia, cuius figura est benignitas Dei in Noe, & in nos per baptismum Christi consensio. Cap. III.

Si similiter mulieres subditæ sint uiris suis, ut si Colos. 3 qui etiam non credunt uerbo, per mulierum Ephe. 5 conuersationē sine uerbo lucrifiant, inspicientes castam uestram in timore conuersationem. Quarum ornatus non sit extrinsecus intortorum crinum, auri circūpositi, aut amictus indumentorum: sed occultus cordis homo, in incorruptibilitate mansueti & quieti spiritus, qui in conspectu Dei est sumptuosus. Ita enim olim quoq; sanctæ mulieres, quæ in Deū sperabant, ornabat seipſas, subditæ effectæ proorijs uiris. Sicut Sartha Abraham obediuit, Dominum Gen. 18

Gen. 18 eum uocans: cuius filiæ effectæ estis benefacien-
do, & non timendo ullam trepidationem. Viri
I. Cor. 7 simili modo cohabitantes ex cognitione, tan-
quam infirmiori uasi muliebri honorem attri-
buentes, ut pote etiam cohæredibus gratiæ uit-
ta, ut ne interrumpantur orationes uestræ.

Cum per omnes hos moralem institutionem
persequutus sit, per reges, principes, dominos,
seruos: & regibus & principibus quibus oportet,
& in quibus etiam oportet, obediendum es-
se sanxerit: ostenderitq; ipsos illos qui dominan-
tur, cum iustitiae igniculum habeant leges, quic-
quid secundum ipsas egerint, non fore condem-
nandos: si uero præter ipsas iniuste & tyrannice
se gerant, perituros esse: quippe cum ob gentium

Gal. 3 utilitatem, ut Paulus etiam clamat, lex data ipsiſ

Rom. 13 fuerit. Quinetiam principes ipsi, non secus ac le-
ges, in utilitatem dati sunt: neque ut nonnulli ma-
le opinantur, terrenarum rerum potestas diabo-
li est: neque ei credendum, cum inquit ad Domi-

Luc. 4 num: Hæc omnia mihi data sunt, & cuicunq; uo-
luero do ipsa. Non enim reges qui ad malorum
correctionem dantur, ipsius iussu constituuntur:
neque tale quippiam agere inter homines diabo-
lus studet. Datæ siquidem potestates & princi-
pes à Deo sunt, alijs ad iustitiae conseruationem,
& subditorum correctionem & utilitatem: alijs
ad terrorem eorum qui peccant: alijs ut insolent-
ter &

ter & contumeliose se gerentes merita pœna af-
ficiant. Cum igitur iam dixerit Petrus, bonum
esse ut his obediamus, & subiecti simus, malum
contrà, si obtemperare noluerimus: & simili mo-
do seruos instituerit, ut dominis suis qui in carne
sunt, pareant: eosq; qui insontes à malis heris af-
fliguntur & sustinent, maximè probatos esse do-
cuerit, atq; ita obiter malorum dominorum ui-
tuperatione heros quoq; ipsos castigari: tran-
fit nunc ad mulieres, consulitq; ipsis ut duo hæc
potissimum studeant, ut ex proprijs uiris subdi-
ctæ sint, & sanctarum ueterum mulierum imita-
tione, ab ornatu omni extrinsecus & compu-
sint alienæ. Omnis enim gloria filiæ regis intrim-
secus est. Nam etiam hic, quemadmodum beatus
Dauid, & Paulus, alterum interiorem hominem **Rom. 7**
præter exteriorem agnoscit, qui occultus cordis
homo appellatur. Quinetiam illæ, inquit, solum
eum ornatum agnoscebant, ut suis uiris obedien-
tes atque obtemperantes se se præstarent: id enim
significat cum inquit, ornabant se ipsas subditæ
effectæ: id est, hoc ornatu se comebant, quod
maritis suis obediebant: subiectionem enim orna-
tum uocat. Quid lucri autem ex hac re eueniet?
tum bona eorum qui extra fidem sunt, æmula-
tio, quæ ex obediencia etiam quæ à nobis exhi-
betur principibus, exoriri consuevit: tum quod
ipsi gratias Deo causa nostra agunt: quæ Chri-
stianorum

rianorum uel magna gloriatio est, cum non male dicitur, sed propter nos nomen Dei benedicitur. Quod enim inquit, sine verbo lucrifiant, ita est intelligendum, ut qui non credunt uerbo et predicationi, cessante omni uerbo, et omni contradictione, per conuersationem uxorum ad credendum inducantur: uel quia demonstratio qua per opera fit, certior omni uerborum curiositate habeatur. Opus enim tacitum et carentis uerbo, uerbo quod opere careat, longe præstantius est. Cum indeterminate dixerit, sanctas mulieres, postea determinate Sarrham subiungit, atque huius, ad maiorem adhortationem, filias esse eas inquit, uel ex fide, uel ex genere etiam: necesse enim est, ut filiae matres suis imitentur. Vnde autem cum hoc decoro et Christianis conueniente ornatu misericordes erga pauperes ut sint, etiam monet, nihilque uereantur ob hoc uirorum suorum exactas rationes. hoc enim uidetur significare cum inquit, & non timendo ullam trepidationem, quippe cum uerisimile sit, ut uiri interdum sumptuum domesticorum ab uxoribus rationes exigant. Ita cum suspenderit sermonem, et parsimoniam et pusillanimitatem feminæ ad liberalius rebus domesticis utendum inuitarit, seueritatem et austерitatem maritorum erga ipsas postea coercent, atque inquit: uiri ex cognitione cohabitantes, id est, cum sensum et cognitionem habeantis le-

tis leuitatis foeminarum, et temeritatis in omnibus, et procliuitatis in pusillanimitatem, toleranter uos gerite erga ipsas: neque domesticarum rerum quas custodia ipsarum commisstis, nimis exactè rationem ab ipsis requirite. Atque hoc, ut dixi, ne exacti sint subductores et examinatores, monet, si liberaliter illæ in erogatione erga pauperes se gerant. Mihil tamen uidetur per hec profundius quid et sanctius, quam Paulus, de conjugali usu significare. Paulus enim aperte clamat: Ne defraudetis uos mutuò, nisi quid ex consensu, et c. hic uero sanctius, ut dixi, et honestius, cum cognitionem dixerit, et per eam rem ipsam innuerit, consulit, ut cum pronior ad hoc muliebris sexus sit, ne cum obiurgatione et uehementi austoritate ab ipsis uiri abstineant, sed primum ipsis utpote infirmioribus indulgenter utantur: deinde cum quadam reverentia persuadeant, ut huiusmodi abstinentiam admittant: hoc enim, id est, reverentiam et rationem quam habere de uxoribus uiri debent, significat, cum inquit, honorem attribuentes: nisi enim honor aliquis alicui exhibeat, eius reverentia et ratio haberi nulla confuevit. Siue igitur ut infirmioribus, siue etiam ut cohaeredibus gracie uiuentis, ipsis uti hoc modo in huiusmodi consuetudinibus detinet. Ac nos quidem non male in hunc sensum locum hunc interpretari, quod subsequitur, declarat.

rat. Ut ne interrumpanter, inquit, orationes uestræ. Quam enim orationis interruptionem ui-ri erga uxorem austeritas affert? Nullam sanc-timò multam & assiduitatem & diligentiam è con-trario uxoris contemptus in tempore orationis facit. Ac mihi quidem hac de re ita uidetur: ei ta-men qui melius iudicarit, concedendum duco.

Pro.17. Postremò autem omnes unanimes suis, com-
C^{or} 21 patientes, fraterno amore prædicti, misericor-des, benigni, humiles, non reddentes malum
Rom.12 pro malo, aut conuicii pro conuicio, sed contrà benedictentes.

Cum maritorum & uxorum monitiones ab-soluerit, communem ad omnes facit deinceps ad-hortationem, ad uiros, mulieres, senes, iuuenes, reges, subditos, peregrinos, ciues, diuites, paupe-res. Vnde ait, postremò, quod græcè est, τὸ δὲ ῥι-αὶ, hoc est, qui autem est finis: id est, quid opus est de priuatis loqui: in uniuersum omnibus dico: hic enim finis est, & ad hoc scopus salutis omni-bus spectat, & hæc lex omnibus charitatis est, ex qua humilitas, misericordia, compatientia, & reliquæ similiiter uirtutes oriuntur, quas hic enumerat: quarum unanimitas consenſio que-dam & concordia circa aliiquid est, cum studio, sine controuersia. Compatientia est erga malum aliquod patientes affectio, perinde ac si nos ipſi pateremur. Amor fraternus est dilectio, quæ erga proximos

proximos tanquam fratres debetur. Misericordia est motio animæ beneficiendi & opem ferendi er-ga congeneres. Benignitas est mansuetudo & hu-manitas erga omnes, quæ inter amicos & fami-liares exhibetur. Humiliatio seu humilitas est, cum quis opprobrio afficit, ferre: agnoscere pec-catum, accusationes sustinere, quæ ἀγνοεούσι etiam dici potest, id est, modestia, quasi agnoscen-tiam dixeris. Conuicium est ex praua consuetudi-ne in obiurgando & detrahendo effusa cōtentio.

Scientes in hoc uocatos uos esse, ut benedi-
ctionē hæreditatis. Qui enim uult uitam ama-re, & uidere dies bonos, sedet linguam suā à

Psal.33

malo, & labia sua ne loquantur dolum: decli-nat à malo, & faciat bonum, querat pacem, & persequatur ipsam. Quoniam oculi Domini super iustos, & aures eius in preces ipsorum: fa-cies autem Domini super facientes mala. Et quis erit qui uos affligat, si boni imitatores fue-ritis? Quinetiam si ob iustitiam patiamini, beati estis. Timoretm eorum ne timueritis, neq; con-turbemini, sed Dominum Deum sanctificate in cordibus uestris: & prompti semper estote ad responsum unicuique qui rationem à uobi perat de ea quæ in uobis est spe, cum man-suetudine & timore, conscientiam habentes bo-nam, ut in eo quòd detrahunt uobis tanquam maleficiis, erubescant ij qui insultant uestræ bo-næ in Christo conuersationi,

Mat. 3

Supra

His antedictis, inquit, uirtutibus exornati, præterquam quod inexpugnabiles uitio efficiemini, emulationi quoque eritis, dum diuina uita insti-tuimini. Qui enim ab omnibus benedicitur, emula-tioni quoq; esse consuevit. Atque horum testem
 Psal. 33 David producit, qui inquit: Quis est qui uidere uitam uult (uitam non eam qua bruta etiam ui-uunt, sed quam homo secundum Deum traducit) & uidere dies non malos, sed bonos? dies enim se-
 Gen. 47 culi huius, iuxta patriarcham Iacob, parui & praui sunt. Atque ubi propheticū oraculum hoc exposuit, in quo positum est, Oculi Domini super iustos, & facies eius super facientes mala, subiungit: Si ita uixeritis, propitium & benignū Deum habebitis: quod si fiet, quis erit qui uos affligat?
 Job 12 omnia enim in manu eius sunt, quippe cum mors
 Sap. 3.7 & uita in manu Domini sit. Sed quia calamita-tes quæ ob fidem quibusdam contingunt, male esse nonnullis uidentur, ut opinionem hanc corrigat, subdit beatus Petrus: Ne hæc mala, inquit, esse existimetis, cùm beatificatione etiā digna ha-beantur. Nam qui ab hominibus intentatur ti-mor, in nulla estimatione haberi debet, cùm & diarius sit, & à diariis hominibus profiscatur. Si enim oculi Domini super iustos, & aures eius in preces ipsorum, super uerò facientes mala fa-cies Domini est, quæ perditionem eis minetur: pro-sus si mala hæc sunt, qui bonorum est dispe-sator,

sator, nullo modo uos sibi dilectos malis remune-raret: mala enim malis mittit. Non male igitur sunt afflictiones, quæ ob pietatem contingunt. Sanctificare autem Dominum in cordibus suis cum Esia hortatur: id est, non in aperto gloriarī & iactari, sed in occulto cordis conclave sanctifi-cationem Domini exercere, quæ in scelerum, id est, prauarum consuetudinum gentium segregatiōne existit. Sanctificate, inquit, Dominum ita, ut ex honesta uestra conuersatione alij homines ipsum glorifcent. Quemadmodū ipse etiam Deus & homo Christus præcipit, cùm ait: Ita fulgeat Mat. 9 lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorifcent patrem uestrum qui in celis est. Cùm uero inquit, & prompti semper estote, fidelem hominem hortatur, ut semper ra-tionem de fide, quippe quæ in omni occasione à nobis repetatur, promptè ac facile reddamus, ac respondeamus cum mansuetudine, quasi ipse etiam Deus adsit. Nemo siquidem modestus seruus cùm adeat dominus, insolenter loqui consuevit. Quidq; ex hoc lucrè euenturum sit, subiungit, quæ est in-fidelium erubescētia & obnubescētia, & quiorq; erga nos animus. Aduertendum autem est, nō esse contraria hæc ijs quæ à Domino dicuntur: cùm Dominus non esse debere sollicitos nos moneat, Mat. 10 cùm ad magistratus & potestates adducimur, Luc. 12 quid respondeamus: Petrus ut ad respondendum

preparati simus, nobis precipiat. Dominus enim de martyrio & testificatione coram principibus impræmeditato facienda loquitur: unde etiam datum iri inquit illis uim & sermonem humana omni sapientia prestantiorem, & circum intentatorum terrorum securitatem. Quod uero Petrus nunc inquit, ad doctrinam spectat, quæ nisi præmeditata sit, reprehendi consuevit. Si enim absq; perspicientia & examinatione cognoscere aliquid uideamur, reprehendimur: quippe cum insipientium cognitione inexaminata rationes sint, præsertim cum ex multorum nos impiorum accusent, & spes nostras esse uanas afferant. Quibus sancte ut considerate & exquisite responsiones aferamus, consulit, ita ut à uita etiam nostra comprebentur, id quod conscientiam uocat. Ordo totius huius sententiae talis est: Postremò autem, (quod græcè inquit ἐπειδὴ, id est, qui finis autem est, id est, quod omnia cōtinet) omnes unanimē esto, &c. scientes in hoc uocatos uos esse, ad benedictum, id est, ut omnibus benedicatis. Benedicite

Eccle. 21

enim, inquit Paulus, persequenteribus uos: id autem faciendo, hæreditabitis nomen, ut ab omnibus benedicentes appellemini. Ideo iustum non est, ut qui æternam uitam affectat, lingua alicui maledicat.

Rom. 2

Propterea etiam David monet, ut lingua à conuicio puram habeat, qui ueram uitam amare uult. &c. ita enim instructi omnipotentem Deum ex omnia

psal. 33

omnia intuentem propitium habebitis, ita ut uos misuete inspiciat, & non iracundē, quemadmodum erga maleficos facit. Quod si ita erit, quis affligere uos poterit? Si autem calamitas aliqua uobis inferatur, qui boni operatores et imitatores estis, ne ægre feratis, sed gaudete potius, primum quia haec mala non sunt, deinde quia etiā beati ob haec, & non miseri estis. Idcirco in cordibus uestris Deum sanctificantes, terrorem humanum ne timatis, neq; turbemini, sed prompti esto te ad responsionem semper unicuique, qui à uobis de uestra spē rationem requisierit, reddendam: ita ut actiones quoque bonas præ uobis feratis. Nam si humanè hoc & mansuete feceritis, et conscientia uestram bonam esse, id est, consciens uos bonorum esse, & non malorum, ut qui uos caluniuntur, dicunt, probabitis, & praua de uobis opinionē habentes qui insultant, & uestra acerbē exquirentes in malā partem interpretantur, in erubescitiam inducetis.

Melius enim est ut benefaciendo, si uoluntas Dei uelit, patiamini, quam malefaciendo. Quoniam etiam Christus semel pro peccatis passus est, iustus pro iniustis, ut nos Deo adduceret. **Heb. 3** **Rom. 5**

Causa haec non ad ea quæ proxime, sed ad ea quæ paulò superius dicta sunt, referri debet, cum inquit, quando etiam si ob iustitiam patiamini, beati estis: propterea quod melius est ut benefaciendo patiamini, quam malefaciendo. Vel sicut

quis ad proxime dicta assignare hanc causam uelit, uerbum hoc, beneficiendo, nō ita sumendum erit ut ad alterū referatur, & pro, beneficijs afficiendo accipiatur, sed absolute pro bene agendo, bene; operando intelligi debebit, & simili modo, maledicendo. Addidit autem, si uoluntas Dei uelit, ut nihil sine Dei nutu in nos cōtingere ostendat: sed huiusmodi omnia uel ad subleuacionem à peccatis, uel ad comprobationem ex gloriam nostram, uel ad salutem aliorum fieri. Hoc autem dupliciter contingit: uel enim affligitur aliquis iustus, ut peccatores alij corriganter: in quem sensum dictum illud est: Si iustus uix seruat, peccator ubi apparebit? Atq; hoc quoq; duplēm præse fert utilitatem, dum iusto qui calamitatibus opprimitur, per patientiam iustitiae incrementum: peccatori qui id uidet, conuersiōnem afferat, quemadmodum diximus. Vel igitur hac de causa patitur iustus, uel etiam ob aliorum salutem, sicut Christus. Ac propterea etiam Petrus Christi nunc exemplum subiungit, eō quod etiam Christus ea quæ passus est, non pro peccatis suis, sed pro nostris est passus. Vnde etiam interfert, iustus pro iniustis, quippe cū ipse, sicut antea ex Propheta ostendit, peccatum non commiserit. Ut autem eius qui passus est pro hominibus, efficaciam ac uim declarat, semel, inquit, pro peccatis passus est: ut ostendat, etiam si multa pec-

ta peccata nostra præoccuparint, unam solam Domini passionem satis fuisse ad uim omnem peccatorum nostrorum retundendam ac tollendam. Quoniam igitur pro eo est passus, ut nos ad Deum & patrem suum deduceret, non omnes omnino qui patiuntur, ob peccata affligi, nobis manifestat.

Mortificatus quidem carne, sed uiuificatus spiritu.

Quia Christus duplex est, Deus & homo: duplēm quoq; gratiam patiendo nobis exhibuit. Mortuus enim utpote homo, à morte nos ex corruptione liberavit, dum resurrectionē nobis innauit, suiq; exemplo ostendit, non amplius eos qui moriuntur, sine ulla resurrectionis spe morte subire: hoc enim est quod inquit, mortificatus quidem carne, id est, morte affectus ex natura carnis, id est, humana, quam assūperat: sed uiuificatus spiritu, id est, sed à mortuis resurgens ex uī & potentia diuinitatis. Deus enim spiritus **Ioan. 4** est, ut ipse theologie fons ac sapientia nos docuit: ex mortuis siquidem non quatenus homo, sed quatenus Deus surrexit. Viuificatus igitur, simul eos qui apud inferos erant, secum suscitantendo uiuificauit: quippe cū multa corpora, ut inquit diuus Euangelista, sanctorum qui mortui **Mat. 27**, fuerant, surrexerint, & apparuerint multis.

In quo etiam spiritibus qui erant in custodia, profectus prædicauit: qui olim non credi-

Gen. 6 derant, quando semel expectabat Dei tolerātia
Mat. 24 in diebus Noe dum cōstrueretur arca, in quam
Luc. 17 paucæ, hoc est, octo animæ per aquam seruatæ
 fuerunt: quod in figura respōdens nunc etiam
 nos saluos facit baptisma, nō carnis sordis de-
 positiō, sed conscientiæ bonæ in Deum inter-
 rogatio, per resurrectionem I E S V Christi,
 qui profectus in cœlum, subiectis sibi angelis,
 et potestatibus, et uirtutibus, in dextera Dei est.

In quo, id est, ob quod, causaliter subiungit.
 Cum enim dixisset, iustum pro iniustis nobis mor-
 tuum fuisse: atq; inde opinandi occasionem p̄-
 büsset, quod pro omnium hominum salute mor-
 tē obijsset: infert, quapropter ijs quoq; qui apud
 inferos cohibebātur, p̄dicauit. Cum enim huc
 usque progressus oratione fuisse, et restaret ad-
 buc in dubio, quo pacto eos qui antea dormie-
 rant, moriendo iuererit: non paruaq; relinquere-
 tur questio, si in salutem omnium hominum hu-
 manitas à Domino sumpta est, quam salutem fue-
 rint consequuti qui mortui antea sunt: utraque
 una hac ratione dissoluit, Domini mortem in-
 quiens utraque hæc efficiisse, et spem resurrecio-
 nis, propterea quod ipse surrexit, et salutem item
 eorum qui mortui antea fuerant. Qui enim quo
 tempore uiuebant, bonis operibus uitam ita exor-
 narunt suam, ut si tunc quoque in mundo uersa-
 tus fuisse Christus, uiuificans p̄aconium non
 repu-

repudiassent: ij tunc ex descensu Domini ad inferos salutem adepti sunt. Quemadmodum Grego-
 rio etiam diuino placet. Inquit enim ille: Saluos ne
 facit omnes absolute et in uniuersum Christus,
 ubi scilicet ad inferos superuenit: an etiam illuc
 eos, qui credituri erāt? Dum enim inquit, eos qui
 credituri erant, eos significat qui se se ita p̄aesti-
 terunt, ut si tunc etiam acceſſet Christus, fuſſe-
 sent credituri. Neg: id reprehendendum uidetur:
 non enim sortito exhibetur salus. Nam cum inter
 uiuentes etiam uersaretur, nō omnes saluos fecit,
 sed eos tantum qui crediderūt: quippe cum unius-
 cuiusque etiam electione opus esset, ut cum ra-
 tione p̄aditi simus, non stupide afficeremur er-
 ga ipsius qui nos creauit, beneficentiam, sed dan-
 tis benigitate ac bonitate dignos nos exhibere-
 mus. Quod uero inquit, qui non crediderant,
 idcirco positum est, ut obiectionem quandam
 soluat. Verisimile enim erat dicturum esse ali-
 quem, Ecquis alius ante Christum p̄dicauit,
 ut qui non crediderunt, fuerint condemnati?
 id est, digni condemnatione euaserint, qui ante
 Christum uiguerunt: cumque ipse hoc pos-
 set, quemadmodum etiam Paulus, ex insitis in Rom. 2
 nobis rationalibus facultatibus refellere, ac di-
 cere, nos quum boni et mali iudicio p̄aditi
 fuerimus, si bonum non operemur, condem-
 natione esse dignos: id minimè facit, quippe

cum præstantior ea consideratio & doctior esse uideretur, quā ut ingenio Iudeorum conuenienter: sed ex scriptura incredulitatem hanc probat: negat in temporibus Prophetarum, sed ab ipsis pene mundi primordijs probationem petit: atque inde ostendit, cum à principio usque hominibus etiam salus prædicaretur, ab eis qui ad uana & uoluptuosa proclives ferebantur, fuisse neglecta. Cū enim etiam eo tempore innumerabiles essent homines, soli oīo homines credentes iis quæ predicabantur, ex arcæ fabricatione consequunti salutem sunt. Quoniam uero per aquam salus eis comparata est, statim id ad baptismum refert, atque inquit, aquam illam baptismum nostrum significasse, qui etiam ipse sicut incredulos demones demergit ac suffocat, ita fideles qui ad arcam ecclesiæ accesserint, saluos efficit. Ac quemadmodum aqua sordem ē corpore abluit, ita baptismus, non sordium ille quidem carnis depositionem affert, sed arcana quadam & mystica ratione maculas animæ detergit atque abluit: estq; interrogatio bona conscientia in Deum, id est, quasi arrabo quidam, & pignus bona erga Deum conscientiæ. Qui enim bonorum operum sibi consici sunt, hoc est, uitam insontem atq; immaculatam sectantur, atque eam ex omnibus exquirunt, & quasi interrogant (quippe cū eos qui diligenter inquirunt, consequi soleat interrogatio) iij. sanc

sane ad sanctum baptisma accedunt, atq; accur-
runt. Et quid est, inquit, quod nobis exhibet, ut di-
uinum baptisma inquiramus atq; interrogemus:
Christi resurrectio: ante enim eius resurrectionē
& passionem illud pronunciatur, Nisi quis rena-
tus ex aqua & spiritu sancto fuerit, non potest
introire in regnum Dei. Postquam uero resurre-
xit, promulgatum est, ut omnes quæ accesserint
gentes, baptizentur in nomen patris, & filij, &
spiritus sancti. Quod uero ait, subiectis sibi an-
gelis, id ob humanitatem assumptam infert, cuī
erat unitus. Vnito enim ei cum homine, procul-
dubio angeli subditi ac subiecti fuerunt.
Ioan. 3 Mat. 28

De prauarum actionum depositione, & resumptione
fructuum spiritus pro donorum differentia. Quod
ex communicatione cum Christo naturales
affectiones oportet superare, & spe in
ipsum ab alijs illata dannasua
stinere. Cap. IIII.

CVM Christus igitur passus pro uobis sit car-
ne, uos quoque eadem cogitatione armemini:
quod qui passus in carne est, à peccato desist, ut
non amplius ex hominum concupiscentijs, sed
ex uolūtate Dei reliquū in carne tempus uiuat.

Posteaquam de dispensatione commemorauit,
id est, de descensu Domini ad inferos, & cuius
causa illuc iuerit, pro salute uidelicet etiam eorū
qui illic erant: rursus occasionem aliam nactus

ex Domini morte incitandi ad uitatem, ita in-
quit: Si Christus pro uobis mortuus est carne (non
enim immortali sua ac diuina natura passus est)
uos quoq; prorsus retribuere ipsi id debetis: ut ob
ipsum mortui peccato, non amplius humanis con-
cupiscentijs capiamini, sed ex uoluntate tantum
Dei quod restat uitæ tempus in carne traducatis.
Ordo autem est huiusmodi: Cum igitur Christus
passus pro uobis sit, id est, mortuus, uos quoque
eadem cogitatione, id est, iuxta eandem cogita-
tionem, eundemq; scopum præparemini: quippe
cum mortui etiam uos mundo uidelicet sitis, qui
uerò mortuus est, à peccato iam deserit: & cæ-
tera que sequuntur. Nam cum inquit, qui passus
est, de morte intelligit, cum Paulo consentiens,
2. Tim. 2
qui ait: Si mortui sumus cum Christo, etiam con-
uiuemus: & mortui quidem erimus peccato, sed
uiuentes Deo.

Ephe. 4 Satis enim uobis fuit præteritum uitæ tem-
pus ad uoluntatem gentium conficiendā, dum
ambularetis in petulanțijs.

Satis enim uobis fuit, id est, sufficit uobis quod
anteactæ uitæ tempore uoluntatem gentium exe-
quati sitis, hoc est, gentiliter uixeritis, ambulan-
tes sicut gentes. perinde ac si dicat: Nónne satis
uobis est quod tanto uitæ tempore in libidinibus
uersati fueritis? nónne sicut gentes petulanter ui-
tam traduxisti? Et que sint ea petulanter facta,

specie-

speciatim subiungit, ipsoſ increpans, atq; in pu-
dorem inducens.

Concupiscentijs, temulentijs, comedationi-
bus, coporationibus, & nefarijs idolorū cul-
tibus in quo demirantur, quod uos in eandem
luxuria refusionem non concurratis, maledi-
centes: qui ei reddent rationem qui paratus est
ad iudicandos uiuos & mortuos.

Temulentijs, id est, *οινοπνευστοις*, ebrietatibus,
& ad uimum incontinentibus appetitionibus.
In quo demirantur, quod grāce ē *euīsorū* in-
quit, id est, ex quo & ob quod peregrinantur,
hoc est, peregrinam rem & nouam putant. Quod
autem ait, huiusmodi est. Cum semel gentilibus
institutis renunciareritis, in quibus olim uixe-
ratis, præclaræ huic quam assūptis uitæ in-
cumbite: ita enim etiam ipsi genitiles demiramus
uos, quod unā cum ipsi in similem impietatis
refusionem, id est, confusionem non concurratis.
Vnde post hanc admirationem & hæfitationem
quam ex mutatione uestra concipiunt, non solum
ipsi non erubescunt, uerum etiam maledicunt, id
est, subsannant uos & derident: quippe cum cul-
tus erga Deum, ac pietas, detestanda quædam res
ac deridenda peccatoribus atque impijs uidea-
tur. At isti sanè neq; impunē huiusmodi maledi-
ctis & cōuicijs utentur: reddituri enim rationem
sunt ob hanc ipsam rem ei, qui immutabiliter ac
stabiliter

*Stabiliter ad omnes iudicandos confessurus est.
Id enim hoc loco significat, cum inquit, qui pa-*

Psal. 64. *ratus est: non secus atq; illud, Præparans montes*

Psal. 92. *in fortitudine sua: & Parata sedes tua. Ei igitur
qui immutabiliter & firmiter uiuos & mortuos
est iudicaturus, reddent rationem hi qui uos sub-
fannant. Quo autem modo uiuorum sit & mor-
tuorum iudex, deinceps declarabit.*

*Ad hoc enim etiam mortuis euangelizatum
est, ut iudicati quidem sint iuxta homines car-
ne, iuxta Deum autem spiritu uixerint.*

*Ordo & continuatio orationis huius ad hunc
modum se habet: Hi qui uobis maledicunt, ei da-
bunt rationem qui uiuos & mortuos iudicatu-
rus est. Nam etiam mortui iudicantur: id quod ex
descensu Domini ad inferos per spiculum fit: si qui-
dem ibi quoque uersatus Dominus, quo tempo-
re uidelicet in cruce mortem obierat, illis predi-
cauit, quemadmodum supra terram illis qui ui-
uebant: predauit autem non uerbis, sed re. Et
quemadmodum cum in mundum uenit, ijs qui ad
eum cognoscendum parati erant, in iustificatio-
nem, alijs qui eum ignorarunt, in condemnatio-
nem accessit: sic illis quoq; qui apud inferos erat,
si qui ex carne humanè uixerunt, ijs in damna-
tionem: si qui ex spiritu uixerunt, id est, spiritua-
lem & uirtute prædictam uitam traduxerunt, ijs
in gloriam & salutem aduenit: atque ita uiuorum
& mor-*

*& mortuorum iudex dici meritò potest. ALI-
TER: Nonnulli ex ueteribus patribus hoc quod
inquit, etiam mortuis euangelizatum est, quasi
sententiam à superioribus separatam, ita expla-
nauerunt: neq; quasi dependeat ab ijs, quæ supe-
rius dixit, sed quasi abscessus ac separatus ab illis
sensus sit, in hunc modum explicant. Mortuos
aut duplii modo dici in sacra scriptura: uel
eos qui mortui in peccatis sunt, qui neque uitam
quidem unquam uidebunt: uel qui morti Christi
conformantur, & mundo, id est mundanis con-
cupiscentijs mortui sunt, & soli Christo uiuunt,
quemadmodū etiam Paulus inquit: *Quod autem Gal. 2.
nunc uiuo in carne, in fide filij Dei uiuo.* Dicunt
igitur eos qui ita Christo mortui sunt, ob ante-
stiam ignauie ac negligenter uitam seipso in carne
condemnare: atq; id nihil aliud esse quam spiritu,
id est, ex Christi institutione uitam traducere:
quippe cum priorum uitæ actionum damnatio
alacriores ac promptiores ad ea quæ præ mani-
bus habent, exercenda ipsos efficiat. Atq; illi qui-
dem ita interpretantur: quod quamvis uerum sit,
non dum tamen ita rectè se habet, ut ex superiori
dictis aptè consequatur. Nam cum superiorius di-
xerit, illis quoque qui in custodia erant spiritu-
bus apud inferos prædicatum fuisse euangelium,
par erat ut præfens oratio causalí connexione
subiuncta, quasi ad superiora spectaret, ita con-
sidera-*

sideraretur, non quasi absolute, ac per se esset dicta. Quocirca dicendum est, quia proxime dixerat, redditus esse ratione gentes ei, qui paratus erat ad indicatos uiuos et mortuos; et aliquis subiitare poterat, sed ubi uiui, et ubi mortui iudicantur: ex ijs que paulo superius de spiritibus dixit, quibus apud inferos praedicatum fuit, rei huius probatione sumit: ac praedicatione quidem illam in iudiciu[m] eis, id est, in condemnatione euasisse inquit, cum illi qui honeste ac bene transactae uita sibi erant conscijs, bonitati eius qui illuc aduenierat, statim se adiuixerint: alij contra pudore op[er]esi condemnatione in se admiserint, qui male se atq[ue] improbe uixisse cognoscebant. Atq[ue] hoc est, quod mortuorum etiam iudicem dominum esse attestatur. Viuoru[m] uero eum esse inde patet, quod cum in corruptibili hac uita in mundum uenisset, aduentus eius hominibus condemnatione attulit, cum boni ad eum accurrerint, discipuliq[ue] eius fuerint effecti: mali ac sceleri eum repudiarint, ac sponte ad ueritatis illustrationem oculos conluerint: id quo[rum] condemnatione ipsis attulit. Vnde

Ioan. 9 etiam dominus, in iudicium, inquit, ueni in mundum, id est, in condemnationem, ut qui non uident, cœciant. Ita igitur fit, ut et uiuorum et mortuorum dominus iudex sit: ex causa redditio ad integrum orationem, non ad partem referatur. Cum uero inquit, iudicati sint, et, vixerint, tem-

pus

pus pro tempore, preteritū uidelicet pro futuro sumpfit, sicut mos diuinæ scripturæ est. Nam dominio ad inferos profecto, qui in mundo uixerit carnaliter, condemnati sunt: qui spiritualiter uitam traduxere, uixerunt, uel in reuiviscentia et resurrectione cum domino (multa enim sanctorū **Mat. 23**, corpora quæ dormierant, surrexerunt) uel in spe: omnium enim, inquit, finis appropinquauit, hoc est, et eorum qui in uita, et eorum qui apud inferos iustificati sunt: quippe cum in secundo adventu, quod unicuique repositum est, sit perficendum. Quod si quis praedicationem domini apud inferos irritam facit ac reprobat, nihil eam afferens mortuis conferre potuisse, propterea quod apud inferos, ut inquit propheta **David**, nemo **Psal. 6** confiteatur: is et praedicationem apud inferos crassissimo quodammodo accipit, et confessionem non laudem Dei, sed enunciationem esse intelligit, illud non aduentens, quod alibi idem propheta canit: Nō mortui laudabunt te domine. Quod autem inquit **David**, in inferno quis confitebitur tibi? intelligentia ita est. Confessio gratiarum actio erga Deum est, cum quis e molestijs aliquibus fuerit liberatus. Quoniam igitur in hac praesenti uita omnia aguntur, cum mortui uero sunt homines, ab operationibus omnibus uacant: meritò cum nemo apud inferos operetur, ut ab aliqua agendarum rerum difficultate liberatus confiteri atq[ue] agere pro liberatione

beratione gratias posuit, dictum est, In inferno quis confitebitur tibi?

Omnium autem finis appropinquauit. Temperantes igitur estoit, & sobrij in orationes.

Rom. 12 Ante omnia autem mutuam erga uos charitatem intentam habearis, quoniam charitas multitudinem peccatorum operiet.

Pro. 10 Finis, id est, completio & consummatio. Vel finis appropinquauit, id est, finis omnium Prophetarum aduenit, qui est Christus: omnium siquidem perfectio ipse est, & non ut Graeci nungantur, quorum alij uoluptatem, alij scientiam, aut contemplationem, aut uirtutem esse finem ac summum bonum afferunt. Quoniam igitur omnium perfectio, qui est Christus, acceptus, uos quoque debetis huic conformati in omnibus absolutos ac perfectos uos reddere, in temperania, in sobrietate orationum: quippe cum sobriorum sit oratio & precum effusio, id est, uigilantium, & non eorum qui mundanarum rerum ebrietate sopiti op primuntur. In mutua erga vos caritate intenta, id est, abundante, & late diffusa: quam in se appellat, quasi extentam seu distentam dixeris.

Rom. 13 Hanc Paulus legis plenitudinem esse inquit: hic uero esse eiusmodi ait, ut peccata posuit operire ac tegere: misericordia enim erga proximum, Deum nobis propitium reddit: at misericordia absq; multa caritate exerceri recte non potest.

Hospit-

Hospitalis sitis erga uos mutuo, absq; susur ratione: unusquisq; sicut accepit donum, id erga uos mutuo ministrantes, tanquam boni uariae gratiae Dei dispensatores. Si quis loquitur, tanquam eloquia Dei: si quis ministrat, tanquam ex uiribus quas suppeditat Deus: ut in omnibus glorificetur Deus per IESVM Christum, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Vbi de charitate dixit, ea quoque quae ex charitate subsequuntur, subiungit: hospitalitatem, quam absque susurrationibus exequendam monet, id quod uerae charitatis est: subministracionem eorum donorum quae quis habet, erga fratrem qui illis caret: ut, si quis doctrinae sermone donatus sit (id enim significat cum inquit, tanquam eloquia Dei) is indigeni ea re fratri exhibeat: si quis affluat opibus, is in opibus succurrat: neque id parce, sed pro uiribus quas suppeditatio a Deo ipsi afferat. Si enim ea quae in nobis sunt a nostra potestate constituta, non faciamus, omnis iniustitia crimen subibimus. Neque id in opum possessione tantum intelligendum, sed in omnibus etiam reliquis naturae dotibus: quas non habenti fratri communicare unusquisque debet, propterea quod ipse etiam cum non haberet, a Deo idcirco accepit, ut indigenibus exhiberet. Atque huc, inquit, moneo, ut in omnibus uel genibus uel operibus uestris Deus glorificetur.

Charissimi, ne ex incensione quæ ad tentationē uobis exhibetur, perturbemini, quasi peregrina res ac noua uobis contingat: sed quatenus cōmunicatis cum passionibus CHRISTI, gaudete, ut in reuelatione quoq; gloriae exultantes gaudeatis.

Vbi has admonitiones adhibuit, quia videbat fore ut aliqui ob illatas sibi afflictiones scandalo afficerentur, quippe cū in lege seruentibus Domino turbatione omni ac molestia carrens uita promittatur: nunc locum hunc quem superius breuiter, quando seruis præcepta tradebat, pertransiit, latius ac diffusius perseguitur: atq; inquit, charissimi, ut statim ex ipso nomine significet, non quia odio habeantur, sed quia ualde chari sunt, uehementerq; amētur, afflictiones ipsis contingere. Quod inquit, ne perturbemini, id græce est μὴ βούσθιδε, id est, ne peregrinemini, hoc est, ne peregrinam rem & alienam ab amicis Dei esse existimetis. Cum uero incēstionē, id est πρέμπστιν, afflictiones appellat, ob probatiō nem & explorationem exhiberi ipsas indicat. Probatio uero preciosam & studio dignam rem quæ exploratur, ut aurum & argentum, reddit. His quod beatissimum omnium est, subiungit, q; illici qui ita patiuntur, similes Christi euadat, dum cum ipso nunc contemnuntur: atque ita totum ornementum ipsis absoluit, ac perficit.

Si opprobrio afficimini in nomine Christi,
beati

beati estis, quoniam & gloriæ & Dei spiritus super uos requiescit: quantum quidem ad ipsos attinet, maledicunt, quantum ad uos, glorificatur. Ne enim quispiam uestrum ut homicida, uel fur, uel maleficus, uel alienorum explorator, patiatur.

Si probris afficimini, dum nominamini & appellamini Christiani, beati estis etc. Cū uero inquit, quantum quidem ad ipsos attinet, male dicitur, extrinsecus intelligendum est, qui: ut sit sensus: Qui spiritus Dei quantum ad impios attinet, uidetur maledici, quantum ad uos, glorificatur. Quo pacto? quia cū ipsis falso uos accusent ac damnent, ipsis dedecus, gloria uobis comparatur. Alienorum autem explorator ille hic dicitur, qui aliena curiosius inquirendo occasionem præbet, ut uituperio ac conuicijs afficiatur: id quod animi uersuti ac malefici, & ad omne malum proliuī uitium est.

Si autē ut Christianus, ne erubescat, sed glorificet Deū in parte hac, propterea quod etiā tempus est, ut incipiat iudiciū à domo Dei. Quod si primū à uobis, finis erit eorum qui Evangelio Dei non credunt: Et si iustus uix saluus fit, impius & peccator ubi apparebit? Quare & qui secundū voluntatem Dei patiuntur, tanquam fideli creatori commēdēnt animas suas in beneficiendo.

Cum inquit, propterea quod eriam tempus est, ut incipiat iudicium a domo Dei, sollicitos ipsos ac trepidos redit, atque a uita ignava ac deside excitat. Vnde etiam infert: Quod si primus a uobis, qui estis domus Dei, uitæ examinatione incipit, quis finis eorum existimandus est, qui non credunt? Iudicium autem hic non condemnationem, sed miserationem, et examinationem, et explorationem intelligimus. Exquisita autem hæc examinatione a domo Dei primum incipit, quia ut magnus Basilius inquit, natura comparatum est, ut contra eos qui familiarissimi nobis sunt, cum in nos peccant, maxime indignemur. Familiarissimi autem Deo sunt non alii, quam fideles, qui domum Dei, id est ecclesiam compleuerunt, et extrinxerunt. Vnde etiam Saluator inquit: Dicet prius ies qui a dextris erant. Iudicium autem hic appellat afflictiones, quæ ab impijs fidelibus inferuntur: quas Dominus etiam prenunciavit, cum diceret: Tra-
Mat. 25 de etiā Saluator inquit: Dicet prius ies qui a dextris erant. Iudicium autem hic appellat afflictiones, quæ ab impijs fidelibus inferuntur: quas Dominus etiam prenunciavit, cum diceret: Tra-
Mat. 10 dent uos in concilia, &c. Deinde beatus Petrus, quasi eos consoletur, subiungit: Si uobis sibi familiariissimi non parcit, quis impijs finis futurus sit, considerate: atq; id ex scriptura confirmat, quæ
Pro. 11 inquit: Si iustus uix saluus fit, impius et peccator ubi apparebit? Scriptura autem hic significat, si iustus multo cum labore salutem consequitur (quip
Mat. 11 pecum violentia acquiratur regnum Dei, et nul-
Act. 14 tis ærumnis et afflictionibus comparetur) quid

fiet

fiet ies qui negligenter et uoluptuose uitam traducunt? De futuro autem tempore hoc quod de impijs inquit, intelligendum est. Quare si hoc ita se habet, nos quoque secundum uoluntatem Dei patientes, ne ignave nos geramus, sed tanquam fidelium creatori commendemus animas nostras in benefaciendo. Secundum uoluntatem autem Dei inquit, uel ut non praeter Dei prouidentiam calamitates et afflictiones nobis contingere, sed ab ipso eas quasi ad probationem nobis dispensari ostendar: uel ut quasi pro Dei uoluntate patientes, ipsi exitum etiam atque euenum re linquamus. Fidelis siquidem ipse est, id est, fidus 1. Cor. 10 et uerax in promissionibus suis, ut tantum nos superquam possumus, permisurus non sit. Sed quanto paetio commendare se ipsum Deo quispiam debet? In benefaciendo uidelicet, id est, in humilitate, ut non glorietur et se effera: ob ea que patitur: sed quanto maiora uidetur pati, tanto inutiliorem se ipsum existimet, et semper illud subiungat, ac dicat: Iustus es in omnibus que fecisti nobis. At Dan. 3 uero impius et peccator in eo differunt, quod impius a Deo alienus prorsus est: peccator aliquatenus quidem Deum colit, sed alioqui tamen leges eius contemnit ac uiolat. Fieri uero potest, ut idem et impius sit, et peccator: quippe cum qui contra legem operatur, prorsus impie se gerat, dum peccando Deum esse non considerat.

Monitio ad presbyteros de procuratione gregis: ubi de
communi omnium erga uniuersitatem humilita-
te ad uictoriam contra diabolum con-
sequendam. Cap. V.

PResbyteros qui inter uos sunt obsecro, com-
presbyter etiam ipse & passionum CHRISTI
testis, & gloriae quae reuelanda est, consors: pa-
scite qui apud uos est gregem Domini, praes-
identes non coacte, sed sponte, non turpis lu-
cri causa, sed prompte: neque tanquam dominiū
exercentes in cleris, sed ira ut formæ gregis
efficiamini: & quum apparuerit pastorum
princeps, immarcescibilem gloriae coronam
recipietis.

Cum de humilitate agere proposuerit, quam
etiam cum diceret, in bene faciendo, significauit,
compresbyterum se uocat. Id autem uel etatem
seniorem, uel dignitatē episcopatus indicat: nam
presbyteros etiam episcopos dici, liber quoq; de
Aet. 30 gestis Apostolorum manifestat. Deinde cum pre-
eminentiam suam, et se humilitatis causa com-
presbyterum appellasse, uelit ostendere, autorita-
tatem suam ac dignitatem subiungit, cum inquit,
& passionum Christi testis, ea uidelicet cau-
sa, ut ad humilitatem ipsos magis inducat: per-
inde ac si ita dixerit: Si ego, qui talium miraculo-
rum spectator fui, atque eorum uobis preceptor
sum, non degnior compresbyterum et socium
uestrum

uestrum meipsum uocare, neque uos supra illos
efferri qui sub uobis sunt, debetis: quippe cum
etiam Christus huius magister cum humilitate
doceret, dixerit: Si igitur ego Dominus erit magi-
ster laui uobis pedes, sic et uos alter alterius la-
uare pedes debetis. Quod uero infert, & glorie
qua reuelanda est, consors, propterea addidit,
ut humilitatis excellentia ac præstantiam decla-
ret. Quemadmodū etiam Paulus inquit, Quan-
do Christus manifestatus fuerit, tunc etiam nos
manifestabimur. Non coacte autem neque iniuitus
pascit, qui formam et exemplar benefaciendo
seipsum subditis suis proponit, atque ita discipu-
los suos afficit, ut ad emulationem magistri in-
ter se omnes certent. At non turpis lucri cau-
sa. Qui enim non superbe et arroganter se gerit,
nec supra subditos extollitur, sed in humilitate de-
git, uilitatemq; et parsimoniam ita amplectitur
ut nullo sumptu indigeat, neque indumentorum
magnificorum, neque mensa Sybariticæ: que cum
superbiā comiteatur, ex turpi lucro etiam pro-
uentum requirunt. Clerum autem hic, quem-
admodum etiam nunc nos consueuimus, congre-
gationem sacram uocat, que in sortem Domini
cessit. Cum uero ait, formæ gregis efficiamini,
id est, exemplaria, quomodo non coacte pasceret,
intelligatur, declarat. In eo autem quod inquit,
& cum apparuerit, et coniunctio pro ut cau-

Salī connexione posita est, hoc pacto, ut cūm ipse
pastorum princeps apparuerit, immarcescibilem
coronam recipiatis. Quemadmodum etiam in 89.
Psalmo, ubi ait, Et respice in seruos tuos, et in
operatua: et pro ideo, accipiendum est.

Simili modo iuniores senioribus subditi esto
te, omnes inter uos mutuo subiecti. Humilita-

Iaco. 4

te in sinuemini, propterea quod Deus superbis
resistit, humilibus autem dat gloriam.umi-
liemini igitur sub potenti manu Dei, ut uos
exaltes in tempore, omni cura uestra in ipsum
coniecta, eo quod ipsi cura est de uobis.

Mat. 6

Luc. 12

Psal. 54

In sinuemini, quod gr̄ecē inquit ἵνα μησθάδε,
id est, in uoluamini, induamini. In tempore au-
tem addidit, ut de exaltatione quae in futurū tem-
pus fit, intelligat: quae uel sola exaltatio est, cūm
non mutetur, sed in perpetuum duret. Quae uero
hic fit, cūm instabilis sit et caduca, semper sibi
succedentem humiliationem habet, ut citius quan-
doq; quam exaltatus quispiam sit, in humiliatio-
nem delabatur. At ex humiliatione altitudinem

Luc. 14

et 13

Mar. 23

Mat. 20

Mar. 10

Luc. 22

et sublimitatem comparari, ipse Dominus cer-
tus sponsor testatur, cūm inquit: Vnusquisq; qui
se humiliat, exaltabitur: et quise exaltat, humili-
bitur: et qui uult primus inter uos esse, sit om-
nium ultimus. Cūm igitur inquit, in tempore, in
futurū ex humiliatione exaltationem promitti
significat: quippe cūm inuariabilium rerum tem-

pus in futuro et incorruptibili seculo sit. Cūm
enim incorruptibile illud sit, nihil mortale et ca-
ducum in se habet. Deinde uero ut timorem om-
nen ex humiliatione hac auferat (fortasse enim
uereri aliquos uidebat, ne si in hac uita se ipsos
humiliarent, mali aliquid paterentur) idcirco
subiungit: Ne timeas, curam omnem et sollicitu-
dinem tui in Dominum coniice: nam si id feceris,
prouido ac fido procuratori teipsum comiseris:
ipsi enim cura est de his omnibus.

Sobrii estote, uigilate, quia aduersari⁹ uester Roma. 12
diabolus tamquam leo rugiens obambulat, quæ Psal. 54
rens quem deglutiatur.

Eos qui intellectualiter dormire, id est, uanis
rebus oscitant uacare consueuerunt, atque in-
de sobrietatem animæ aggrauant, praua ac mole-
sta desperationis fera inuadit. Id quod euitans
Christi discipulus monet, ut uigilemus semper, Mat. 13
et xizaniorum seminatorem caueamus, ne forte
dormientibus nobis, id est, negligenter et igna-
ue uiuentibus, malas cogitationes latenter infe-
rat, atque à uera uita nos seducat. Non enim ces-
sat, inquit, sed tanquam leo rugiens circuit quæ-
rens quem deglutiatur. Harum diaboli absque ul-
la intermissione insidiarum, et assiduarum eius
contra nos uersuti arum causam afferens etiam
sanctus martyr Iustinus, diabolum inquit ante
Domini aduentum sue poenæ uim non ita certò

nouisse, cum diuini Prophetæ obscurè et an-

gmaticè loquuti de ipso fuerint, sicut uidere li-

Esa. 14 cet in Esaia, qui sub persona Assyrij totam eius
Mat. 25 tragœdiam agendo occultauit Vbi uero ex Do-
mini aduentu repositum esse ac paratum æter-
num ignem diabolo et angelis eius manifestè au-
diuit, ex illo uero tempore non cessare eum in-
quit, ab infidijs Christi fidelibus inferendis, dum
multos suæ defectionis habere socios uult, ne so-
lus eius condemnatione dedecoretur, uana hac et
imuida consolatione suffultum.

Cui resistite solidi fide, scientes easdem af-
flictiones fraternitati uestræ, quæ in mundo
est, perfici.

Cui etiam uos solido ac firmo animi pro-
posito resistite. Hi autem ad quos Petrus scribit, ut
uidetur, multis ob Christum calamitatibus affli-
gebantur: idcirco etià subinde hinc et inde con-
solari eos conatur, dum modò sicut socij sunt Do-
mini passionum, ita gloriae quoq; quæ reuelabi-
tur, futuros heredes ait: modò nō solos eos pati,
sed omnes qui in mundo sunt fideles, ipsam affli-
stationibus affici afferit: quippe cum sociarum
manuum admotio, in subleuando pondere mul-
tum conferre confuerit.

Deus uero omnis gratiæ, qui uocauit nos
in eternam suam gloriam in C H R I S T O
I E S U, paululum passos ipse uos instaurabit,
firmiter

firmiter, corroborabit, & stabilit. Ipsi gloria
& imperium in secula seculorum, Amen.

In principio etiam epistolæ, patrem dixit per
filium misertum nobis fuisse: et nunc in calce
eundem patrem per filium uocasse inquit. Hic
enim ipsis scopus est, ut mysterium prædicent
quoquo modo, etiam si admonendo id faciant.

Per Syluanum uobis fidèlelem fratrem, ut
arbitror, paucis scripsi, adhortans ac testificans
hanc esse ueram gratiam Dei in qua statis. Sal-
lusat uos quæ in Babylone est simul electa ec-
clesia, & Marcus filius meus. Salute uos mu-
tuò in osculo charitatis. Pax uobis omnibus,
qui in Christo I E S U estis, Amen.

Fidelis admodum erat Syluanus hic, et circa
prædicationem alacriter certabat: siquidem Pau-
lus etiam eius meminit, et socium secum cum Ti-
motheo in epistolis assūmit, dum inquit: Paulus 1. Thes.
et Syluanus et Timotheus ecclesiæ Thessalonici-
ensem &c. Babylonem autem hic Romam uo-
cat, ob excellentiæ imperij et claritatem, id quod
olim multo tempore Babylon obtinuit. Marcum
uero filium suum spiritu, non carne, appellat:
cui Euangelium quoque scribendum commisit.
Nonnulli tamen sunt, qui Marcum carnalem
etiam filium diuini Petri afferere non dubitent,
eo argumento usi, quod in gestis Apostolorum Act. 12
Lucas inquit, Petrum e carcere in quem conie-
ctus ab Herode fuerat, mirabiliter ab angelo Dei
eduçtum,

eductum, ubi ab eo dimissus fuit, ad domum matris Ioannis qui appellaretur Marcus, profectū fuisse: quasi in domum suam, et ad legitimam coniugem redierit. Cum Paulus autem scribat, ut

a. Cor. 16 in osculo sancto salutentur, hic in osculo charitatis inquit, idem diuersis uerbis significans: quip-

a. Cor. 13 pe cum etiam Paulus charitatem in Christo, maiorem ceteris uirtutibus, quinetiam martyrio ipso esse cognoscat. Ille igitur osculum sanctum, osculum in Deo segregatum appellat: hic osculum charitatis, uero scilicet charitatis, quam Paulus etiam celebrat. Vnde etiam subiungit, pax vobis omnibus qui in Christo Iesu estis: non de communi pace hominum intelligens, quam ut affectibus incumbant, homines procurant, quo uidelicet frui uoluptatibus uanis, atque inani gloria possint, quibus cum a bello uacant, se dedere consueuerunt: sed pacem eam consequi ipsos operat, qua quoque magister Christus cum ad pas-

Ioan. 14 sionem abiret, dignos ipsos existimat: ut, Pacem, inquiens, relinquo uobis: et subiungens differentiā, non quo modo mundus dat. Non enim ut fruatur delicijs et cupiditatibus, pax habenda est: sed ut colligari in charitate, omnes aduersarij nostri iustus retulamus. Vbiq; autem Discipuli uotum in fine quasi signaculum imponentes, quod proprium suæ ipsorum sanctitatis est, subiungere consueuerunt.

*I*dem haec quoq; is qui iam cred. derant, scribit, que commemorationem in oratione que superius dixerat, continet. Cum enim etenim libi ex hoc corpore solutionem futuram esse cognoscet, communificare omnes studebat de ijs quibus iam fuerant instruti. Ac primum fidem à Prophetis fuisse annuntiata: quia & prophetas de Salvatore humanas non esse, sed a Deo, dectas a Deinde monet, ne deceptoribus animum adueneriat, perniciem eorum non secus atque angelorum qui predicatorum, futuram astens, prædicti tempus futurū quo illudores uenient, & inde certe in eternum homines conabuntur, dum dicent aduentum Domini in ante iactari, propterea quod cum semper dicatur, nō dum tamen aduenerit: quos quidem maxime cauedos præcipit, docens non esse negligenter ita tempora suppuranda, cum omne tempus nihil fere sit apud Deum, sed unius dies mille anni, & mille anni unius dies apud ipsum habeatur: nam non tardare Dominum, sed inopinatio aduenturum: ad cuius aduentum bonis operibus sepe ut præparent, adhortantur: scriptisque à uero apostolo acquiescant, neq; attendant ijs qui ea calumniantur, & depravant, cum idem toti dominice seruitute facere consueverint: neq; à proprieتو fidei scopo decidant. Atq; ita finem epistole facit:

DIVI PETRI EPI-STOLA CATHOLICA II.

De uocatione in fide, que operibus uirtutis rata fit spē futurorum honorum. Commonitio doctrinæ post solutionē ē iuxta corpore: & quo pacto in mōte Thabor Dei de filio uocē auduit. Cap. I.



Imon Petrus, seruus & Apostolus IESV Christi, ijs qui aqualem nobiscum fortiti sunt fidem in iustitia Dei nostri & Saluatoris IESV Christi, graua uobis & pax multiplicetur.

Simon legitur, & Simeon. Simon enim Simeonis est diminutuum: sicut Metrodori Metras, & Menodori Menas, & Theodosij Theudas. Statim ab exordio spiritus & animos eorum qui crediderunt, extollit, & ad æquale studium cum Apostolis prædicâdi incitat. Qui enim æqualem gratiam sortiti sunt, digni non sunt ut aliquo, ex ijs in quibus æquales extitere, defraudemur. Vbiique autem pacem ipsis optat, non quidem mundi pacem, sed eam quæ in cognitione Dei consistit: ea siquidem sola pax est, utpote quæ ab offensione in Deum & inimicitia nos liberet. Vnde etiam Christus hanc nobis cùm ad patrem discederet, exhibuit: & cùm à mortuis surrexisset, Pax uobis, clamauit. Quinetiam in ecclesiis nos angelū pacis dari nobis precamur: & sacerdos sèpenumero de sancto altari hanc populo exhibet: & nos in mutuis salutationibus hac uti consueimus, propterea quòd ea et bonorum omnium mater, & gaudy nostri fundatum est. Idcirco etiam Dominus discipulis suis, ubi in domum aliquam ingredenterur, exhibere eam precepit.

Ioan.14
Ioan.20
Luc.24

Mat.10
Luc.10

In agnitione Dei, & IESV Domini nostri: utpote cùm omnia diuina potentia ipsius, quæ ad uitam spectant & pietatem, nobis donauerit, per agnitionē eius qui nos uocauit per gloriam & uirtutem: per quæ preciosa & maxima promis-

sa donata nobis sunt, ut per ea diuinæ naturæ participes efficiamini, cùm à corruptione mundana, quæ in concupiscentia est, effugeritis. Et hoc ipsum studio omni adhibito subministrate in fide uerba uirtutem, in uirtute cognitionem, in cognitione continentiam, in continentia patientiam, in patientia pietatem, in pietate fraternali amorem, in fraternali amore charitatem.

Ordo est: Gratia uobis & pax. utpote cùm omnia quæ ad uitam spectant & pietatem, in agnitione Dei & Iesu Domini nostri, diuina ipsius potentia, id est, per diuinam eius potentiam gratia hæc nobis donauerit, agnitionem eius, gloriam, uirtutem: per quæ maxima promissa donata nobis sunt, ut cùm à corruptione mundana effugeritis, quæ ex cupiditate existit, diuinæ naturæ participes efficiamini. Vel hoc modo: Vobis qui in agnitione Dei & Iesu Domini nostri æqualem nobiscum fidem sortiti estis per iustitiam Dei nostri, gratia & pax multiplicetur. Vel ita: In agnitione Dei & Iesu Domini nostri, quæ quidem agnitio per diuinam eius potentiam omnia quæ ad uitam spectant & pietatem, donauit, per ipsam inquam agnitionem eius qui nos uocauit per gloriam & uirtutem, per quam gloriam & uirtutem preciosa & maxima promissa data sunt, ut diuinæ naturæ participes efficiamini, dum munda nè concupiscentia corruptionem effugeritis: sed etiam

etiam hoc ipsum, id est, in hoc ipsum studium omnne conferentes, subministrate in fide uirtutem, in uirtute cognitionem &c. Sensus autem est huius modi: Cum innumerabilia dona acceperimus ex aduentu Christi, quibus & diuinæ naturæ fieri participes possumus, & ad uitam & pietatem attollit: ita nos gerere debemus, ut fidei uirtutem subministremus, ac per uirtutem ad pietatis profectum progrediamur, quoad in perfectum omnium bonum deuenerimus, quæ est charitas. Diuinæ uero naturæ participes ex Domini & Dei aduentu effecti fuimus, cum ipse naturæ nostræ primitias in se assumpserit, & assumendo sanctificarit. Nam si primitia sanctæ sunt, massa quoque ipsa sancta est. Massa autem primitiarum nihil aliud est, quam illi ex quibus sumptæ primitiae sunt. Corruptionem autem quæ ex mundana concupiscentia existit, propterea ait, quia & ex corruptibiliibus constat, & circa corruptioni obnoxia mundana concupiscētia uersatur. Gradus progressionis & profectus ita facit. Primum gradum fidem esse statuit, quæ bonorum omnium statimentum est ac fundamentum: secundum, uirtutem,

Col. 2 dum fidem esse statuit, quæ bonorum omnium statimentum est ac fundamentum: secundum, uirtutem,

Iac. 2 tutem, id est, opera, sine quibus, ut Iacobus inquit, fides mortua est: tertium, cognitionem. Sed quænam hæc est cognitione? Arcanorū Dei mysteriorum scientia: quæ non cuilibet aduenit, sed ei tantum, qui ex operibus præstantioribus per ha-

bitum

bitum exercitatos sensus sibi comparauit. Post Heb. 5 hec cōtinentia subsequitur: quippe cum hac quoquæ ei opus sit, qui ad mensuram & modum cognitionis iam peruenit, ne doni magnitudine insolens euadat. Quoniam uero fieri non potest, ut parum usus quispiam continentia firmum ac stabile donū acquirat (solent enim semper affectus, cum à cohibente & coercente liberi euadunt, in peius ferri, ac profundi) patientia subintrâ rem omnem absoluat, & perfectiorē erga Deum obedientiam reddens, pietatē nobis conciliat. Postea pietati fraternus amor accedit, qui sanè nō accedit, nisi pietas gradum ad benignitatē erga omnes nobis supposuisse. Postrem omnium sicut charitas, ut Paulo & ueritati uidetur, bonorum omnium cōsummatio ac perfectio: quippe Rom. 13 quæ & Dei filium quoquæ, & eius patrem induxit, hunc, ut dilectum filium suum daret: illum, ut sanguinem suum pro nobis effunderet.

Hæc enim cum uobis insunt, & abundant, non ociosos, neque inefficaces ad Domini nostri IESV Christi cognitionē uos reddunt. Cui enim hæc non adsunt, cæcus lusciosus est.

Hæc, quænam fides, uirtus, cognitione, continētia, patientia, pietas, amor fraternus, charitas: quæ profectò nō adesse tātū modo, sed abundare etiam debent. Nam si præsentia iuuat, multo maiorem abundantia ipsorum utilitatem afferet. Sed

que utilitas est, quae ex ipsis cuenit? Eanimirum, ut in secundo Domini aduentu fiducia habeamus: qui enim haec non habet, ei cum in gloria iudex ad uenerit, et tamquam sol fulgurauerit, cæcitas oborietur: quandoquidem etiam si ualenti uisu præditus esset, neq; ita quod supra modū fulget, absq; turbatioe posset in picere, cum natura cōparatiū sit, ut lumē quod supra modū splendet, aciem eorū obscuret, qui in id oculos imbecilliter intendunt. Lusciosum aut̄ esse, id est uo[u]o[u]o[u], nil aliud significat quam cæcutire, a[n]d[er]t uo[u]o[u], id est, a muribus qui sub terra degunt, qui cæci in perpetuum sunt.

Purgatiōis ueterū suorū peccatorū obliuioe inductus. Quare fratres magis studete, ut firmam uestrā uocationē & electionem faciatis.

Hoc simile ei est quod à beato Iacobo dictum
Iacob. 1. est: Si quis auditor uerbi et non effector, is similis uiro est qui faciem generationis sue in speculo contemplatur, contèplatus enim seipsum est, et abiit, et statim oblitus est qualis erat. Sic etiā iste cum cognoverit, dum purgatus fuit sancto bapti smate, se multitudine peccatorum fuisse ablutum ac liberatum, et ex ea ablutione sanctitatem se accepisse: cum deberet sobriè agere, et dare operam ut perpetuo sanctificatione sibi cōseruaret,
Heb. 12. sine qua Dominū uidebit nemo, ipse obliuioi hoc mādauit. Quare, inquit, fratres magis studete ut stabilem atque immutabilem uocationem uestram atque

atque electionem reddentes, id est, institutionis atque instruētionis uerbū, quod ex electione uestra et uocatiōe audiūisti, irreprehēsibiles sitis: ne quasi oblii uerbi Dei iudicemini, sed in firma uestra uocatione permaneatis.

Hæc enim facientes non errabitis unquā: ita enim abunde subministrabitur uobis introitus in aeternum regnum Domini nostri & saluatoris IESVS Christi.

Hæc, quænam? quæ antedicta sunt, id est, uirtutem, cognitionem, continentiam, et quæ sequuntur. Vide autē quomodo prius ab horribilibus rebus, id est à tribunalī iudicis eos adhortatus, nūc ex bonis, hoc est, ab ingressu in aeternum regnum Domini, eos incitet.

Idcirco non negligam uos semper commōnere de his, quamuis sciatis, & in præsenti ueritate firmati sitis. Iustū autem existimo, ut quādiu sum in hoc tabernaculo, excitem uos commōnitōne, cum nouerim celerem tabernaculū mei esse depositionem, quemadmodum etiam dominus noster IESVS Christus mihi manife stauit. Dabo aut̄ operā, ut uos etiā semper post meum exitum, horū habere memoriā possitis.
Ioan. 21.

Ne uideantur, dum assidue commonefiunt de ipsis, ignauie atq; ocyi damnari, atq; idcirco dolore afficiantur: ea de causa subiungit, quamuis sciatis, & in præsenti ueritate firmati sitis. Et deinde assidue huius commonitionis causam in-

fert, cùm inquit se nosse, citò fore ut ab ipso hoc corpore decedat. Quod sequitur uero, id est, dabo autem operam &c. nōnulli per trajectiōnēm intelligendū censem, ut legamus: Dabo autē operam etiā post meū exitum, ut uos semper & af-siduē horū memoriam habeatis: atq; ostēdere hinc uolūt, sanctos uiros post mortē quoq; horum qui hic sunt recordari, ac pro uiuētibus intercedere. Sed alij tamen simplici modo ita interpretantur: Dabo operam ut semper uos, etiā post meum exi-tum, horum memoriam habere positis, quasi dicat: Ne miremini, neq; grauiter feratis, si af-siduē uos de ijsdem commonefacio: nō enim id ago pro pterea, quòd tarditatis atq; imperitiæ uos dam-nem, sed ut af-sidua de his doctrina stabilem atque immutabilem perceptionem in animos uestrōs in-ducam: qua confirmati, post meum quoquē uitæ obitum insita atque indelebilia huiusmodi docu-menta habeatis.

Non enim cōmentitias fabulas sequuti, uo-bis Domini nostri I E S V Christi uim & aduen-tum manifestauimus, sed magnificentia illius in-spectores effecti.

Cum dixerit, debere ipsos studiose gerere et diligenter, erga ea uidelicet quæ ab ipso fuerunt annūciata: cumq; de his longam orationem pro duixerit, & se penumero licet sciētes et percipiētes uarijs modis monuerit, nunc confirmationem ipforū

ipforū subiungit, atq; inquit, non frustra se de his diligentiam præ se ferre, sed eatenus ea perse-quī, quatenus certissima ac uerissima cognitione percepit. Non enim sapientia se humana utendo, & ornata oratione decipiendo, uim Domini & aduentum manifestasse ipsis afferit. Id quod ex Græci faciunt & hæretici, dū illi suco orationis, heretici fragmentis, auditores captant ac fallunt: quemadmodum Valentiniani, qui Profundum & Silentium prodigiosis fabulis introducebant. Nam uerisimile est eo tempore ipso iam suboriri incepisse. Nihil, inquit, huiusmodi in nobis depre-hendi potest, quippe cum simplici oratione do-ctrinam hāc apud uos exercuerimus: id quod e-tiam Paulus ad Corinthios scribit: atq; ea uobis tradiderimus, quæ cùm in montem sanctū simul cum ipso ascendissimus, inspectione ipsa percepi-mus. Intelligit autem de gloria ab unigenito ipsis in transfiguratione demonstrata, & de uoce, quam à patre de cœlo emissam ob Dominum au-dierunt, ut sequendo declarat, cùm inquit:

Accipiēs enim à Deo patre honorē et gloriā, uoce ipsi delata à magnifica gloria huiusmodi: Hic est filius meus dilectus, in quē mihi cōpla-cirum est. Et hanc uocē nos audiūmus de cœlo delatā, cùm in mōte sancto cum ipso essemus. Mat. 17

Vel participium hoc, accipiens, pro uerbo
Acceptit, positum est, propterea quòd ad partis

pium consequitio orationis minimè respondet: uel si pro participio propriū sumere hoc quispiā uelit, necesse omnino erit ut inconstructa oratio efficiatur. Sed si Accipiēs, pro accepit sumamus, apte omnia respondebunt, in hunc modum, Accepit enim à Deo patre honorem & gloriam, uoce ipsi delata à magnifica gloria, et propterea habemus certiorem propheticum sermonē et c.

Matth. 3. Testimonium autem à patre filio ter exhibitum

Ioan. 12. est: in baptisme: in passione, cum dixit, Glorifi-

Mat. 17. caui, et rursus glorificabo: et in monte, de quo

nunc hic loquitur.

Et habemus certiorem propheticum sermo-

2. Tim. 3. nem, cui bene facitis attendendo tanquā lucernā lucenti in squallido loco, quoad dies illucescat, et lucifer oriatur in cordibus uestris: illud primum scientes, omnē scripturā prophetiam priuatā solutionis non esse. Nō enim uincultate hominis allata aliquando est prophētia, sed spiritu sancto aeti, sancti Dei homines loquuti sunt.

Propterea quod, inquit, ex rebus ipsis et experientia cognouimus que à Prophetis fuerunt prænunciata, certiorem omnem eorum prophetiam habemus: non quod de uoce à patre de cœlo demissa prophetia aliqua sit, sed quia ex uoce patris que de filio testificata est, confirmati sumus, et certò credidimus omne Prophetarum uaticinium stabile ac sine ulla controversia uerum esse.

esse. Ex his enim certiorem esse eorum prophetiā iudicamus, quippe cum res uerba ipsorum fuerint consequitae. Idcirco etiam uos recte facitis, dum prophetiæ attēditis, id est, ijs quæ à Prophetis fuerunt prædicta, licet tunc obscura haberentur, et similia lucerne, quæ in caliginoso incenditur. Squallidus enim et siccitate affectus locus, caliginosus et obscurus esse consueuit, propere quod dum calore solis succensus, hamore qui aëri formam dat, priuatur, aërem ipsum radiorum solarium ministrum ineptum ad ei ministrandum necessariò efficit, utpote qui in discriuenientiat, ne propriam suam qualitatē amittat: unde fit, ut quasi per peregrinum uehiculum radius delatus, obscuram quandam lucem emitat. Attendendo igitur, inquit, ijs quæ ita obscurè à Prophetis dicta sunt, spe non frustrabimini. Nam cum res suo quæq; tempore adueniat, quas diei nomine significauit, apte admodū in traslatione persistens: dixit enim lucernam, et locum squallidum, id est, caliginosum et tenebrosum, quæ quidem nox est, noctem autem omnem dies subsequitur: cum dies igitur, inquit, adueniet, id est, rerum ipsarum præsentia, habebitis orientem luciferum in cordibus uestris, hoc est, Christi cognitionem, et aduentū eius, à Prophetis prænūciatum, qui tanquam lux uera, corda uestra illustrabit. Deinde ut ostendat, cur Prophetæ ea que

dixerunt, non sint interpretati, distinguatq; prophetiam ueram à ficta ac dæmoniaca, quæ inter hereticos exerceri deprehenditur, omnem prophetiam scripturæ inquit priuata solutionis minime esse: hoc est, prophetas à Deo quidem accipere prophetiam, non tamē ut ipsi uolunt, sed ut qui eos mouet, diuinus spiritus operatur: ac nouisse quidem ipsos atq; intellexisse propheticum sermonem qui ipsis demittebatur, nō tamē solutionem etiam eius fecisse. Nam Prophetas qui diuino spiritu afflabantur, nouisse ea quæ à Deo dicenda ipsis mittebantur, inde perspicuum est, quod sponte exequebatur, & quod uolebat, id loquebatur: id subticebant, quod nollebant. Id quod in Ione. i. Num. 22. Iona & Balaam uidere licet, quorum alter denaciare Niniuitis uaticinium nolebat: alteri preceptum est, ut ea diceret, quæ ipsis suggesterentur. At falsis prophetis, aut Græcorum oraculis, minime idem contingebat: non enim compotes mentis erant, dum futura prædicebant, sed furore oppressi atque agitati, non secus atque ebrij, quæ agerent, ignorabant. Sancti uero Dei Prophetæ, id est ueteres, quamuis cognoscerent omnia, non necesse tamen habuerunt sua interpretari, sed alijs, id est, nobis ea interpretanda postea subministrarunt. Id quod etiam ea dispensatione contigit, ut Domini aduentus latèret, ne ab impijs obseruatus, infidijs appeteretur. Nam licet ob immensam

immensam Dei potentiam ex quibuslibet infidijs elabi potuisset, uerisimile tamen fuisset, ut cum interdum incredibili quodam modo atque admirabili elapsio ea fieret, humanitatis assumptæ mysterium prodigiosum quod dā esse uideretur. Hoc uerum esse inde patet, quod Prophetæ noui testamenti quum prophetabant, seipso interpretabantur, etiam si non prorsus, ut diuus Paulus in 1. Cor. 14. priore ad Corinthios inquit: quippe cū in novo testamento suspicio nulla huiusmodi fuerit. Nam quod sancti hi Prophetæ non mente exturbati uiticinari confueuerint, illud quoq; argumento est, quod cū uno & eodē spiritu tā in ueteri quam in novo testamento omnes uaticinentur, Paulus in 1. Cor. 14. inquit: Si alteri sedenti reuelatum fuerit, prior taceat. Hinc enim sane in naturali statu constitutos Prophetas, & mentis cōpotes sponte prophetasse, satis cōstat, propterea quod cū alter aflatius fuerit et surrexerit, priori qui loquebatur, mandatur ut taceat: id quod in furentibus & insanientibus esse nullo pacto potest. Quomodo enim tacebit, quineq; quid agat, cognoscit? Quin etiam spiritus sancti esse operationē in Prophetis, idem Paulus declarat, cū inquit: Et diuisiones operationum sunt, idem tamen qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem manifestatio spiritus datur ad id quod confert: alteri enim per spiritū sermo sapientiæ datur: & post nonnulla,

alteri prophetia. Tametsi etiam ex ijs idem confirmetur, quæ superius producta sunt.

Prædictio fraudulenta hereticorum illusionis, deq; eorum impietate, & futuro supplicio. Cap. II.

FVerunt autem etiam falsi prophetæ in populo, quemadmodū quoq; inter uos erunt falsi doctores, qui sectas perditionis subintroducent, etiam qui eos redemit Dominum negantes, inferentes sibi celerem perditionem, & multi perditiones eorum sequentur, propter quos via ueritatis maledicetur: & in usurpatione fiducijs uerbis uos mercabuntur: quibus iudicium iandiu non ociantur, & perditio ipsorum non dormitat.

Job. 4.

Cum prophetie nomen communiter & de Prophetis, & de falsis prophetis dicatur, confirmat nūc ipsos ne falsis prophetis attendat. Quid autem sit quod distinctionem inter ipsos faciat, Paulus docuit, ubi dixit: Nemo dicit Dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Hinc autem contra Nicolitarum hæresim inuehi incipit, duplicum ipsorum malignitatem taxans: sunt enim & in dogmate, quod ex maledictis contra Dominum Christum composuerunt, maximè impij, & in uita impurissimi. Atq; hoc quidem nunc ex turpi lucro manifestat, paululum tamen progressus apertius rem declarabit. Usurpationē uero nunc turpe lucrum appellat. Usurpatio enim, id est,

Cor. 12.

πληρωτα

wæterſia, modò iniustitiam, modò lucrum significat. Vnde accommodate ad rem uerbum mercabuntur, subiungit. Porrò à diuina doctrina prorsus esse ipsos alienos ostendit, cum fictitijs uerbis uti eos innuit. Sed habebüt, inquit, impietatis suæ stipendum, mortem. Iudicium enim & condemnatio his nonociatur, id est, non ociosa erit, atq; irrita: sed iandiu, ab antiquo tempore, id quod præcognitionem Dei significat, parata ipsis est. Sicut enim ex præcognitione bonis bona, ita impijs & malis conuenientē ipsis locum præparauit. Ordo autem est: Qui inferentes sibi rem perditionem, subintroducent sectas perditionis, etiam qui eos redemit Dominū negantes &c.

Nam si Deus angelis qui peccauerant, non perpercit, sed catenis caliginis in tartarum deiectos tradidit ad iudicium reseruandos: & prius mundo non pepercit, sed octauum Noë iustitiae præconem cum diluvium mundo impiorum induxisset, custodiuit: & urbes Sodomorum & Gomorrhæ in cinerem redactas, subversione cōdemnauit, in exemplum ijs qui impie acturi essent, constituens: & iustum Lot op pressum à nefariorum in libidine cōueriatione liberavit. Visu enim & auditu iustus is habitas inter ipsos, indies animā iustum iniquis operibus examinabat. Nouit Dominus pios è tentatione eripere, & malos in diem iudicij puniendos reseruare.

Si enim Deus neque angelis qui peccauerunt,
neg. prisco mundo pepercit, sed urbes Sodomo-
rum & Gomorrhæ in cinerē redactas submersio
ne condemnauit, et in exemplum omnibus qui
Gen. 19. post ipsos impiè erant acturi, posuit: Noë uero
iustitiae præconem à diluicio quod mundo impio
Gen. 7. rū induxerat, seruauit: & Lot ab impijs oppres-
sum & defatigatum, quādo scilicet hospitio ex-
ceptos angelos Sodomorū uiri efflagitabant, &
ad imitationem impiarum ipsorū actionū quo-
tidie incitatū, & per abstinentiam & continen-
tiam examinatum liberauit: nōnne multò magis
etiam hoc tempore ipsos hos scelestos, quemad-
modum transgressores angelos, & qui tempore
diluuij fuerūt, & Sodomitas, perdet ac destruet?
& uos qui cū istis in mundo incolitis, sicut Noë
& Lot qui tunc cum impijs cohabitabant, ser-
uabit? Ita sane faciet, negabit nemo. Nouit enim
Dominus & pios è tentationibus eripere, et malos
in diem iudicij puniēdos reseruare. Vide autem,
cum superiorius exēplū de maleficiis præposuisse;
nūc iustos anteponit, ut per id æmulos iustorum
soletur, quōd impijs anteponātur. Vnde etiā Chri-
Mat. 25. stus prius iustis, id est, qui à dextera erant, agnis
dat præmia, deinde hœdos à sinistra pœnis ac sup-
plicijs adiudicat: quippe cū iucunda tristibus
& molestis soleat præ ferri. A præstantioribus
autem & honoratioribus argumentū sumit. In-
quit

quit enim: Si neq; hi, qui ob substantiæ incorru-
ptibilitatem angeli in honore apud Deum erāt,
neq; homines qui proximè ad creationem & for-
mationem suam accedebant, ubi peccauerunt,
ueniā consequuti sunt, multò magis neq; his pec-
cantibus parcat Dominus. Cum uero inquit,
catenis caliginis, ineuitabilem damnationē ipso
rum significat, è qua effugere atq; elabi nullo pa-
cto possint: huiusmodi enim uinculis qui à nobis
penitus cōdemnātur, constringi consueuerūt. Sed
unde, dicet quispiam, hæc dæmonum damnatio
manifesta est? Ex ipsis profecto dæmonibus qui in
Euangelio uidelicet rogam, ne in abyssum demit-
tantur: quasi id cæteri omnes paterentur. Ad-
vertendum autem est, ex conditione & supposi-
tiue argumentationem hanc fuisse productam;
non tamen postea ita etiam absolui: quippe cū
non habeat quod ad conditionem referatur, ac
respondeat. Vnde figura tantummodo argumētatio
huiusmodi proposita est, re autem uera est exem-
plaris probatio simplex. Cur ita sit, dicā. Si enim
ex figura esset, ita processisset: si enim angelis qui
peccauerunt, si prisco mūdo, si Sodomis & Go-
morræ nō pepercit, nūquid his parcat? Nullo mo-
do. Vel hoc pacto: Si illis non pepercit, his etiā
prorsus non parcat. Non simpliciter autē à præ-
statiōribus & honoratiōribus argumētatur, sed
ut peccates magis pœna obnoxios esse ostendat.
Quoniam

Quoniam enim etiā isti præstatores in eo sunt, quod uocati ad Apostolatum à diuina uia deflexere, matore quoque condemnatione digni quād cæteri habentur. Cum uero ex suppositio-ne propositionem hanc exemplarem proposuerit, non reddidit quod ex figura consequi oportebat: iustorum enim assumptione exemplū confudit: et cum deberet ei quod à principio propo-suerat, id est, eorū qui peccauerant, ob quos exemplum adductum est, redditionem subiungere, et dicere: Si illis non pepercit, nūquid præsentibus his flagitiis hominibus parcer? uel per negationem, Multò magis neq; his parcer: non id facit. Quā ob rem? propterea quod uidelicet reddi-tio hæc duobus propositis exemplis bonorum et malorum, uni tantum malorum erat respōsura. Vbi igitur una redditione proposita res absolui non poterat, loquitione alio modo usus est, et per acclamationē cùm inquit, Nonit Dominus &c. quod debebat inferri, exequutus est. Cur au-tem malis bonorum exempla adiunxerit, suo loco dicetur. ALITER: Sicut superius diximus, non secundūm figuram orationis quæ uide-tur, sententia quoque ipsa subsequitur: non enim redditio subiungitur, quæ respondere huiusmodi constructionibus cōsueuit, sed simplex exempla ris probatio est eorum qui et ob peccata puniū-tur, et ob iustitiam præmiū consequuntur: perin-de

D. PETRI, CAP. II. 415
 de ac si ita dixisset, Nonit Deus et eos qui pec-cant, irrefragabili damnatione punire, sicut an-gelos qui peccauerunt, sicut homines tēpore diluvij, sicut Sodomorum urbes: nouit item ē con-trario eos præmijs afficere qui iustitiā exercēt, quemadmodum Noë et Lot. Ac connexio senten-tiae huiusmodi est: Quia dixerat falsos doctores ob maledicta in Deum, et impuram uitam, esse puniendos, exempla subiungit. Deus enim neque angelis peccantibus, neq; prisco mūdo pepercit, neque urbes Sodomorum perniciem effugere po-tuerunt, sed in cinerem redactæ exemplo impiè agentibus sunt. Et rursus Deus eos qui iustitiam exercent, honore ac præmio afficit, ut Noë et Lot. Et qualem ob iustitiam uterque salutem ade-petus fuerit, explicat, cùm inquit, Noë et Lot ob temperantiam et continentiam à pernicie alio-rum hominum fuisse erectos. Nam et Noë im-pietatē hominū qui ante diluvium fuerūt, sequi-tus non est: et Lot nihil emulatus impura Sodo-mitarum flagitia: sed cùm indies semper libidi-nose agentium inspectione quasi stimularetur, et ad ipsa flagitia incitaretur, nunquam succu-buit: hoc enim est quod inquit, usiu & auditu &c. Cum enim multa haberet quæ ad libidinem et impuritatē ipsum incitarent, uisionem, au-ditionem, consuetudinem cum scelestis homini-bus et conuersationem, purum se et mundum con-

conseruauit. Sed neq; hospitio exceptos angelos in specie hominum, ad libidinem ipsos exposcen tibus præbuit, licet à nefarijs his multis atq; innumerabilibus contumelij afficeretur: id quod significat cùm inquit, oppressum & defatigatum. His uero postea quasi acclamatione subdit, Nouit Dominus, inquiens, pios è tentatione eripere &c. Ceterū aduertendum est, cùm nihil ante dixisset de iustis, sed de solis impijs, et eorum pena, postea tamē iustorum exemplum interseruisse: primum propterea quòd història quo que ex de impiorum pernicie, & de iustorum salute mētionem facit: deinde, ut ex comparatione horum ex peccantium uitium deprimat, & recte agentium uirtutē extollat atque illustret: postremo etiam ut auditores inducat, ut ex illorum sceleris ob penas odio prosequātur, & piorum recte factis ob salutem amplectantur, atque appetant. Vnde etiam in acclamatione utroruq; mentionē fecit, piorū ex impiorū, salutis ex pœnæ, quò uidelicet impiorū uitia detestētur, uirtutem piorum æmulentur.

Maxime uero illos qui post carnem in concupiscētia inquinationis ambulant, & dominationem contemnunt.

Hic à prioribus exemplis apte ad presentem rem deuenit. Intelligit autem de scelestis ac destabilibus Nicolaitis, seu Gnosticis, seu Naassenis,

niſ, seu Cerdonianis: multis nominibus enim uitium illorum cēsetur: & sicut scelestis operibus, ita nominibus quoquē confusum atque inquinatum deprehēditur. Hi enim, sicut etiam antea dimisimus, profundum ex sileniū prima mundi constitutionis initia constituentes, ex his matres & secula prodigiose commentabantur (quemadmodum etiam Marcio malis seminibus hinc sumptis fabulatus est) deinde per hēc à mundi opificio et prouidentia dominationibus expulsis, in omnem libere carnalē immunditiam profusi sunt. De quibus si quis plura cognoscere cupit, Irenæi Gallè beati hominis librū legat, quem contra falsi nominis cognitionem inscripsit: ibi enim horum flagitosas immunditias inueniet, per Marcum maxime perpetratas impurissimū hominem, & quæ ab ipso deceptæ ac corruptæ fuerant miserabiles mulieres.

Audaces, contumaces, glorias non uerentur maledicere, quandō angeli robore & potentia maiores cùm sint, nō ferunt contra ipsas apud Dominū maledicū iudicium. Isti autem quasi ratione carentia animalia naturalia, genita ad captiuitatē & corruptionē, in ijs quæ ignorant maledicentes, in corruptione sua corrumperunt, mercedem iniustitiae recepturi, quotidianū luxum uoluptatem existimantes.

Subaudiendum est, qui sunt audaces ex contumaces &c. Nihil enim absurdum est, ut qui re-

storem & creatorem mundi respuerunt, audaceſ ſint & contumaceſ, id eſt, audaceſ, hoc eſt, qui quod ſibi placet, ſequi omnino ac tueri uelint, qui mē etiam maledici, ut inquit, ſint. Nam qui ex contemptu dominationem illam nō timent, quid mirum ſi omnem gloriam & excellentiam etiam ſpernunt? Aperius autem de his beatus Apoſtoli Iudas dicit, ubi de Moſis corpore ait: hic enim nunc rem tanū significauit, & ſimulatque attigit, omiſit. Quo circa ex illo ſumpta occaſione interpretandorū horum uerborum dici muſ, cum inquit, glorias non uerenqur maledicere, intelligi debere pro Contemnunt, & nibili faciunt blaſphemare omnem gloriam. Deinde, ut audaciam circa hec reprimat, infert, quando an gelī robore & potentia maiores cum ſint &c. idem quod beatus Iudas inquiens. Nam etiam ille loquacitatem & maledicentiam quorundam caſtigans, eodē exēplo, ſed latius tamen monitionē facit, cum inquit: Michaēl autē archāgelus &c. non auſus eſt iudicium inferre maledicenteſ. Tale quid etiam Petrus nunc dicit, cum ait, hos miſerros nulla ratione habita glorias maledicere: cum tamen neque qui potentia & uiribus maiores ſunt, iſtis uidelicet flagitiouſis hominibus, non ferant, id eſt, non inferant, cōtra ipſas uidelicet glorias maledicuum iudicium apud Dominum. Atque huiusce rei teſtiſ Michaēl archāgelus eſt: is enim quia

quia gloriae cuiuſdam particeps eſt etiam diabolus, propterea quod principium creationis Domini fuit, contra ipsum maledicuum sermonem nō intulit. Et eſt à maiori argumētatio, in hunc modum. Si diabolus, qui dignior eſt ut maledicatur, quia tamē gloriae cuiuſdam eſt particeps, à Michaēle archangelo corā Domino id non eſt conſequutus: illi ſane nō ſapiunt, qui ita temerē gloriae omnē maledictis proſequuntur, cum tamē multo poſt angelorū dignitatē cōſtituti ſint. Glorias autem, uel diuinās potētias, uel ecclēſiāticos etiam principatus appellat, aduersus quos ſuilli iſti inuehūtur, ac maledicta infeſſe non defiſunt. Atq; angeli quidem ita modeſtē ſe gerūt: at iſti, tanquā bruta naturalia, id eſt, quā ſenſu tanūmodo, nō mente & intellectu uiuunt: unde etiā à corrūptib; libus, id eſt, ab ira et cōcupiſentia, quā in uita inſunt quā corrumpitur atq; interit, facile capiuntur. In ijs quā ignorant, maledicenteſ: id eſt, ſpūtanea ſua ignorātia maledicenteſ, digna ipſis corruptione corrūpentur, mercede iniuſtitiae recepturi, quā ſpōtē ſibi compararūt. Voluptatē quotidianum luxum exiſtimātēs: hoc eſt, uerā & amabilem lētitiām & uoluptatēm in quotidiana gulē fruitione conſtituentēs. Sciendū autem eſt, diuina ſcripturā ea que hominibus naturaliter, id eſt, quatenus ſunt animalia, inſunt, quan- do uituperat, brutis animalibus ſolere compara-

- Psal. 48.** re:quemadmodum cùm inquit, Homo cùm in honore esset, nō intellexit, inter stolidam iumenta connumeratus est. Et: Ne sitis sicut equus & mulus.
- Psal. 31.** numeratus est. Et: Equi in foeminas furētes effecti sunt. Et, Fiant prudentes sicut serpentes, et sinceri ut columbae.
- Hierem. 5.** Atque id inquit, non quòd mutari naturae possint, fieri enim id nullo pacto licet: sed ut ad naturales incitationes alias deuitandas, alias sectandas incitet. Quando autem salutare aliquid consult ac precipit, ad superiora cōparationem facit.
- Luc. 6.** cit, sicut cùm inquit: Sitis misericordes quemadmodum etiam pater uester cœlestis est. Et neque hic naturam transmutandam monet, sed quatenus uires nostræ patiuntur, ad hæc facienda nos hortatur.

Sordes & maculae, in deceptionibus suis deliciantes, coepulatæ uobiscum, oculos habentes plenos adulteræ, & incessantes à peccato, instabiles animas inescantes, cor habentes exercitatum auaritijs, filij execrationis, qui relicta via recta aberrauerunt, sequuti viam Balaam filij Bosor, qui mercedem iniustitiae amauit, sed propriæ iniquitatis redargutionem habuit. Iumentum mutum hominis uoce loquens Prophetæ dementiam prohibuit.

Ordo est: Sordes & maculae, cor exercitatum auaritijs habentes, filij execrationis, coepulantes uobiscum, oculos habentes plenos adulteræ, & indesinentes à peccato, animas instabiles inescat,

quaes

quas Paulus mulierculas peccatis accumulatas 2 Tim. 3. dixit: qui quidem relicta recta uia aberrauerunt in uia Balaam filij Bosor &c. Sordes & maculae: quippe qui nihil in se habeant puritatis, sed quasi sortes in indumento mundo, id est, in pura & sincera uita inhærentes, & omnia maculantes, ubi auerterint aliquos à sanctitate, & flagitosos reddere secum uersantes uel uiros uel mulieres potuerint, id delicias sibi esse existiment, Quinetiam dum uobiscum coepulantur, non ob charitatem id faciunt, & ut salis & mensæ communicationem ineant, sed ut occasionem ad decipiendas mulieres nanciscantur: hi enim cùm oculos habeat, nihil aliud quam adulteras inspiciunt: atq; in hoc fine illo fine peccantes, tanquam excreationis filij animas instabiles inescat. Cor enim ipsorum ad nullam aliam rem, quam ad auaritatem & auaritiam exercitatum est, hoc est, ad pollutionem & pecunias: ob quæ utraq; relicta uia quæ ad salutem deducit, aberrauerunt, non secus ac Balaam Bosor filius, qui ob largitionem amavit iniustitiae mercedem, redargutusq; sua iniquitatis est à iumento muto, quod hominis uoce loquutum, dementiam Prophetæ prohibuit. Atque hinc cognoscere possumus, Balaam ex auaritie affectu, quem furioso suo uaticinio alebat, semel à Deo prohibitum, iterum contentiose ire ad Bacac festinasse, et timore Dei, terroribusq; in itine-

re corruptum, benedictionis orationem non immutasse: id quod non uaticinij (diximus enim uaticinium, id est, ueritatem), ex furente animo depromi, ignorante quid dicat) sed prophetie est. Prophetae enim scientes dicunt ea quæ prenunciant: unde etiam Prophetam ipsum hunc uocauit, ut pote qui sciret ea quæ diceret: non enim si ignorasset quæ dicebat, in electione præstantiorum perstisset. Benedictio igitur eius non uaticinij & diuinationis suæ, sed uirtutis diuine fuit.

Iude. 3. *Hi sunt fontes aqua carentes, nubes à turbine agitatae, quibus caligo tenebrarum in æternum reseruata est: supra modum enim fastuosa uerba uanitatis loquuti, alliciunt in cōcupiscentijs carnis, in impudicitijs eos qui uerè aufugereant, eos qui in errore conuersabantur, libertatem illis pollicentes, cum ipsi corruptionis serui sint. A quo enim quis superatus est, ei etiam in seruitutem est redactus.*

Ioan. 4. *Cum multa interposuerit, inter quæ etiam ex emplu Balaam adduxit, redit rursus ad impuros Gnosticos, quos fontibus aqua carentibus comparat, ut pote qui uitæ aquam, id est, puram prædicationis, & dulcem aqua amiserint: quam cum haberet Dominus, multos qui ad se accederent, saturaturum se esse promittebat. Nubibus quoque similes esse hos inquit, quæ à uento aguntur, atque à nemo quidem concrario, quem turbinem uocat*

uocat, quippe qui illud quod impellit, conturbet ac concurget: id quod turbinis proprium est. Non sunt, inquit, nubes pellucide & claræ, ut sancti uiri, sed nebulae caliginis plenæ, quibus caligo tenebrarum (de futuro autem iudicio inteligit) in æternum reseruatur. Curq; id fiat, causam subiungit: quoniam supra modū fastuosa uerba uanitatis loquuti, carnali concupiscentia in impudicitijs eos qui uerè effugerant, alliciunt, & omnino eos qui prius in errore conuersabantur. Quare impudicitiae, arrogantie, & impietatis rei sunt, qui hæc efficiunt. Cumq; ipsi immunditiae serui sint, quam corruptionem meritò appellat, libertatem alijs quos decipiunt, pollicentur, non uera illam quidem, sed remisse ac profusa uitæ libertatem. Vnde etiam cur serui sint pecati, rationem subdit: propterea quod uidelicet à qua quis perturbatione uincitur, ab ea in seruitutem etiam redigatur.

Nam si cū effugerint inquinaciones mundi in agnitione Domini & saluatoris IESV Chri Ioan. 8: sti, his rursus implicati superantur, ultima ipsis Rom. 6: peiora prioribus euaserunt. Melius enim ipsis Heb. 6: erat si uiam iustitiae nō agnouissent, quam ubi Mat. 12: agnouerunt, à sancto mandato, quod eis traditum est, auerti. Contigit autē ipsis id quod ueri proverbi est, Canis conuersus ad propriū uomitum, & sus lota in uolutabro cœni. Pro. 26:

Duo probat hac oratione: & eum qui alicui affectui succumbit, illius esse seruum: & eos qui post ueritatis agnitionem rursus prioribus flagitiis inuoluuntur, id deteriora prioribus mala incider: cui rei attestans prouerbium adducit. Est autem tota hæc sententia: Si autem cum agnitione Domini & saluatoris Iesu Christi inquinaciones mundi effugerint, rursus iisdem impliciti ab ipsis superantur, prorsus etiam ipsis seruunt, & peior seruitute quam ante cognitionem detinentur: cum insidiator noster satanas id det operam, ut tanto deterioribus inuoluantur, quanto maiore ocio à prauis operibus antea uacauerant. Idcirco Apostolus inquit, quoniam ad hoc deueniunt, qui malorum recantationem faciunt: melius sane ipsis fuerat, si non agnouissent, quam post agnitionem peioribus opprimi. Nam etiam canis qui ad propriū uomitum, id est, ad id quod euomuerat, edendum revertitur, multò est detestabilior: quippe cum quæ natura exosa euomere ac reijcere ipsum coegerat, ea rursus in cibum sumat, & que corrupta iam sunt, & natura abortum fecerunt, rursus comedat. Sus quoq; dum ablui querit, si cenno id faciat, sordidior multò quam prius erat, efficit.

Resumptio

Resumptio de prauitate hæreticorum hominum, ubi sit in consummatione huic seculi inopinatō Christum aduenturum, ut ad eum omni uirtute præparari debeamus. Caput III.

Hanc iam charissimi secundam uobis scribo epistolam, in quibus commonēdo uestram sinceram mentem excito, ut uerborum quæ prædicta sunt à sanctis prophetis, mandati nostri Apostolorum, Domini & saluatoris IESU me mores fitis, illud primum scientes, in extremo dierum uenturos esse illusores, qui iuxta proprias concupiscentias ambulent, & dicant: Vbi est promissio aduentus ipsius? ex quo enim patres dormierunt, omnia ita à principio creatione permanent.

Hinc omnes Petri epistolas duas esse cognoscimus. Cum uero inquit, in quibus, intelligentium est, utrisq; epistolis, id est, per quas utrasque epistolas sinceram mentem uestram excito. Sinceræ enim ac pura mens & cogitatio est, cum eorum quæ salutaria sunt, quæ iam audiuiimus, & reseruata iam sunt ac deposita, recordamur, & ad resumēdam eorum operationem, omni studio ac uiribus omnibus incitamur. Recondita autem ac deposita, & per propheticos sermones, et per Apostolicas prædicationes hæc sunt. Vnde etiam Paulus inquit: In ædificati supra Apostolorum et Prophetarum fundamentum. Omnes enim hi & primum & secundum Domini aduentum denun-

1. Tim. 4.
2. Tim. 2.
Iude.
Ezech. 12.

ciarunt. Tot uero ac tantis testibus non credendum non est. Costructio autem orationis huiusmodi est: ut memores fatis uerborum predicatorum a sanctis Prophetis, et mandati nostri Apostolorum, et mandati Domini et salvatoris Iesu. Vel, ut memores fatis uerborum predicatorum a sanctis Prophetis, et a mandato scilicet predicatorum nostri Apostolorum, et a mandato Domini et salvatoris Iesu: ut subintelligatur vero, id est, a preposito: et non Mandati, in genitivo, sed in ablativo Mandato, in quoque interpretetur. Cur uero renouari hanc memoriam ipsis uelit, sub-

- Mat. 26.** iungit: propterea quod qui iuxta proprias con-
Mat. 24. cupiscentias perturbate ac libidinose uitam tra-
Mar. 13. ducunt, cum uideant Domini aduentum, quem
Luc. 21. una cum alijs Deo afflatis sanctis uiris etiam ipse

Dominus prenunciauit, quosdam timere, ac propterea inhonestam ipsorum uitam detestari, fidelibus insultant atque illudunt, eo quod non statim predicatione experimento rei comprobatur, sed ob multorum salutem differtur: atque irridendo, inquiunt: Vbi est promissio aduentus eius? atque ita per hanc unam promissionem, quae ob aliquos ex dispensatione nondum expleta est, dolose machinantur, ut alijs quoque salutaribus Domini mandatis fedes non adhibeatur. Hac Gnosti qui per illa tempora uigebant, uel Naaseni, qui iudee et Lapatiani, et Eucheta appellabatur, nugari consuerat.

Latet

Latet enim ipsis hoc uolentes, ccelos fuisse antiquitus & terram ex aqua, & per aquam constitisse Dei uerbo: per quae qui tunc erat mundus, aqua inundatus perire: qui uero nunc sunt celi et terra, ipsis uerbo recediti igni seruat in diem iudicij & perditorum impiorum hominum.

Hi sancti omnes sponte ignorant: sponte enim conniuenter, et ad ueritatem percipiendam cœciunt. Et quid est illud quod ipsis latet? Cœlos uidelicet ante diluvium antiquitus, sicut in mundi procreatione apud Mosen est, ex aqua extitisse: Gen. 1. inquit enim ille, iussisse Deum in medio aquæ firmamentum fieri, hoc est, firmiorem aquarum subsistentiam existere. Latet etiam ipsis, terram simili modo creatoris iussu emersisse, cum prius ob ruta detineretur: et sicut ex aquis cœlo et terra constante diluvio mundo inopinato superuenit, ita etiam nunc repositum esse, ut per ignem universi perniciies efficiatur, quo cum impiorum quoque perituri sint. Cum enim duo sint elementa quae universi hanc machinam maximè continent, et coherentem conservant, aqua et ignis, ex quibus reliqua duo etiam existunt: nam aer, ex aquarum exhalatione, terra ex earundem concretione constat: quae utraque, id est, exhalationem et concretionem ex aqua, exprimit ignis uis, quae a creante Deo naturaliter ipsi insita est. Cum igitur duo haec principia sint elementa, et per aquam prius impiorum

Psal. 103

impiorum scelerá fuerint deleta, necesse, inquit,
est ut rursus impiorū perditio per ignem fiat. Ac
de hoc quidem mundi interitu non Christiani so-
lum, uerum etiam Græcorum sapientes, ut Hera-
clitus Epheſius, & Empedocles Aetneus tradunt.
Sed dicet quispiam, quæ ratio est cur cōditus fue-
rit mūdus, si interire rursus debet? Cui ita reffon-
dendum est, mundum tunc nō in perniciem pror-
sus interitum, sed in renouationem abiturum.

Rom. 8

Vnde etiā Propheta inquit, Et renouabis faciem
terræ. Sensibilis enim creatura à principio à deo
constituta, bona erat, & postea hominis trans-
gressione uanitati etiam ipsa fuit subiecta, ut non
stabiliter amplius esset, sed fluxu & refluxu in in-

Gen. 8

teritum abiret. Diluvio effectum est, ut ad pietate-
m rursus reductis hominibus, per Noe & ea
quæ cōseruata in arca fuerant animalia ad semen
excitandum, rursus mundus quasi instauraretur,
ac nouum quasi exordium sumeret: sed cūm neq;
tunc hominis natura admodum multum profecis-
set, sed ad deteriora fuisset delapsa, eā postea lex
per Mosen data à prauitate conata est auertere:
postremò uero Christi aduentus ad salutem dedu-
xit, quæ nisi à paucis tamen admittitur. Quotus
enim est eorum qui salui sunt numerus, præ eorū
qui in singulis etatibus percunt multitudine: pauci-
ssimus admodū: ut tempus consummationis pro-
rogari propterea existimem, ut eorū qui seruādi
sunt

sunt numerus cōpleteatur. Qyonia igitur sicut mul-
tiplex ad salutem uocatio fuit, ita uaria quoquè
ex inobedientia perditio est subsequuta, fit ut
ignis diluvium necessarium sit, quo mūdus totus
etiam si non omnino interiturus sit, consumatur.
Non enim animæ interibunt, sed neque corpora:
quippe cūm oporteat ut omnes nos, non cum
animabus corpore destitutis, sed una cum cor-
poribus quæ etiam ipsa immortalia sint effecta, Rom. 14.
ante tribunal Christi assistamus. Quo pacto 2. Cor. 5.
enim sola anima penas eorum reciperet, quæ
per corpus perpetravit? Quin neque iusti esse in
dicis uidetur, ut cūm duo simul eadem in re pec-
carint, alterum illæsum dimittat, alterum totius
criminis supplicio afficiendum ducat. Præterea
si nos materias conflare per ignem consueuimus,
non ut penitus eas destruamus, ne sine, sed ut pur-
gatores eas ac synceriores reddamus: credēdum
non est, Deum cūm per ignem consummationem
promiserit, uel id non facturum, uel si faciat, in
perniciem & interitum mundi id esse facturum.
Nam si perdentur & consumentur aliqua, quæ
ea erunt: superuacula hæc, & præsenti uitæ ac-
commodata, cuiusmodi sunt iumenta, herbae, plan-
te. Herbae siquidem iumentis & pecudibus ui-
ctum suppeditant: iumenta uero uitæ huic corru-
ptibili hominū ministeriū exhibent. Qui efficit,
inquit, ut gramen oriatur iumentis, & herba ad Psal. 103.
serui

seruitutem hominum. Plantæ autem & stirpes alie, materiam & ligna ad tabernacula et domos extruendas: alie, fructus ad alimentum homini- bus producunt. Alimentum autem & nutritio, corruptionis argumentum est. Defectus enim & repletio quid aliud promittere quam corruptio- nem potest? Hæc igitur que uana sunt et superua- cua ad uitam incorruptibilem, corrumpentur ac perdentur. Noui uero cœli & noua terra substi- tuerit, que tamen materia diuersa minime erunt: quippe cum neq; qui nouam domum extruit, ea ex nulla subiecta materia faciat. Sic Deus cum semel materiam à principio produxerit & for- marit, omne id quod ad usum quidem uitæ huius necessariū, sed ad alteram tamen incorruptibilem inutile ac superuacuum est, tollet ac perdet: qui- quid uero ad eam conductet, id incorruptibili & admirabili pulchritudine reformatum, ad secun- dum & incorruptibilem mundum ornandum re- linquet. Cum uero ait, terram ex aqua & per a- quam constitisse, ex aqua tanquam ex materiali causa, per aquam tanquam per finalem constitu- tæ esse ipsam significat: aqua enim est, que quasi gluten quoddam terram continet, atque ut cohæ- reat, facit: alioqui nisi ea esset, in puluerem eu- nesceret ac fatisceret, ac dissoluta in aërem diffla- retur. Sed fortasse insurget quispiam contra nos, & nugaci questione, Quid, inquiet, Deus cum mundum

mundum hunc uisibilem cōstitueret, non à prin- cípio stabilem eum & immutabilem, sed mutatio- nibus obnoxium fecit, ut postea & tempore Noë per diluvium, & in consummatione per ignem, ut nunc dicit Petrus, fuerit ad incorruptibili- tatem restituendus? Huic occurrentum hoc modo dicimus, ut asseramus, nō potuisse fieri ut immu- titate esse effectus pr.e ditus, qui ex mutatione con- siderat: quippe cum ad id productus fuerit, ut es- set, ex eo quod non erat: id quod alterationem et mutationem esse negaret nemo, qui compos men- tis sit. Vnde cum alteratio peioribus cōmixta in deterius euafisset, necessariò huius opifex, ut in melius restituat, & tempore Noë expurgationē per aquam intulit, & in cōsummatione per ignem est illatus: quemadmodum etiam nos materias, sicut dictum est, non ut destruamus, sed ut purge- mus, conflare consueuimus. Quod autem in- quirit, per quæ ad cœlum & terram referuntur: per quæ, id est, per cœlum et terram, cum terra aqua effudisset, & cœli cararactas suos relaxassent, id est, tanquam cataractis sub ductis aquam detru- issent, qui tunc erat mundus, aqua mundatus pe- riit, autem non ad totum mundum, sed ad sola animalia referendum est, que uidelicet totū mundum formant: quippe cum absq; animalibus desertus locus ne mundus quidem existimari pos- set. In diem iudicii autem, pro, in diem con- demnationis, dictum est.

Vnum autem hoc ne lateat uos dilecti, unū

Psal. 84. diem apud Dominum tanquam mille annos,
& mille annos tanquam diem unum esse. Non
tardat Dominus promissionis, sicut nonnulli
tarditatem existimant: sed toleranter agit erga
nos, dum non uult ut aliqui pereant, sed om-
nes ad pœnitentiam ueniant.

Cum totam de cōsummatione mundi oratio-
nem absoluere, eam & necessariō & per ignem
futuram esse, quæ omnia nos latius etiam suimus
perseguunti, transit ad temporis prorogationem,
atq; inquit, Non tardat Dominus, ut quidam pu-
tant, sed tolerāter agit ac patienter, dum salutem
nostram expectat, & nos perire non uult, sed om-
nes ad pœnitentiam uenire. Nam cùm infinitus sit
Deus, & substantia pelagus incircucriptum sit,
nihil ipsi productum esse ac longū potest, sed mil-
le anni tanquam unus dies apud ipsum sunt, imo,

Psal. 84. ut David inquit, ne minima quidem diei pars: di-
cit enim in hūc modum: Mille anni in oculis tuis
Domine sicut dies hesternus qui præteriit, & cu-
stodia in nocte, per custodiam, breuissimam no-
cturni spaciū partem significans: quippe cùm in
quatuor custodias & uigilias diuidatur nox: nam
etiam Dominus quarta uigilia ad sanctos disci-
pulos acceſſit.

Superuenier autem dies Domini sicut fur
in nocte, in quo cœli stridenti impetu præteri-
bunt, & elementa exusta dissoluentur, & terra,

& quæ

& quæ in ipsa sunt, opera, comburentur. Cùm Apoc. 3.
hæc igitur omnia dissoluātur, qualesnam esse
uos in sanctis conuersationibus & pietatibus
oportet, expectantes & accelerantes aduentum
dei Dei, quo cœli incensi dissoluentur, & ele-
menta exusta contabescunt. Nouos uero cœlos
& nouam terram iuxta promissum eius expe-
ctamus, in quibus iustitia habitat. Propterea
dilecti, hæc expectantes date operam, ut imma-
culati & irreprehensibiles ab ipso inueniamini
in pace, & Domini nostri tolerantiam falu-
tem existimate.

Incertitudinem & inexpectationem aduen-
tus Domini per furem & noctem significat: ob-
scura enim et incerta omnia in nocte fiunt. Inex-
pectata uero furis irreptio est: ad neminem enim
expectantē accedit, sed inexpectatō et inopinatō
fur inuadit. Vnde etiam Dominus, Sicut, inquit,
in diebus Noë homines nuptijs & compotatio-
nibus lætabantur, & calamitatis quæ oppressu-
ra ipsos erat, nullum sensum habebant, donec di-
lvuium ipsis superuenit: sic etiam aduenitus Do-
mini inexpectatō impijs adueniet. Cùm uero
ait, stridenti impetu, id est *sonus*, impetuose &
strideneer, sonum significat et sibilum qui ex igne
flagramibus edi consuevit. Aduerte autem, terrā
dixisse & quæ in ipsa sunt, comburenda esse, nō
autem homines: nam perditionem tantummodo

Mat. 24.
Luc. 17.

impiorum, id est, impietatum ipsorum dixit. Via enim impiorum peribit, sed non ipse impius. Iuxta autem promissum eius inquit, propterea quod fidelibus promisit, cum diceret: Veniam et assu-

Iohann. 14. mam uos. Et: Apud patrem meum mansiones multae sunt.

Ioan. 14. Vnde etiam Paulus ait: Tuba canente ange-

1. Thes. 4. lo de celo, et mortuis incorruptibilis refur-

gentibus, et ipso occursumos Deinō in gloria: cum gloria nihil aliud quam incorruptibilitatem significet. Quod si incorruptibile, noui prorsus etiam erunt. Si autem noui homines erunt, crea-
turam quoque mundi que cum hominum statu mutari consuevit, nouā quoq; ipsam futurā manife-
stum est. Sicut enim ex delapsu hominum in cor-
ruptionē corruptibilis euua sit: ita incorruptibilis ex hominum renouatione efficietur. Prorogatio-
nem autem temporis aduentus Domini, et tol-
erantiam eius, ob salutem nostram fieri ait.

Quemadmodum etiam dilectus noster Pau-
lus ex data sibi sapientia scripsit uobis, sicut in
omnibus etiam epistolis, loquens in eis de his
inter quæ nonnulla difficilia intellectu sunt,
quæ indocti & instabiles distorquent, sicut &
cæreras scripturas, in propriam ipsorum per-
ditionem. Vos igitur dilecti prænoscentes ca-
uetе, ne nefariorum errore simul abducti e pro-
pria stabilitate excidatis: sed crescite in gratia &
cognitione Domini nostri & salvatoris I E S V

Christi

Christi. Ipsi gloria & nunc & in diem æterni-
tatis, Amen.

Sed ubi tale quid Paulus dixit: ubi uidelicet *Rom. 2.*

inquit, benignitas Domini in pœnitentiâ te du-
cit. Quod si Dei toleratia et laganimitas ad pœ-
nitentiam deducit, pœnitentia uero salutaris no-
bis est: ad utilitatem et salutem nostram Dei lon-
ganimitas spectat. Difficilia autem intellectu ea
dicit, que ab impiis distorta ac peruerse intelligi-
tur: id enim significat cum inquit, distortquent.

Cæterum ut uno exemplo rem omnem aperiam, *Roma. 3.*

quod inquit Paulus, Vbi abundauit peccatum,
superabundavit gratia: ipsi id peruerunt ac dis-
tortquet, atque inquit Paulum ita intelligere,
Peccamus amplius, ut nobis remittatur: atq; hoc,
inquit, illi in perditionem suam faciunt. Quem-
admodum enim qui Prophetas et Apostolos in-
terfecerunt, ita etiam qui uerba ipsorum distor-
quendo depravant ac perdunt, eidem iudicio ob-
noxij sunt: propterea, quod sicut qui illos occi-
derunt, ea de causa id fecerunt, ut prohiberent
quo minus qui ab ipsis instruerentur, consequi sa-
lutem possent: ita qui uerba ipsorum distortquent,
ne pereat quipiam ad salutem perueniat, similiter
uetat. Propriam autem stabilitatem, fidem in Do-
mino uocat. Sicut autem in alijs epistolis in uota
definit, ita in hac quoque incrementum in fide
Domini ipsis exoptat.



D. IOANNIS CATHOLICÆ
epistola primæ argumentum.

HAc epistola Ioannes idem qui Euangelium conscripsit, eos qui iam in Dominum crediderant, commonefacit, atque in fide confirmat: primumq; scilicet in Euangeliō fecit, ita hic quoque de verbo diuinus distinxit, & eum semper esse in patre, & patrem lucem esse ostendens: ut ita uerbum tanquam fulgorem ex eo esse agnoscamus. Tum mysterium hoc fidei nostræ non nouum esse, sed ab initio quidem & semper extitisse ait, nunc tamen in Domino fuisse manifestatum, qui uita æterna est, ac Deus uerus. Causam quoque aduentus eius subiungit, ob id uidelicet uenisse ipsum afferens, ut & opera dia-boli destrueret, & nos à morte lib. ratu patrem eius, & ipsum filium Dominū nostrum Iesum Christum agnosceremus. Ad omnem igitur ætatem scribit, pueros, iuuenes, senes, cognitum esse Deum, & diabolica[m] operationem morte exinanitam uictia n[on] sussit. Deinceps vero per totam epistolam de charitate agit: oportereq; ostendit, ut cù Christus nos amavit, nos quoq; mutuo nos amore prosequamur: ubi de differentia timoris & charitatis, & filiorum Dei & diaboli, peccati mortalis & non mortalisi, & spiritu[m] diuerterit, dissentit. Quis item dei spiritus sit, & quis erroris distinguit: & quo modo filii diaboli discernantur. In quo item peccato orandum pro peccantibus sit. Tunc cum qui non amat proximum, indignum esse uocatione, neque Christi posse appellari ostendit. Vnitatemq; filii cum patre demonstrat, ut qu[od] filium neget, is neque habere patrem possit. Idque proprium Antichristi esse ait, ut ipsum Iesum Christum non esse filium dicat, quo uidelicet mendax se esse filium Dei afferere ualeat. Per totam item epistolam ne animuma despondeant monet si qui credunt, si in mundo odio habeantur, sed gaudeant potius, propriea quod odium mundi erga ipsos, receperisse eos à mundo, atq; ad æternam uitam transiisse declarat. In fine postremo epistole rursus filium Dei uitam æternam, & Deum uerum esse commemorat, ut & ei seruamus, & a simulachrorum cultu caueamus.

D. IOANNIS EPI-STOLA CATHOLICA
PRIMA.

Theologica de Christo consideratio: ubi de confessione, quod peccatores simus.
Caput I.



Vid erat ab initio, quod audi- uimus, quod uidimus oculis nostris, quod spectauimus, & manus nostræ de uerbo uitæ contrectauerunt, & uita mani-festata est, & uidimus, & testifi- camur, & annunciamus uobis uitam æter- nam, quæ erat apud patrem, & manifestata nobis est.

Hoc ad Iudeos et Græcos spectat, qui tan- quam nouum nostrum hoc mysterium uituperant. Ostendit enim antiquum id esse, quippe cùm ab initio fuerit, id est, simul cum initio quod conci- pere animo quispiam possit. Vel ab initio, nō tan- tum ante legem, uerum etiam ante hanc uisibilem creaturam longè superioris: illa siquidem princi- piū habuit, hoc ante illius principiū quoq; extitit. Nam de Græcanicis rebus quæ heri aut nudius tertius introducuntur sunt, quid dicere oportet? quæ impudicitijs conflatae nuper subsistentia carentem constitutionem obtinuere, cùm iam im-

puritas inter homines uersaretur: ex cuius discipulina, hæc à præstantioribus ad circunsensus nō bis noctem delapsio ac defluxio extitit. Cum igitur nostri huius mysterij magnitudinem atq; ex-cellentiam ex antiquitate eius ostendat, utam id esse postea ait: ac uitam quidem non quæ temporis interuallu mensuretur, sed quæ ex se se substans, & apud patrem semper sit, consentiens cum,

Ioan. 1. ijs que is Euangelio suo dixit: nam et illuc, Et uerbum, inquit, erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Erat, autem non temporariam existemiam significat, sed subsistentis rei substantiam, & principium, & fundamentum, & sedem omnium quæ essentiam sortita sunt, sine qua existere nihil potest. Vnumquodque enim ex ijs quæ genita sunt, esse quoddam dicitur, ut angelus, sol, cœlum, & reliqua omnia esse tantummodo dicuntur: sed filius solus reuera est, cuius particeps unumquodque dum efficitur, ad essentiam tendit. Vnde etiam Paulus inquit: In ipso uiuimus & muuenur & sumus. Huius auditio[n]em introductoria doctrina cum prius percepit quispiam, ad uidendum postea ipsum non corporali modo, sed contemplatio deuenit, post multam exercitationem & confidrationem, quæ contrectatio etiam uerbi uitæ dicitur, uitæ inquam illius quæ dixit, Ego sum uita. Possumus etiam illo modo idem hoc interpreta-

Act. 17. ri: quem

Ioan. 14.

ri: quem per legem & Prophetas uenturum audiimus, eum ubi uenit in corpore, manifeste uidimus & contrectauimus: nam solum Deum nullus unquam uidit. Non enim quoquo modo acquerimus, sed multam post contrectationem, id est, inquisitionem de eo ex lege & Prophetis, uerba quod in carne uidebatur, credidimus. Quod uero inquit, quod spectrauimus, significat, quod intuiti oculis admirati sumus: spectare enim, id est, diuidere, est cum admiratione et stupore inspicere. Non autem quod erat, spectrauimus aut contrectauimus, eius enim generationem quis enarrabit? sed quod genitum est & factum, uel contrectatione cognitionis, ut dictum iam est, uel sensibili etiam palpatione, quemadmodum etiam post resurrectionem Thomas. Vnus enim erat & indistinctus: idē spectabilis et inspectabilis, perceptibilis et imperceptibilis, tangibilis et intangibilis, humana loquens, et tanquam Deus miracula operans. Hæc autem ex summa uerbi cum carne coniunctione atq; unitione dicimus. Ordo est: Quod erat ab initio, quod audiimus, & uidimus, & spectrauimus oculis nostris, et manus nostræ contrectarunt de uerbo uitæ, quæ quidem uita manifestata est, quam etiam uidimus & testificamur & annunciamus uobis: dico autem uitam eternam quæ est apud patrem, & manifestata nobis est: quod igitur uidimus, hoc etiam annunciamus uobis.

Ioan. 1.**Esa. 35.****Ioan. 20.**

Rom. 9. Hucusque redditio orationis pertinet. Ipse autem non ita aperte et plane orationem, sicut nos, explicauit: primum ex concisi et breuiati uerbi usu: deinde, ut Greacam facundiam ac rugacitatem spernat, salutemq; nostram non in uerbis, sed in rebus ipsis atque operibus esse ostendat: tum ut nos attentiores reddat, ne prima inspectione facile rem percipiendo negligentes euadamus. Accedit quod de Deo loquens obscuritate occulta re aliquantulum uoluit, que præstantiora sunt, quam ut a profanis auribus percipiatur: neque efferi et enunciari ad ipsos sine periculo posunt. Exponere enim sancta canibus, et proiere margaritas ante porcos, prudentis hominis minime est.

Matt. 7. Quod uidimus et audiuimus, annunciamus uobis, ut etiam uos communicationem habeatis nobiscum: & communitas nostra cum patre & filio eius IESV Christo sit. Et hæc scribimus uobis, ut gaudium uestrum sit plenum.

Quod uidimus et audiuimus, annunciamus uobis, inquit. **Quid hoc est: uitam æternam scilicet manifestatam nobis esse, et spectatores nos eius et ante crucem et post resurrectionem fuisse.** Idem enim et cruci carnaliter fuit affixus, et eadem carne resurrexit. Sed quæ utilitatè, inquit, ex hac annunciatione uobis afferimus? ut communicationem nobiscum per uerbum hoc eorum quæ uidi-

mus

mus et audiuimus habeatis, atque ita cum patre quoque et filio eius Iesu Christo communicetis: quod ubi euenerit, gaudio repleamur, ut pote deo coniuncti. Vel quis nobiscum uobis communicationem et societatem habentibus, plenissimam gratiam nostram habebimus, quam messoribus gaudens seminator in mercedis distributione exhibebit, gaudentibus etiam ipsis, quod laboribus suis perfrauantur.

Estq; hæc annunciatione quam audiuimus ab **Ioan. 8.** ipso, et annunciamus uobis, Deum esse lucem, & tenebras in eo esse nullas. Si dixerimus communicationem cum eo nos habere, & in tenebris deambulemus, mentimur, & ueritatem **Heb. 9.** non facimus. Si autem in ueritate deambulemus, sicut & ipse in luce est, societatem inter **1. Pet. 1.** nos mutuo habemus, & sanguis IESV Christi filij ipsis ab omni peccato nos purificat. Si **Apoc. 1.** dixerimus, peccatum non habemus, nos ipsis **3 Reg. 8.** decipimus, & ueritas non est in nobis. **2. Par. 6.** Pro 20. **Eccle. 7.**

Resumit rursus orationem, et quæ nunciatio ea sit, quam audiuit, explanat, eamq; esse hanc inquit: Deus lux est, et tenebrae in ipso non sunt. **Ioan. 8.** Sed unde hoc audiuit? ab ipso Christo, qui dicit, Ego sum lux mundi: et lux in mundum ueni. Lux **Ioan. 12.** igitur est, et tenebrae in ipso non sunt: lux in quam intelligibilis, quæ oculos animæ nostræ ad perceptionem eius illustrat, et ab his materia-

Psal. 17. libus omnibus auocans, ad ipsam solam appetitum nostrum amatorio affectu incitat. Tenebras autem uel ignorantiam uel peccatum appellat: quippe cum in Deo neque ignorantia neque peccatum locum ullum habeat, sed circa materiam, nostramque hanc compositionem existat. Quod si alicubi dictum est, Posuit tenebras occultationem sui, aduertendum est ibi Posuit, uerbum esse dictum, non Est, ut hoc loco: diuersum enim est quod ponitur, ab eo qui ponit. Tenebrae autem illuc ignorantiam in Dei incomprehensibilitate significat: id quod nostrum est, non Dei: ponitur siquidem aliquid ex iis que non insunt alicui, et non sui causa, sed alicuius ex iis que circa ipsum sunt. Te nebras autem peccatum etiam uocari, ex iis que in Euangeliō quoque inquit, perfidium est. Quid enim ibi inquit: Et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehederunt: tenebras peccati rem nostram substantiam uocans, in qua Christus natus, id est, qua assumpta Christus eius inquisitionum particeps non fuit: peccatum enim non fecit. Sententia autem est: Quoniam communicationem cum Deo habemus, qui est lux, et in huiusmodi luce subesse tenebrae nullo pacto posunt, sicut demonstratum est: ne amplius neque nos qui cum luce communicationem et societatem habemus, in nobis ipsis tenebras admittamus: ne penam subeamus mendacij, et ex mendacio a luminis

luminis societate abrumpamur. Vnde si societas mutua coniuncti permaneamus, que sane nostri in ipso lumine est, iniucti peccato efficiuntur. Sed quo pacto, inquit, hoc nobis eueniit, qui multis peccatis inioluti prius fuimus? Nemo enim est qui uerax sit, qui se sine peccato esse audeat dicere: si quis igitur, inquit, timore hoc corripitur, bono sit animo et confidat, propterea quod sanguine filij eius Iesu Christi effuso pro nobis, qui communicationem cum eo habet, purificatur. Vide autem quomodo ex summa unione quod ex nobis assumptum fuit, filium patris appelleat: sanguis enim assumpti hominis proculdubio fuit, non Dei. Hinc patet quam nugax, quamque impius censendus Nestorius sit, qui a filio carnem separaret, et matrem eius Deiparam appellare non patiatur, Sciendum est, totam sententiam huius orationis ad Iudeorum maledicti confutationem spectare: **Ioan. 9.** ipsi enim de Christo dicebant, Nouimus nos hominem hunc esse peccatorem. Inquit igitur: Si lucis opera agimus, participes eius sumus: si uero non agimus, ab eo alienamur. Quomodo igitur non uerum est, inquit, quod peccatum nullum fecerit, etiam si inter impios a nobis computatus fuerit? Si itaque nos qui diximus, sanguis eius super nos et super filios nostros, impudenter non peccasse nos asseramus, nos ipsos decipiimus ac fallimus, quasi crucifixisse Christum peccatum non

*non sit, cùm tamen maximum sit. Vnde non dixit
menimur, sed nosipso decipimus, propterea
quòd deceptio et error præter ueritatè est. Com-
munitate autem orationis dum inquit, si dixeri-
mus, reprehensionis mitigat asperitatem.*

*Si confiteamur peccata nostra, fidelis est &
iustus, ut remittat nobis peccata, & purificet
nos ab omni iniustitia. Si dixerimus nos non
peccasse, mendacem ipsum facimus, & uerbum
eius in nobis non est.*

*Orationem repetit dedita opera, ut redargu-
tionis aſſiduitate ipſos ad magnitudinem crimi-
nis considerandam inducat, & ad confeſſionem
inuitet. Quantum autem bonum ex confeſſione*

*Eſa.43. eueniat, oſtēdit ille qui inquit: Dic tu primus pec-
cata tua, ut iuſtificeris. Is autem eſt mos huius di-
ſcipuli dilecti à magistro, ut eadem ſepe repeatat,
mediocriter prius, deinde perfeſtius, dum & eu-
dentiorem cognitionem eorum quæ dicit, facere
wult, & habitum quaſi quendam eorum in ani-
mos audientium ſtudet inducere. Fidelem autem
Deum dicit, id eſt, uerum: quippe cùm fidelis non
tantum de eo dicatur, cui creditur, ſed de eo quo-
què qui conſirmat et fidem facit, qui ex ſuis ueris
moribus alijs etiam idem potest participare: at-
que ita fidelis Deus eſt. Iuſtus uero, ut pote qui ad
ſe accedentes qualiacunque peccauerint, minime
repellat. Peccata enim ſine ulla dubitatione ijs
remittit,*

*remittit, qui per poenitentiam ſacro baptiſmati
accurrunt, ſiue in ipsum, ſiue in alterum pecca-
rint. Si igitur, inquit, conſteamur, ueniam etiam
inter nosipſos conſequemur. Si uero impudenter
nos gerentes, non peccaffe nos dicamus, duplex
malum efficiemus: nam & nos mendaces redde-
mus, & Deum qui ſupra omnem ueritatem eſt, in
mendacium inducemus. Ipſe enim & Prophetæ
uerbis, Retribuerunt mihi mala pro bonis: & ſu-
is, Si male, inquit, loquutus ſum, teſtificare de ma-
lo: ſin autem bene, quid me cædis? Quid cùm ita
ſit, ſi non peccaffe nos dicamus, uerbum eius ne-
gamus ac repudiamus, quod ſpiritus & uita eſt:
Verba enim, inquit, que ego loquor, ſpiritus &
uita ſunt: ac non amplius uerbum eius in nobis
habemus: qua re quid autem peius ac grauius eſ-
ſe potest?*

*De studio adhibendo ne peccemus: de obſerua-
tione mandatorum Dei, quòd cognitionem con-
firment: de charitate, ſine qua impietas eſt: de
gratia uniuersiſq; iuxta etatem. Dehortatio
ne mundum diligamus: de falſis fratribus quæ
Deum negant. Quòd in Christum pietas pa-
tris confeſſio ſit: patris enim glorificationem,
filij quoq; glorificationem eſſe: de diuino & ſpi-
rituali dono in ſanctificatione in ſpe in cogni-
tionem.*

Caput II.

*Filioli mei hæc uobis ſcribo, ut ne peccetis, &
ſi quis*

*Pſal.37.
Ioan.18.*

Ioth.6.

si quis peccarit, aduocatum habemus apud patrem IESVM Christum iustum, et ipse pro peccatis nostris propitiatio est: nec pro nostris tantum, sed pro totius etiam mundi.

Cum instabilitatem ac defectum naturae nostrae animaduerteret, nosq[ue] præterquam quod procliuiores ad deteriora natura sumus, in uida demoris oppugnari, qui saluti nostrae semper insidias struit: necesseq[ue] omnino esse, ut nisi diligentius atque attenuius uixerimus, licet per confessionem Deo simus conciliati, in peccata delabamur: idcirco subiungit, et si post remissionem peccauerimus, ut de nostra ipsorum salute ne desperemus: conuersi enim rursus per Domini Iesu Christi intercessionem salutem consequemur: nam ipse pro nobis apud patrem intercedens, pro peccatis nostris propitiationem afferit: neque pro nostris tantummodo, sed pro peccatis etiam totius mundi. Hoc autem inquit, uel quia ad Iudeos scribit, ne solis illis pœnitentiam esse concessam, sed ad Gentes quoque omnes diffundi eam ostendat: uel quia non tempestatis illius tantummodo hominibus, sed cæteris etiam omnibus qui in futurum successuri sunt, promissio hec est. Aduocatum autem dicit, id est, *προστάτην*, adhortatorem, qui patrem adhortatur, et mitigat. Hec autem quantum ad humanum modum et dispensationem spectat, dicta sunt: sicut illud, filius ex seipso nihil

I040.5.

nihil potest facere: id quod uidelicet dicitur, ut se non contrarium patri esse ostendat, Nam filium Mat. 9. quoque remittendorum peccatorum habere potestatem, in paralytico declarauit. Quin etiam Ioh. 20. dum eandem quoque potestatem discipulis tradidi, autoritatem se eius habere manifestauit. Quocirca, ut diximus, uel ob dispensationem hoc dixit Apostolus, uel ut æqualem naturam, æqualemq[ue] potentiam cum patre habere filium, et quicquid una ex tribus sanctæ trinitatis persona quantum ad naturam spectat, facit, commune id quoque reliquis duabus esse significet.

Et in hoc cognoscimus nos cognouisse ipsum, si mandata ipsius obseruauerimus. Qui dicunt, noui ipsum, & mandata eius non seruat, mendax est, atque in ipso ueritas non est. At qui eius uerbum seruat, uer in eo charitas Dei perfecta est. In hoc cognoscimus nos in ipso esse. Qui in ipso esse se ait, sicut ille deambulauit, ita debet etiam ipse deambulare.

Cum superius dixerit, eos qui in Dominū credidere, cum ipso communicationem habere, quemnam sint que communitatem hanc societatemq[ue] arguant, nunc adiungit: atq[ue] inquit, in hoc cognoscere nos cognouisse ipsum, si mandata ipsius obseruauerimus. Mos beato huic Apostolo est, equi uocis se penumero eadem in oratione uti: sicut cum inquit, In mundo erat, et mundus per ipsum factus

- factus est, et mundus eum non cognovit. Ita etiā nunc uerbo cognovit utitur. Nos enim cognovisse ipsum, pro nos coniunctos esse cum ipso, in hoc, id est, in seruandis mandatis eius, scimus.
- Psal. 139.** Nam cū Cognoscere, apud diuinam scripturam duo præcipue significet, scire, quēadmodum ubi inquit, Cognovi factū esse Dominum iudicium pauperum: & item maximam cum aliquo coniunctionem commixtionemq; facere, sicut cū inquit, Vias innocentium cognovit Dominus: et sicut Paulus, nos ita cognoscere, inquit, Deum, quemadmodum ab ipso fuerimus cogniti: cūq; simili modo quod contrarium huic est, duplíciter intelligatur: una enim & eadem, sicut etiam alienis à nobis uidetur, opositorum scientia est: cognoscere nunc hoc loco duplíciter sumitur. Cum enim inquit, in hoc cognoscimus, pro sci-
mus: cū inquit, nos cognovisse ipsum, pro nos commixtos ac coniunctos esse cum ipso signifi-
cat. Qui enim societatem & communicationem cum aliquo habet, commixtus ac coniunctus cum eo est, quatenus cōmunicat: unde etiam infert, si mandata ipsius seruauerimus. Ex hoc solui illa possunt: Cognovit Dominus qui sunt sui. & Eum
2. Tim. 2. enim qui non nouerat peccatum, pro nobis pec-
2. Cor. 5. catum fecit: & demum quicquid aliud apud diuinam scripturam de cognitione & ignorance dicitur. Posteaquam ita dixit, à contrario idem confir-

confirmat ad maiorem demonstrationem, atque inquit: Qui dicit, noui ipsum, id est, commu-
nicationem & coniunctionem cum eo habeo, &
mandata eius nō seruat, mendax est. Qui enim fieri potest, ut & coniunctus & non coniunctus idem sit: si quidem mandata seruare coniunctio-
nem, non seruare alienationem significat. Quare qui cognoscit Deum, etiam à Deo cognoscitur,
hoc est, Deo est coniunctus, & in eo Dei chari-
tas conspicitur, ex qua quidem charitate et per-
fectionem in Deo habet, & iudicium suæ cum
Deo cōiunctionis præ se fert: quippe cū ex ope-
ribus perfecta charitas demonstretur. Verumta-
men quia esse potest ut quispiam recte & exquisi-
te mandata faciat, & ipse tamen, id quod à Deo
procul abest, segnior sit: propterea inquit, eum
qui coniunctus Deo est, sicut ille, ambulare, id est,
uitæ suæ itinera dirigere debere.

Fratres, non nouum mandatum scribo uo-
bis, sed mandatum uetus, quod à principio ha-
bebatis. Mandatum uetus est uerbum, quod à principio audiuitis. Rursus mandatum no-
uum scribo uobis, id quod uerum est in ipso
& in uobis: tenebras pertransire, & lucem ue-
ram iam lucere. Qui dicit se in luce esse, & fra-
trem suum odit, in tenebris est usq; adhuc: qui
amat fratrem suum, in luce manet, & offendicu-
lum in ipso non est.

De charitate deinceps erga proximos loquitur, atque ait, coniunctionem cum Deo, id est, charitatem erga Deum, ex charitate erga proximum primum cognosci: non enim fieri posse, ut qui ex Dei cognitione illuminatus, et charitate eius repletus est, tenebras que ex odio fraterno existunt, in se habeat: lux enim et tenebrae in eodē et circa idem simul esse nullo pacto possunt. Quare qui ex charitate erga Deum est illustratus, charitati erga fratrem proculdubio etiam annexus est: et qui Deum habet, lucem quoque erga fratrem habet. Qui igitur se amare Deum assertit, et odit fratrem, in tenebris perpetuis est, cognitionis oculis semper cæcutiens: quippe qui ex coiunctione et erga Deum et erga proximum lumen amiserit, et quomodo se gerat in posterū, ignoret. Quoniam uero uniuersalis epistola est, et communiter ad omnes tam Iudeos quam Grecos scribitur, Iudeis quidem accommodatum est quod inquit, non nouum ipsis de charitate preceptum, sed uetus scribere: quippe cum in tabulis Mosis sit, Amabis Dominum Deum tuum

Deut. 6. Et cetera proximum tuum sicut teipsum. Sed dubitaret quispiam, quomodo pertinere ad Grecos hoc possit, cum nihil apud ipsis huiusmodi reperiatur? Respondeamus, legem de charitate erga proximos, scriptam his etiam fuisse. Vbi, et quomodo? In pugillari cordis naturalibus cogitationibus

bus

bus inscriptam. Naturales enim in nobis insitas cogitationes legem uocari Paulus testatur, cum ita inquit: Video autem alteram legem legi mentis meae, que est in me, aduersantem. Legem igitur, id est, mandatum uetus Graeci quoque accepserunt, cum natura id sanctiat, ut erga cognationem omnem benignè se gerat, mutuoque amore se se prosequantur: quippe cum gregabile ac sociabile animal homo sit: id quod sane sine charitate esse nullo pacto potest. Quinetia multos ueteres historie memoria prodiderunt, qui pro se mutuò morte obierint: quod profectò maximæ charitatis esse indicium Salvator noster assertit, dum ait: **Ioan. 19.** Maiorem hac charitatem nemo habet, quam ut pro amicis suis animam suam quispiam ponat. Cum igitur ita mandatum de charitate erga proximos antiquitus et Grecis et Iudeis positum sit: praeter uetus mandatum, inquit, quod de charitate erga proximos audiuitis, nouum adhuc mandatum uobis scribo, quod ueritatem in se habet, et in Deo, qui per communicationem sui sibi uos conciliauit, et in uobis qui in ipso inter uos estis consociati. Nam quia ille inquit, Ego lux ueni in mundum, et lux uera ex illius sermone iam lucet, in luce uero subesse tenebrae non possunt, fulgeat posthac uerum charitatis lumen in affectu erga fratrem sincerè ac sine ulla dissimulatione, et odij tenebrae pertranseat, id est, pereat.

& euaneſcant. Pertransire enim, id est, παράγειν,
hoc ſignificat etiam apud Paulum, ubi inquit:

- 2. Cor. 7.** *Pertransit enim figura huius mundi. Nouū man-
 datum uero etiā hoc modo potest intelligi, pro-
 pterea quod quod à Moſe traditum fuerat, uni-
 uerſale minimē erat, ſed peculiare, ad cognatos
 eiusdem; nationis homines ſpectans, ſolos ami-
 cos diligere, inimicos uero odio prosequi prae-
Leui. 19. *piebat: unde inquit, Diliges amicum tuum, &*
Mat. 6. *odio habebis inimicum tuum. At Domini & A-
 postolorum ipſius mandatum mirabilem quan-
Luc. 6. *dam nouitatem complectitur, cum dicit, Diligi-
 te inimicos ueſtros, & benefacie ijs qui ode-
 runt uos, naturali conſtitutioni attendentes, non
 prauitati que ex mala hominum conſuetudine
 in naturalem affectionem irrepit.***

Infra 3. *Qui uero odit fratrem ſuum, in tenebris
 eſt, & in tenebris ambulat, & non nouit quod
 eat, propterea quod tenebrae oculos ipſius oc-
 cecarunt.*

*Idem ferē his etiam inquit: Qui dicit ſe eſſe
 Christi, & fratrem ſuum odit, menuitur, et Chri-
 ſti minimē eſt. Nam ſi Christus ita ipſum amauit,
 ut anima ſua pro eo poneret, quo pacto qui Chri-
 ſti eſſe ſe inquit, odio fratrem ſuum profeſſetur,
 pro quo Christus mortuus eſt? Vel hoc modo:
 Qui inquit ſe eſſe Dei, & odio habet fratrem
Paſal. 21. ſuum, qui eſt Christus, quippe cum ipſe dicat, An-
 nunciabo*

*nunciabo nomen tuum fratribus meis: is profectō
 non Dei, ſed diaboli eſt. Nam ſi eſſet Dei, fratrē
 ſuum etiam, & per ipſum, Chriſtum amaret.*

Scribo uobis filioli, remitti uobis peccata
 per nomen eius. Scribo uobis patres, nouiſſe
 uos eum qui ab initio erat. Scribo uobis adole-
 ſcentes, uiciſſe uos malignū. Scribo uobis pue-
 ri, patrem uos nouiſſe. Scripti uobis patres, no-
 uiſſe uos eum qui ab initio eſt. Scripti uobis a-
 dolescentes, fortes uos eſſe, & uerbum Dei in
 uobis manere, & uiciſſe uos malignum.

Quoniam dixit, mandatū nouium scribo uo-
 bis, affectionem quoque eorum qui epistolam ac-
 cepturi ſunt, notat: atque id ex profectione ac
 progressu augmenti corporalis. Nouerat enim
 non omnes orationem hanc aequaliter eſſe admis-
 furos, neque simili diligentia ac studio: ſed alios
 tanquam pueros introductionis modo, quibus
 remiſſionem peccatorum per Chriſti fidem pro-
 mittit: alios tanquam proiectos, qui in uirū per-
 fectum euafent, ad ætatem perfectionis Chriſti,
 atque ita ut alios etiam procreare filios poſſint:
 quibus, quod eius qui ab initio erat, cognitionē
 habeant, teſtificatur. Sed quis is eſt, qui ab initio
 eſt, niſi Deus uerbum, quod erat in principio ac
 pud Deum? Alij tanquam adolescentes erant hoc
 uſcepturi, quibus utpote iuueniliter affectis ac
 luxuriatibus, contra ignominiosas perturbatio-
Epheſ. 4. *Ioan. 1.*

nes uictoriā pollicetur. Deinde altera aggrefione idem resumit, atque ad spiritualis etatis modum doctrinam accommodat. Quia igitur, inquit, ita uos scio pro etatum differentia ea quæ à me scribuntur esse admissūros, me quoquè ad affectionem etatis uestræ accommodare doctrinam necesse est, atq; alios alloqui tanquam filios qui agnouerint patrem, hoc est, Deum: alios ut patres, qui quidem filijs cognitione eatus præstent, ut non tantum Deum tanquam patrem, uerum etiam tanquam principio carentem & imperceptibilem agnouerint, quippe qui in principio erat: quibus sane perfectiore institutione opus est. Adolescentibus autem & iuuenibus, qui robusti cùm sint, ad luctam & certaminis instruendi sunt, uictoriae gloriā attestatus, eos generofis ac militaribus colloquitionibus indulgere ostendit.

Ne diligatis mundū, neq; ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, in eo charitas patris non est, propterea quod omne quod est in mundo, quæ concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & arrogantia uitæ, non est ex patre, sed ex mundo: & mūdus pertransit, & concupiscentia eius: at qui uoluntatem Dei facit, manet in æternū.

Posteaquam spiritualibus etatis pro ratione uniuscuiusq; orationem suam distribuit, partim

tim quia ita afficiēdi erant singuli oratione eius: partim quia huiusmodi erant qui ad fidē accesserunt, ut pro qualitate sua ipsorū essent instruendi: postea adhortationē subiugit, atq; inquit: Ne diligatis mundū. Hec tanquam pueris dicit: semper enim pueri erga id quod iucundū uidetur, turbulentē afficiuntur. Deinde ubi causam subdidit, cur neg; mundum neque ea quæ in mundo sunt, diligere quispiam debeat, ad patres et iuuenes doctrinam reliquam instituit: quippe cùm horū perceptio perfectiorem habitum quam puerorum requirat. Et ne mundum globum ex cœlo & terra constitutum significare ipsum putes, quis sit mundus, de quo loquatur, et quæ ea quæ in mundo sunt, declarat. Ac mundum quidem confusam hominum turbam appellat, que nullam patris charitatem in se habet. Quæ uero in mundo sunt, ea uocat, quæ ex concupiscentia carnis efficiuntur, quæ per sensus concupiscentiam incitant: dum oculos enim dicit, qui præcipius ex sensibus est, reliquos etiam sensus omnes complexitur. Omne enim malum circa concupiscentiam uersatur: adulteria, compotationes, amores in honesti: quinetiam arrogantia, dum supra omnes extare quispiam uult: quippe cùm concupiscentia sit, quæ superbiam illam homini suggerat, quò libere perpetrare quodcumque uoluerit, posit: siue cædes, partim ob auaritiam, par

- tim ut aduersarij de medio tollantur: siue dolos**
& infidias, quo quicquid impedimento sibi est,
inuadat atque opprimat: ac demum omnia que
exosa Deo sunt, ex carnis concupiscentia exis-
te re confuerunt. Mundum autem fusaneam tur-
bam uocari etiam Dominus ostēdit, cūm inquit,
Ioan.15. Ex mundo non estis, quemadmodum etiam ego
Ioan.17. ex mundo non sum. Huius uero mundi, id est,
mundanæ huius libidinis, & confusionis pater,
est diabolus. Vnde etiam Dominus de suis di-
scipulis ad patrem inquit: Non rogo ut de mun-
do ipso tollas, sed ut à prauo conserues, id est, à
2. Ioan.5. mundo, quem in prauo positum esse alibi dicit.
Si uero prauus opponitur bono patri, qui autem
cōcupiscentijs mundi seruit, non est ex patre, sed
ex mundo: eum qui ex patre non est, sed ex mun-
do, ex diabolo esse perspicuum est, quemadmodū
Ioan.8. in Euangelijs quoq; ad Iudeos ait: Vos ex patre
diabolo estis: hoc est, ex mundanis studijs, quorū
diabolus est & sator & cultor. Atq; hoc, inquit,
mundi concupiscentie ac libidines stabiles mini-
mē sunt, sed pertransiunt. At quæ ex uoluntate
Dei sunt, ea firma atq; æterna perdurant. Stabi-
lia uero contemnere ac negligere, & caducis at-
que euangelicibus tantum incumbere, sapientis
non est, sed eius qui supra arenæ cumulū extrue-
re domum aggrediatur. Voluntas autem Dei, id
Mat.7. est, patris est, ut in eum quæ ille misit credamus.
Ioan.6. Filioli

Filioli, extrema hora est: & sicut audistis An-
 tichristum uenire, etiam nunc Antichristi mul-
 ti extiterunt: unde extremam horam esse co-
 gnoſcimus.

Quoniam uniuersalis est hæc epistola unicui-
 que particulari homini accommodata, & non
 est unicuique uitæ terminus præfinitus, sed pro-
 prius cuiusque finis incertus est: meritò ad pro-
 prium finem considerandum unumquenque im-
 ducit, ut quasi extrema uitæ hora unicuique in-
 sit, sobrietas subsequatur: atque ita uita imma-
 culata, & actionum puritas inter Christianos
 semper ueretur. Neque locum ullum habet, si
 quis illudere insane hæc uelit, quod cūm ante tot
 annos dictum hoc sit, id est, extremam horam es-
 se, nondum hucusque extrellum id tempus fuerit
 absolutum. Nam præ temporis interuallo quod
 à principio extitit, quantum tandem illud esse
 censendum est, quod hucusque à Christo uideli-
 cet est prolapsum? Præterea cūm rei uniuscuius-
 que tres partes sint, prima, media, & postrema:
 nihil absurdum est, si totum id quod à medio pro-
 cedit, postremum appelletur. Quare si in medio
 millesimæ annorum decadis Dominus aduenis-
 set (frè enim in quinque millesimo anno adue-
 nit) totum id tempus quod à medio hoc excede-
 ret, si extrellum diceretur, reprehenderet nemo:
 sed ex cenu, uerbi causa, annis tam primi, id est

decem, quam uiginti & cæteri deinceps, extre-
mi nomen merito obtinerent. Sic igitur etiam
hic, quoniam ad medium Domini aduentus tem-
pus mille annorum facta accessione est, quicquid ab
eo est, recte dici extrellum potest. Atque hæc
uerissima loci huius, & ex aurei Ioannis senten-
tia interpretatio est. Possimus tamen extrellum
etiam hic pro pessimo sumere: quemadmodū cùm
dicimus, In extrellum malum deueni. Nam quia
mundus tunc magnis malis & turbationibus agi-
tabatur, dum diabolus post aduentum boni ea
procuraret, ut uel bonos tentaret, uel confun-
deret omnia, ne bonum à malo discernere quis-
piam posset: propterea tempus illud extremam
horam appellauit, quasi pessimam dicas, & que
ultimo loco quasi sex & sentina defederit. Con-
firmat autem esse extremam horam, siue pessi-
mam, siue ultimam intelligas, ex Antichristo.
Si enim, inquit, Antichristum in extremis tem-
poribus atque ultimis expectamus, nunc uero
Antichristi multi extiterunt (de Cerintho autem
& similibus intelligit) tempus extrellum mun-
di consummationis impendere perspicuum est, cùm
multi Antichristi uni illi præant.

Ex nobis egressi sunt, sed non erant ex no-
bis: nam si ex nobis fuissent, nobiscum permane-
sissent. Sed ut non omnes esse ex nobis manife-
stentur. Et uosunctionē habetis à sancto, &
noscis

noscis omnia. Nō scripsi uobis, eo quod nō no-
ueritis ueritatem, sed quia noscis ipsam: & quia
omne mendacium ex ueritate non est.

Vbi multos esse Antichristos dixit, unde
ij sint, declarat, cum inquit, ex nobis egressi
sunt. Sed cùm debuisset euidentioris orationis
causa, se ipse interrogare, unde Antichristi hi ex-
titerint: & deinde subiungere, ex nobis sunt e-
gressi: non ita fecit, sed cōfusius rem ita exponit,
fortasse ut orationis cōfusione iucunditatem rei
præ se ferat. Cæterum cur ex Domini discipulis
Antichristi existūt? Ut errātibus fide digni esse ui-
deantur, quippe qui ex discipulis sint, & ex ma-
gistro sententiā prædicationē facere, nō in contra-
rium prorsus ferri existimetur. Ex nobis autem,
inquit, egressi sunt, propterea quod cùm essent di-
scipuli, à ueritate defecerunt, & proprias qua-
dam blasphemias excogitaruut. Subintelligendū
autem, Et unde isti Antichristi sunt? ut oratio
clarior euadat. Non enim erant ex nobis, id est,
ex sorte eorū qui salui fiunt: nam si fuissent, cum
suis permanessent: nunc uero id faciunt, ut à no-
bis prorsus fuisse alienati, & alienis adhæsisse
manifestentur. Sunt enim nonnulli inter hos qui
ex nobis non sunt, quibus uidelicet qui ex nobis
egressi sunt, sese adiunixerunt: propter quos in-
quit, ut non omnes esse ex nobis manifesten-
tur; à nobis siquidem domesticis abstracti atque
abrupti

Ioan. 14.

abrupti ad alienos transire: magisq; gentium in modum intemperanter, quam nobiscum temperanter uiuere proposuerunt. Cum haec dixisset, ne sibi tantummodo horum cognitionem attribuere uideretur, atq; arroganter se gerere & istabundē apud fideles, quasi solus ipse haec cognoscat, subiugit. Et uos unctionem habetis: quasi dicat, Sed quid ego haec apud uos quasi ignoratis percenseo? Non ignoratis sancte haec uos, quippe cum per sanctum baptisma unctionem sacram, ac per hanc spiritum diuinum acceperitis, qui in omnem ueritatem uos ducit. Quocirca scito te me non scribere haec uobis quasi ignoretis, sed tanquam scientibus. quenam? extremum tempus, Antichristorum prouentum, omnia plena mendacij esse. Vnde etiam quia abundat mendacium, propterea, inquit, Antichristos etiam multos extitisse dico. Nam si Christus ueritas est, que uos quoq; cognoscentes ueritatem in uobis habetis: mendax cum contrarius ueritati, id est Christo sit, Antichristus prorsus est.

Quis est mendax, nisi qui negat I E S U M esse C H R I S T U M? Is est Antichristus, qui patrem & filium negat: omnis qui negat filium, neque patrem habet.

Hic quoq; subaudiendū est diluciditatis causa & t̄ contiunctio, ut hoc modo oratio euadat: Et quis est mendax, nisi qui negat Iesum esse Christum?

stum? Hoc autem erat quod Simon impius ungabatur, dum alium Iesum, alium Christum esse asserteret: Iesum uidelicet qui ē sancta Maria ortus fuerat, Christum qui in Iordanē de cœlo descendederat. Qui igitur, inquit, huic mendacio est inuolutus, is est antichristus. Hoc autem quod inquit, is est antichristus, duobus modis sumi potest: & pro eo qui Iesum esse Christum negat, & pro eo qui patrem et filium, negat. Sed etiam qui negat patrem & filium, is quoquā mendax est & Antichristus. Nam alij heretici, quorum unus erat detestabilis Valentinus, alium esse patrem innominabilem asserebant, præter eum qui pater Christi diceretur. Idem hi filium quoquā negant, dum hominem solum esse ipsum, & non natura Deum affirmant. Vnde etiam subiungit: Omnis qui negat filium, neque patrem habet. Quemadmodum Iudei, qui cum negarent filium, patrem cognoscere se assuerabant. Sed sciunt isti se neque patrem cognoscere: si enim eum nouissent, eum quoquā filij unigeniti patrem esse proculdubio percepissent. Idem Simonis sectatores iactabant.

Vos igitur quod audiuitis ab initio, in uobis permaneat. Si in uobis quod à principio audiuitis, manserit, & uos in filio & in patre manebitis.

Atque illi quidem ita se habent: uos uero, inquit,

inquit, quod audiuistis ab initio, id est, deitate Christi, in uobis ipsis seruare: id enim significat, in uobis maneat. In filio et patre manebitis, id est, coniunctionem et communicationem cum eo habebitis.

Et haec est promissio, quam ipse nobis pollicitus est.

Communicatione, inquit, cum filio et patre habebitis: haec enim promissio eius est: nam et coniunctionio, pro enim, et quia sumi hic debet. Promissio autem eius haec est, cum inquit: Ut sicut ego in te pater et tu in me es, ita ipsi in nobis unum sint. Et rursus: Ut habeant uitam aeternam. Haec autem uita aeterna est, ut cognoscant te solum uerum Deum, et quem misisti, Iesum Christum.

Haec scripsi uobis de ijs qui seducunt uos: & uos unctionem quam ab ipso accepistis, in uobis manet: & non necesse habetis, ut quispiam uos doceat, sed sicut eadem unctionio docet uos de omnibus, & uerum est, & non est mendacium: & sicut docuit uos, manete in eo.

Vbi sermonem de his absoluimus, infert, Hec scripsi uobis de ijs qui seducunt uos: his sectis uidelicet atque haeresibus, quae ex nobis sunt egressae. Deinde rursus, id quod superius etiam diximus, ut ne molestia ipsis aliqua afficiat, subiungit, ipsis quoque unctionem accepisse, id est, spiritum sanctum, sicut dictum est. Quia igitur, inquit,

Ioan. 17.

Ioan. 3.

Ioan. 17.

quit spiritum sanctum quem accepistis, firmum in uobis habetis, necesse uobis non est ut quispiam uos doceat. Sed sicut eadem unctionio, id est, spiritus uos docet de omnibus, sicut uos docuit, manete in eo: uerum enim est, et non est mendacium id quod uos docuit. Ordo autem est: Et uos, quia unctionio quam ab ipso accepistis, in uobis manet, ut quispiam uos doceat, necesse non habetis.

Et nunc filoli manete in eo, ut cum appauerit, fiduciam habeamus, & ne erubescamus ex ipso in aduentu eius. Si cognoscitis eum iustum esse, scitote omnem qui iustitiam facit, genitum ex ipso esse.

Cum Antichristorum prouentu iam dixerit, omnemque eorum peruersam doctrinam, ex qua quasi nota quadam manifestos eos reddidit: satisque hos confirmarit, ut immutabiles in ijs permaneant, quibus fuerunt instituti: subiungit deinceps, quenam reposita merces ipsis erit, ut ipsis ex premitorum praestantia quasi animet ac corroboret: atque inquit, Manete in eo: Quia de causa ut quando apparuerit, et fuerit manifestatus, fiduciam in ipsum habeamus. Quid enim illustrius atque admirabilius esse unquam poterit, quam cum apud quem labores nostros in uita suscepitos relaturi sumus, apud eum cum fiducia id faciemus, nulloque pudore in aduentu eius perfundemur? Et quia aliquis

aliquis requirere meritò poterat, quenam agendo ipsi placeret, id docet, atq; ait: Si nostis ipsum esse iustum, prorsus etiam illud cognoscite, eum qui iustitiam facit, ex ipso natū esse: quippe cùm iustus iustos etiam procreet ac gignat. quod profectò quantum ad gloriam & fiduciam uestram faciat, ignorat nemo.

Quod unusquisque, qui in Christo est, sine peccato fit: qui enim peccat, eum ex diabolo esse. De charitate erga proximum, & distributione ex affectu: de bona conscientia ex fide Iesu Christi.

Caput III.

V Idete qualem charitatem dederit nobis pater, ut filii Dei appellati simus. Propterea mundus non cognovit uos, quia ipsum non nouit.

Videte quanta & qualis sit charitas & benignitas, quam erga nos prae se tulit: dedit enim nobis, ut filii eius & simus & uocemur. At si ipsis qui in mundo sunt, incertum est, uos uidelicet Dei esse filios, ne quippiam miremini: propterea enim non cognoscit uos mundus, quia neque eum nouit qui uos in filios adoptauit. Mundum autem turbam mundanam è uulgo appellari sepe dictum iam est. Deinde postea quād adoptionem ipsorum afferuit, clarius deinceps adoptatorum filiorum repositam fiduciam ac gloriam subiungens inquit:

Dilecti

Dilecti, nunc filij Dei sumus, & nondum quid futuri simus, manifestū est, sed nouimus cùm manifestatum fuerit, similes nos ipsi esse futuros, quoniam sicuti est, ipsum uidebimus. Et omnis qui spem hanc in ipsum habet, purificat seipsum, sicut ille purus est.

O dilecti, inquit, ex ijs que diximus, in filios Dei assumptos nos esse prorsus nostis. Quod si id manifestatum nondum est, ne turbemini: quod enim nunc obscurum est, cùm ille reuelabitur, manifestum fiet: et nos similes ipsi apparentes, adoptionis claritatem præ nobis feremus: quippe cùm filij patri similes sint. Quinetiam apud ipsum fiduciam tanquā filij habentes, uidebimus ipsum, sicuti est: non quantum quidem ad naturam eius spectat, id enim fieri nullo modo potest: sed quo pacto? ita uidelicet, ut ipsum iustum iusti, purum puri conspiciamus: similes enim simili adhæsuri sunt. Propterea siquidem similes no ei esse futuros dixit, id quod non ad naturam & substantiam, sed ad qualitatem refertur: alioquin non similes, sed eosdem dixisset: in qualitate enim gloriae similitudinē hanc futuram significat. Aduentum autem superius eum dixisse, omnem non qui fecit, aut qui facturus iustitiam est, sed qui facit: propterea quod uirtutes cùm actiue sint, in eo existunt, dum fiunt: cùm uero cessarunt, aut futurae sunt, ne prorsus quidem sunt.

GG

Omnis qui facit peccatum, & iniuriam facit, & peccatum iniurias est.

Posteaquam ex iustitie bonis iustitiam ipsam commendauit, nunc à contrario idem comprobat, atq; inquit: Omnis qui facit peccatum &c. quasi dicit: Vos qui adoptati in filios fuijstis, exercete iustitiam, & ne ociosi ab ipsa maneatis. Quemadmodum enim in peccato, non qui id perpetravit, aut est perpetratus, is iniquus est ac peccator, sed qui id committit, atque operatur: sic etiam iustus ille est, non qui ocio uacat, sed qui iustitiam operatur. Sciendum autem est peccatum, id est, à qua p̄tia, esse delapsum à bono: iniuriam uero, id est, à qua p̄tia, legis posite esse violatione, quasi illegalitatem dixeris: atque originem utriusque horum esse, cùm à bono excidimus, uel positam legem uiolamus: in idemq; utrumq; concurrere: quippe cùm ex qui peccat, naturali fine & scopo frustretur, quod est ex ratione uitam trahere: & qui iniqui se gerit, contra legem in natura datam incontinenter uiuendo faciat. Recte igitur Domini discipulus simul utraq; hæc coniunxit.

Esa. 53. Et nostis illum esse manifestatum, ut peccata nostra tollat, & peccata in eo non esse. Omnis qui in ipso manet, non peccat.

Non sancti peccandi uobis locus ullus relinquitur. Cum enim Christus ad peccatum destruendum aduenerit, quippe qui peccati omnis prorsus

sus fuerit immunis: uobis qui in ipso estis nati, & fide in ipsum confirmati, peccare amplius nō licet. Hoc enim est quod significare uult, cùm inquit, Omnis qui in ipso manet, non peccat. Is autem est, qui nulla intermissione facta uirtutes exercet, & nunquam ab operatione ipsarum defecit. Coniunctio uero est in principio huius orationis, pro Propterea quod, sumpta est.

Omnis qui peccat, nō uidit ipsum, neq; novit ipsum. Filioli, nemo uos seducat. Qui facit iustitiam, justus est, quemadmodum ille est.

Cùm illū esse manifestū, & causam cur manifestatus sit, dixerit, ut cùm nullum peccatum ipse fecisset, peccata nostra tolleret, id est, deleret ac perderet: infert, Omnis qui peccat, non uidit ipsum. Si enim uos, inquit, qui ipsum ubi manifestatus fuit, uidistis, & signum quod ipsum uideritis, id accepistis, ut non facile, utpote in ipso stabiliter firmati, à peccato capi possitis: prorsus sane qui peccant, ipsum non uiderunt, atque idcirco neq; cognoverunt. Videre autem hic & cognoscere non de simplici uisionis appulsi, aut imaginatione intelligitur: sed de coniunctione erga ipsum, quæ quodam cum iudicio & scientia conciliata ab ipsis fuit, quemadmodū superius dēximus. Vbi hoc dixit, in eodē hoc ipsis cōfirmat, Nemo uos seducat, inquiens: non enim alio quā hoc modo res sese habet. Qui facit iustitiam,

iustum cognouit, et iustus est, quemadmodum ille est, id est, Deus.

Ioan.8. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quia ab initio diabolus peccat. Ad hoc manifestatus est filius Dei, ut opera diaboli dissoluatur.

Sicut qui iustitiam facit, iustus, ita qui peccatum committit, ex peccatore, id est, ex diabolo est, quia diabolus ab initio peccat. Propterea sui signimenti cura habens Deus, cum sit iustitia et sanctificatio, manifestatus est, id est, in mundum apparuit, ut opera diaboli, quae sunt peccata, deleret ac perderet. Quia enim mutatus angelus peccando, diabolus effectus est, ex ipsis consilio unusquisque qui peccat, agit: praeuenit enim ipse in peccante, ex pruarum cogitationum suggestione, sicut in Iuda. Sed dicet quispiam, Quo pacto id esse potest, ut praeueniat diabolus, cum ipsi qui peccant, prius peccare deprehendantur,

Ephes.4. *dum ei locum dant? Cui respondendum illud est, idem esse facere peccatum, et peccando locum dare diabolo. Qui enim peccat concupiscentia inductus, locum ei dat, dum posteaquam ipsum admisit, re ipsa perpetrando peccatum exequitur. hoc enim significat, cum inquit, qui facit peccatum. Recte autem dixit, qui facit, et non, qui fecit: quippe cum ille quem iam paenituit, ex diabolo amplius non sit, sed tantum ille qui peccatum adhuc committit. Ita siquidem etiam peccati seruus est*

etus est qui facit ipsum, non qui fecit. Vnde inquit: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Ioan.8.

Omnis qui natus ex Deo est, peccatum non facit, quia semen eius in ipso manet, & non potest peccare, quia natus ex Deo est. Filij Dei & filij diaboli in hoc manifesti sunt. Omnis qui non facit iustitiam, non est ex Deo: & qui fratrem suum non amat. Non iam haec est an nunciatio quam audiuitis a principio, ut diligamus nos mutuo: non sicut Cain ex prauo erat, & iugulauit fratrem suum. Et cuius causa ipsum iugulauit? quia opera sua prava, fratris uero sui iusta erant. Ne mirerimini fratres mei, si odit uos mundus. Nos nouimus, transi uisse nos e morte ad uitam, quia diligimus fratres. Qui non amat fratrem, manet in morte. Supradictum. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est: & Leuit.19. nostis omnem homicidam uitam aeternam in se manentem minimè habere.

Quia omnis qui peccatum facit, ex diabolo est, in eo quod peccat, et diaboli filius dicitur, ut beatus Paulus ad Elymam dicit: O plene omni dolo et omni uersutia, filii diaboli, inimice omnis iustitiae: sic quoque qui ex Deo natus est, utpote Dei filius, non peccat: cuius causa est, quod semen eius, scilicet Dei, in ipso manet: hoc est, spiritus quem per baptismum accepimus, quem profecto in nobis cum maneat, stabilisq; sit, factus ut mens nostra admittere peccatum nullum.

- Gal.3.** posít. Vel etiam ipse Christus cùm in fidelibus inhabitet, filios Dei ipsos facit, quatenus etiam in semine Abraham, qui est Christus, bencedicuntur omnes gentes. Oratione autem ita nunc procedit, ut quod superius dixit, id est, fideles filios Dei esse, confirmet: atq; id indubitatum constitutat, tum ex re atq; opere ipsius, quod est nō peccare, tum ex contrario, ut paulo superius diximus. Nam si contrarium ex contrario, contrarium quoq; ex contrario iuxta dialecticas rationes necessariò consequitur. Vide autem quām accurate rem pertractat: non enim prius natos nos esse uel ex Deo uel ex diabolo dixit, quām opera ipsa uel iustitiae uel iniquitatis precesserint: quippe cùm ex his adoptio et Dei et diaboli existat. Nam quòd gratia salvi facti sumus, id ob nimiam Dei bonitatem, benignitatemq; dicitur, qui cùm nos inemēdabili modo ipsum offendissimus, iustum vindictam nobis non intulit, sed salutem gratis procurauit. Nam ociosis salutem ab eo nō dari, Paulus quoq; ipse testatur, clamans, ijs qui ex proposito uocati sunt. Simili modo quoque qui diabolo in filios adoptati sunt, licet ex ute-
- Rom.8.** Mal.1. ro alienati fuerint, cùm nondum ex proposito peccatum commisissent, ob nimiam tamen ipsorum prauitatem ac malignitatem dictum id est: quippe cùm fieri non posít, ut nisi operatus manum quisquam fuerit, diabolo coniungatur. Sed
- Rom.9.**

qui

qui facit peccatum, is à diabolo assūmitur, uel in filium dum sponte et ex proposito magis per petrat malum: uel in seruum, dum succumbit prauitati, ab eaq; subiugatur, et in seruitutem ad-dicitur. Illud etiam aduerte, non dixisse hic bedatum Apostolum, eum qui ex Deo natus est, non peccare, sed peccatum nō facere: ne infantes etiā comprehenderet, quibus per aetatem inest, ut nō peccent. Non peccare enim, negationem absolutam significat: non facere peccatum, non inesse ex dispositione et affectione rem ostendit. Unde etiam cùm adiungit, Et non potest peccare, non de naturali impotentia, qua bruta non possese suscipere scientiam dicimus, sed de uoluntaria impotentia et uoluntaria uacatione à peccato intelligit. Vbi hæc dixit, id est, notam et signum filiorū Dei esse nō peccare, quemadmodū contra rivo peccare filiorū diaboli esse indicium: resumit rursus post multa quæ interseruit, sermonem de charitate erga proximum, utpote cùm causa ipsius Rom.13, quæ omnium consummatio et perfectio est, cætera omnia quæ interposita sunt, pertractarit: atq; inquit, Et qui fratre suū nō amat: scilicet non est ex Deo. Nam quia qui facit iustitiam, ex Deo est natus, sequitur ut qui ita natus est, fratres amet. Qui uero non facit iustitiam, quia non faciendo eam fratres suos odit, ex Deo nō est, non alio modo quam quia ex eo natus non est. Et quo pacto

non sit ex Deo, ostendit cum inquit: Quoniam haec est annuntiatio quam audiuitis a principio. Annunciatione autem hanc esse et naturale et disciplina acquisitam, iam diximus. Nam præter legale præceptum de amando proximo, et ille Leui.19. iudicium Domini cum inquit, Mandatum nouum do Joan.13. uobis, ut uos mutuo diligatis, naturale etiam ius est erga cognatum genus, quod idem facere nos cogit. Quoniam igitur talia ac tanta sunt mandata, ex Domini assertione qui uerbum eius seruat atque exequitur, æternam uitam habet, et est morte ad uitam transiuit. Propterea ergo diligamus fratres, neque ulla emulatione mouemur, si a mundo odio habemur, ut nos odio prosequi fratres uelimus, sed Domini sermo efficacior in nobis sit: Qui enim odit fratres suos, præterquam quod ab æterna uita exturbatur, homicida etiam est; sequitur enim ut homicida negat æternam uitam habeat. Videte enim, inquit, Cain, qui cum odio fratrem fuisset prosequitus, ipsum, licet esset frater, interfecit. Cum enim opera mala haberet, filius diaboli erat; Abel autem filius Dei, cum iusta operaretur. Diabolus uero Deo, et præua opera bonis aduersantur. Idcirco effectum est, ut Cain fratri cœtrarius ipsum interemerit. Atque haec orationis huius excursio est. Beatus tamen Ioannes, dum semper id quod urget, prosequitur, ordinem immutauit. Vrgebat enim id, ut quia dia boli

boli meminerat, et eorum qui per pravaas actiones in filios ei adoptantur, eum qui a mundi initio malis suis operibus filius maligni euaserat, in exemplum produceret.

In hoc cognouimus charitatē, quod ille pro nobis animam suam posuit, & nos pro fratribus ponere animam debemus. Qui autem uicium mundi habuerit, & uiderit fratrem suum indigentiam habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei in eo manet: Filioli, ne amemus uerbo & lingua, sed re & ueritate. *Iordan.15. Jacob.2.*

Vbi exemplum Cain absoluit, et ea commorauit quæ consequuntur illi qui ipsum imitantur, rursus ad charitatem reddit, et ad bona quæ ex ipsa proficiscuntur: et charitatem inquit Dominum induisse, ut animam pro nobis poneret: nosque id exemplum sequutos, uitam quoque pro fratribus exponere debere. Sed quia hoc admodum rarum est in paucis est, quasi ipsos castigans, et in pudorem inducens, ex leuioribus fraterni amoris adhortationem facit: perinde ac dicat, Quid animam pro fratribus ponendam esse dico, cum aliquos ne in indigentia quidem necessariarum rerum fratribus succurrere uideamus: atque eos non uictus et facultatum inopes, sed quæ totum ferè mundum diuinarum possident. Erubescant igitur: nam si in paruis his viscera sua

clauserunt, et indignos se et vacuos Dei charitate reddiderunt, quid in maiore ac præstantiore re, quod est ut pro fratribus moriantur, facturi sumus. Deinde eos etiam corrigit, qui uerbis tantum charitatem admittunt, eamque lingua sola, et non opere, præferunt.

Atque in hoc ex ueritate nos esse cognoscimus, & coram ipso suadebimus cordibus nostris. Quoniam si condemnnet nos cor nostrum, Deus corde nostro est maior, & nouit omnia.

Ioan. 15.

Joan. 5. 17.

Cor. 12.

Dilecti, si cor nostrum non condemnnet nos, si duciam habemus apud Deum, & quicquid petierimus, ab eo accipimus: propterea, quod mandata eius seruamus, & placita in conspectu eius facimus. Atque hoc est mandatum eius, ut credamus in nomine filii eius IESU CHRISTI.

In hoc cognoscimus, in quo in amando non uerbis, sed re et opere et ueritate. Sed quid est id quod cognoscimus? nos ex ueritate esse: nam qui aliud dicit, et aliud facit, cum actionem minime consonam uerbis habeat, mendax est, et non uerax. Atque ex hoc, id est, ex eo quod uerum dicimus (uerum autem dicimus, cum opera etiæ uerbis nostris correspondent) conscientia nostra suadebimus: id enim cor hic significat. Et quomodo suadebimus: cum id nobiscum statuentes, quasi apud Deum testem uerba faciemus: hoc enim, coram ipso, uidetur significare. Si enim, inquit, ita non fiat, sed cor nostrum

strum, id est, conscientia nos condemnnet, peccare nos minime ignoramus. Nam si conscientiam nostram, que exigua, et exigui animalis res est, late re in peccando non possumus, multo minus Deum, qui est incircumscripatus atque immensus, et ubique adest, poterimus latere. Tota igitur haec oratio huiusmodi est: Filioli mei, ne mentiamur erga nos mutuo, dum lingua sola amamus, sed opere etiam charitatem nostram pro nobis feramus: in hoc enim nos ex ueritate, id est, ex Deo esse cognoscemus: et quod dicimus, tanquam Deo praesente atque omnia insuffiente dicamus: nam nemo est, etiam si impudentior demonibus sit, qui apud Deum testem mentiri auderet. Si enim ita non faciamus, sed dum dicimus nos amare, cor nostrum nos mendacij condemnnet, peccamus: atque id, latere presencem ubique Deum existimantes, neque intelligentes, quo pacto si cor nostrum quod exiguum est, latere nequimus, Deum qui nusquam non adest, latere ualeamus. Si igitur, inquit, dilecti ita nos preparauerimus, ut indemnati apud nos ipsos simus, dum uidelicet erga nos mutuo uerum dicimus, fiduciam habebimus apud Deum: ex qua sane quicquid petierimus, ab ipso prorsus accipiemus. Cur propterea quod mandata eius seruamus: maximum enim ad exorandum aliquem momentum habet orantium obedientiis, cum sine ulla dubitatione et cunctatione ei exhibetur, apud quem

Ioan. 15. 8.

quem petitio fit. Quoniam ergo etiam nos mandata eius seruamus, et quae ei placent, facimus, confidamus petitionibus minime frustratumiri, cum utriusq; affectus, ad id quod in alterius utilitatem cedit, uiciissim absq; ulla dilatione soleat referri. Sed quod mandatum eius seruanus? illud

Ioan. 13 quod inquit, Charitatē habete inter uos mutuō. Cūm itaq; praeceptum habeanus, ut fide in nomine filij eius Iesu Christi nos mutuō diligamus, atq; id facimus: ex eo spiritus eius quem dedit nobis gratiam in nobis firmatam esse cognoscimus. Sciendum autem multis in locis nouæ scripturæ reperiri, in nomine Iesu Domini nostri credere: quod nihil aliud significat, quam gloriam et uoluntatem: gloriam quidem, sicut illic, Quād admirabile est nomen tuū in uniuersa terra; uoluntatem, ut hic, et etiam ubi inquit, Pœnitentiam agite, et baptizetur unusquisq; uestrū in nomine Domini Iesu, id est, in uoluntate. Sed quæ Do-

Psal. 8. mini Iesu uoluntas est: ut in nomen patris et filij et spiritus sancti omnes gentes baptizentur.

Aet. 2.

Mat. 28. Et amemus nos mutuō, sicut mandatū dedit. Et qui seruat mandata eius, in ipso manet, & ipse in eo: atque in hoc manere in nobis, ex spiritu quem nobis dedit, cognoscimus.

Io. 13. C^o 15 Sicut mandatum dedit, id est, uero affectu. Sed ubi est hoc mandatum, ut uero animo et affectu nos mutuō amemus? Vbi uidelicet inquit:

Quem-

Quemadmodum uultis ut faciant uobis homines, et uos similiter ipsis facite. Nam si cupimus Mat. 7.
Luc. 6. ut proximi nostri uerē erga nos et sincero animo affecti sint, simili modo etiam nos omnino erga ipsos afficiemur. Quod si hoc mandatum Domini est, si in ipso nos maneamus, firmatiq; fuerimus, multo magis etiam ipse seipsum nobis exhibebit, quippe cum negare seipsum non possit: hoc est, non inaniter mandata sua nobis tradidisse, sed in se prius confirmasse deprehendatur. Quod cum ita sit, prouersus si quæ mandat execuamur, nos quoq; ipsum ad ea quæ petimus obsequuem habebimus, gratiamq; eius in nobis stabilem obtinebimus. Tota autē sententia hæc est, ut credamus in nomine filij eius Iesu Christi, et amemus nos mutuō uerē ac sincere, sicut mandatum eius præcipit: qui enim seruat mandata eius, in ipso manet, et ipse in eo. Atq; ex hoc manere ipsum in nobiscognoscimus, ex spiritu, id est, gratia quam nobis dedit: dum enim iniuiolata ea manerit, proculdubio firmū ac stabile eius donū habemus. Iniuiolata autē manet quoad nihil ex ijs quæ de charitate nobis mandauit, neglexerimus.

De discretione spirituum ex confessione incarnationis Christi, de fraterno amore ad pietatem erga Deum. Cap. IIIII.

Dilecti, ne omni spiritui credatis, sed explorate spiritus an ex Deo sint, quoniam multi falsi prophetæ in mundum sunt egressi.

Postea quā sermonem de charitate erga proximum absoluīt, eamq; signum permanſionis spiritus, quem accepimus, esse dixerit: nunc eorum qui uere fratres ſunt, & qui non uere, diſtinctio nem ſubiungit, ut ea obſeruata, in falsoſ fratres, & falsoſ apostolos, et falsoſ prophetas, ob preceptum de charitate minime incidaſſimus, id quod maximum afferre noſumentum nobis poſſet. Si enim cum prauis huiusmodi uerſati ita fuerimus, quaſi moribus conſentientes nobiſcum ſint, pri-
mū nosmetipſos lēdemus, ſi impīs uerbū ſidei co mmunicauerimus, & ſanctū canibus proiecerimus: deinde illos quoq; qui nobis ali- quid deſerunt, non paruo danno afficiemus: quippe cū charitas noſtra qua ipſos illos falsoſ fratres prosequemur, multos induc tura ſit, ut eos ſibi ſumant magiſtros, eisq; fidem adhibendam ceneant ſi quid dixerint, incaute co ſuetudine qua nobiſcum uti eos uiderint, decepti. Quidq; horum falſorum hominum iudicium ſit, oſtendit, cū inquit:

In hoc ſpiritu Dei cognoſcite. Omnis ſpiritus qui I E S V M C H R I S T V M in carne ueniffe cōfiteatur, ex Deo eſt: & omnis ſpiritus qui non conſiteatur I E S V M C H R I S T V M in carne ueniffe, ex Deo non eſt, & hic eſt ſpiritus Antichriſti, quem uenturū eſte audiuiſtis.

Omnis ſpiritus, hoc eſt, omnis prophetia, aut
aposto-

apostolatus dignitas, que Dominum Iesum in carne ueniffe conſiteatur, ex Deo eſt: que non cōfiteatur, ex Deo non eſt, ſed ex Antichriſto, quem creaturam eſte audiuiſtis. Quando eſt cū paulo ante dixit, multos Antichriſtos eſte in mundo, qui uidelicet p̄r̄euiſ & p̄r̄ecurſores Antichriſti Ioh. 8, eſſent. Confeſſionem autem hanc aduentus Do mini in carne, non lingua, ſed operibus fieri intel ligit: quemadmodum etiam beatus Paulus inquit: Vbiq; mortificationem Iesu in corpore cir cunferentes, ut eſt uita Iesu in corpore noſtro maniſteſetur. Qui igitur operātem habet Iesum, & mundo mortuus eſt, neque amplius mundo, ſed Christo uiuit, Christumq; non in Christi tan tum carne, ſed in ſua quoque circuſ fert, iſ eſt ex Deo: qui contrā non Christo uiuit, ſed mundo, id eſt, mundi cōcupiſcentijs, iſ non eſt ex Deo. Vnde etiam Paulus ait: Quando inter uos con tentiones ſunt & ſeditio[n]es, nonne carnales eſtiſ, & iuxta hominem ambulatiſ: qui autem iuxta hominem ambulat, ſpiritu Dei non habet, at qui ſpiritu Christi non habet, id eſt, qui non iuxta Christum uiuit mundo mortificatus, iſ Christus non eſt. z. Cor. 4,

Et nunc in mundo iam eſſe. Vos ex Deo eſtis filioli, & uiciliſtis eos, quoniam maior eſt qui in uobis eſt, quam qui eſt in mundo. Ipsi ex mundo ſunt, propterea ex mundo loquuntur, &

Ioh. 8.

& mūdus ipsos audit. Nos ex Deo sumus. Qui cognoscit Deū, audit nos: qui non est ex Deo, nō audit nos. Ex hoc spiritum ueritatis cognoscimus, & spiritum erroris.

In mundo esse iam Antichristum inquit, non corporaliter, sed per falsos prophetas, & falsos apostolos, & hæreticos, qui præuixi ipsi sunt. Antichristus autem homo erit qui satanam circumferet, & supra omnem qui dicitur Deus, aut numen, extolleter: unde etiam idolorum cultum reprobabit, quos deos dici significauit. Quidam autem inquit, supra omne numen, id est, σύναυγε, hoc est, cultum & uenerationem, id ad Christianorum religionem refertur: nam se solum Deum ostendere conabitur. Cum ita falsos prophetas,

& apostolos notarit, subiungit: Vos ex Deo estis filioli, & uicistis eos, scilicet falsos prophetas. Quo pacto? quia qui in uobis est Deus, maior est, quād qui est in mundo, iuxta quem falsi prophetæ uitam traducere proposuerunt. Deinde alteram quoq; falsorum prophetarum notam infert, id quod simpliciores præcipue ex fideliibus molestia afficiebat: uerisimile enim est aliquos ex ipsis indignari atq; agrè ferre, cūm uideant illos pleriq; esse charos, se contemptui esse. Idcirco inquit: Ne doleatis, si uos à pleriq; sperni, illos laudari atq; admitti uidetis: quippe cūm simile ad id quod simile sibi est, accurrat atque adiun-

adiungatur: ipsi ē mundo sunt, & ē mundo loquentes: id est, iuxta carnales cupiditates docentes peruersi, peruersos obsequentes sibi habent. Nos uero, quippe qui ex Deo sumus, & à mundanis concupiscentijs alienati, admitti ab illo nullo pacto possumus. Sed ille nos audit, qui temperanter uiuit: ac propterea qui cognoscit Deum, adhibere nobis aures paratus est. Vnde etiam Christus inquit, Qui habet aures audiendi, audiat: eum habere aures significans, qui ad obediendum est preparatus. His ita distinctis, postea quasi eorum quād dixit obsignationē inferens, ex hoc spiritum ueritatis, id est, eos qui ueram propheticam dignitatem obtinent, & spiritum erroris, id est, falsos prophetas cognosci inquit.

Charissimi, amētius nos mutuo, quoniam charitas ex Deo est: & omnis qui amat, ex Deo est natus, & cognoscit Deum. Qui non amat, Deum nō nouit, quia Deus charitas est. In hoc charitas Dei manifestata est, quād filium suū unigenitum misit Deus in mundum, ut per ipsum uiuamus. In hoc est charitas, non quia nos Deum amauimus, sed quia amauit ipse nos, & filium suum misit propitiationem pro peccatis nostris. Dilecti, si ita dilexit nos Deus, & nos etiam mutuo diligere nos debemus.

Rursus sermonem resumit de charitate. Vbi enim ostendit, quinam charitate prosequēdi sint,

boni uidelicet & ueri Christiani, qui similitudine morum coniuncti sunt: persecutur quod à principio dixerat, ex Deo esse inquiens, & charitatem, ex qui ea utitur: ex solum eum qui charitatem habet, ex Deo esse natum, & Deum cognoscere: qui enim ea caret, Dei quoque ignorantie esse priuatum, contraria contrarijs confirmans. Quo pacto autem qui non amat, & charitate præditus non est, Deum non cognoscat, in hunc modum demonstrat: Deus, inquit, charitas est. Vnde id patet? ex eo sane, quod filium suum unigenitum in mundum misit, ut ueram uitam nobis exhiberet, ac per eum uiueremus. Quemadmodum enim bonitas Deus dicitur, propterea quod ex bonitate intelligibile & sensibile mundum cōstituit, ut sui qui uerē est, participes alios faceret: sic quoquā ex charitate erga nos cū filium suum unigenitum in mundum miserit, per eum charitatē se esse declarauit. Vnde etiam infert, in hoc est charitas, id est, in hoc charitatem esse Deum manifestatur. Deinde charitatis Dei præstantiā extollens, nō quia nos, inquit, Deum amauimus, suum filium misit Deus: id quod ab ijs qui amantur, debetur, ut æqualem affectum amantibus reddant: sed ex charitate, nos beneficio præueniens, id fecit. Neque solum misit filium suum, sed ita misit, ut sanguine suo propitiationē pro peccatis nostris exhibuerit. Si igitur ita nos amauit

amauit Deus, qui nullam cum natura eius communicationem habemus: multò magis etiam nos amare eos qui cognati nobis sunt, debemus: & cū cognoscamus bonū quod ex charitate proficiuntur, id mutuò nobis præstare. Sicut enim crimen est, si quis quod eligibile est, non eligat, et quod amabile est, non amet: sic si quis charitate dignos amet, ac charos habeat, propterea quod amabiles sunt, is laudem apud omnes meretur. Cum autē ita affecti fuerimus, utraq; habebimus: hoc est, erimus & amabiles, propterea quod à Deo amati sumus: & amatiui, ut ita dicam, ex amore & charitate qua proximos prosequimur: si tamen charitas sincera et pura sit, non perturbata & sordida, cuiusmodi latronibus inesse & alijs etiam maleficis potest.

Deum nemo uidit unquam. Si mutuò nos amauerimus, Deus in nobis manet, & charitas ipsius perfecta in nobis est. In hoc cognoscimus nos in ipso, & ipsum in nobis manere, quod de spiritu suo nobis dedit. & nos uidimus & testificamur, patrem misisse filium Salvatorem mundi.

Superius quoquā diximus morem esse beato huic, ut eadem de ijsdem aliquoties repeatat, quod & habitum in animum discendentium earum rerum que dicuntur, inducat, & rem clarius ac perficiens pertractet. Cum enim alio atque alio modo

ab ijs quæ in re insunt, rationes sumat, et quasi quod prætermissum fuit, supplet; perfectissima eorum quæ dicit demonstrationē absolvit. Nunc igitur simili repetitione usus, Deum, inquit, nemo unquam inspexit. Nam cùm de charitate erga fratres loqueretur, Deum in exemplum produxit, qui ob immensam erga nos charitatem filium suum unigenitum ad mortem tradidit. Unde uerisimile erat ut aliquis dubitaret, ac diceret: Quo pacto hoc dicis de rebus quæ non uidentur, ac percipi nullo modo possunt? nosq; ijs uis confirmare, quæ nondum quispiam cognovit? Huiusmodi dubitationi occurrit, atque inquit: Assentior quidem etiam ego, neminem esse qui Deum unquam uiderit, sed ex mutua tamen erga nos charitate, Deum in nobis esse cognoscimus: atq; id recte: quippe cùm multa sint, quæ licet uideri nequeant, ex operationibus tamen esse percipiuntur. Quemadmodum enim anima, quamuis eam non uideamus, ex operationibus eius et motionibus inesse nobis intelligimus: sic Dei quoque erga nos charitatem, quasi ex quodam motu et operatione cognoscimus. Quod si hoc non præter ueri similitudinē est, merito diuinus hic uir ex operatione et effectu in nobis quoq; Deum esse ostendit. Sed quæ operatio hæc est? pura et sincera nostra erga proximos charitas: hæc siquidē in eo quod pura est, efficax est atq; absolu-

ta et perfecta. Hoc indicio, inquit, est, et nos in ipso, et ipsum in nobis permanere, quod de spiritu suo nobis dedit: quippe cùm purus pura et munda ab omni forde gratificetur. Quoniam igitur per puram charitatē cum ipso communicationem habemus, ex eo nos quoq; inquit, qui in carne ipsum uidiuis, cognouimus et testificamur patrē misisse ipsum Salvatorem mundi. Quinetiam ad cognitionē nostram illud accedit, quod ipse etiam nobis explicauit, modò dicens, Egressus sum à patre, et ueni in mundū: id quod patrē ob charitatē erga nos de cœlo misisse unigenitū suum in mundum declarat: modò apertius inquiens, Adeò dilexit Deus mundū, ut filium suum unigenitū dederit, ut omnis qui in ipsum credit, non pereat. Item, Non ueni, inquit, ut iudicem mundum, sed ut saluum faciam. Et ex ipsa igitur inspectione, inquit, et ex unigeniti declaratione qui est in sinu patris, ut in Euangelijs dicitur, et ex operatione per mutuam erga nos charitatem, Deum esse in nobis, et de spiritu suo nobis dedit, communicationemq; nos cum ipso habere percipimus.

Quicunq; IE S V M esse filij Dei confessus fuit, Deus in ipso manet, & ipse in Deo. Et nos cognouimus et credidimus charitatē, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in ipso.

Ioan. 16.

Ioan. 3.

Ioan. 12.

Ioan. 1.

Hoc ad id quod paulò superius dixit, referatur: hoc est, Omnis spiritus qui in carne uenisse Iesum Christum fatetur &c. Quoniam enim ex filios eos esse Dei, et Deum in ipsis manere abunde demonstrauit: atque id ex mutua inter ipsos charitate, qua spiritum sanctum, id est, spirituallia dona data ipsis esse confirmat: ad illa rursus orationem reducit, atq; inquit: Quicunq; Iesum esse filium Dei confessus fuerit, in eo Deus manet. Tale quid superius etiam dixerat, cum inquit: Omnis spiritus qui Iesum Christū in carne uenisse cōfītetur, ex Deo est. Progrediens tamen mihi, inquit, oratio, aliud quid manifestauit. Et hoc igitur propono, eos qui hoc confitentur, et manentem in se spiritum, id est, Deum et eius spiritualia dona habere, et ipsos in Deo esse: atq; id non ita temere dicimus, sed certa cognitione, et fide ex mutua inter eos charitate confirmamus. Vbi autem de charitate meminit, omnia que superius etiam de charitate iam dixit, ad maiorem confirmationem subiungit.

In hoc perfecta est charitas nobiscum, ut fiduciam in die iudicij habeamus, quod quemadmodum ille est, et nos in mundo hoc sumus.

Volo, inquit, nos perfectos in charitate esse, ut in die iudicij fiduciam habeamus, apud eum uidelicet qui homo factus est, quippe cum ipse sit qui iudicet, ex ipsis declarione, cum inquit:

Pater

Pater neminem iudicat, sed iudicium omne dedit filio. Ac qua de re hanc fiduciam habituri sumus, subiungendo ostendit, quod, inquiens, quemadmodum ille est, et nos in mundo hoc sumus. Cum enim prius et Deum in nobis, et nos in Deo esse demonstratum sit, perfectionem charitatis in nobis quoq; esse attestamur. Sicut igitur ille immaculatus erat et purus in mundo, unde etiam dicebat, Venit princeps mundi huius, et in me inueniet nihil: sic nos quoque in mundo hoc erimus. Nam EST, ET S I M V S uerbum pro futuro intelligendum est, ut, sicut se penumero scripturae mos est, tempus pro tempore positum sit. Vel profundius quid ex hoc significare beatum Apostolum censendum est: sepe enim cum dixerit nos in Deo, et Deum in nobis esse: si ita est, et ille puro quodam modo in nobis est, id est, ita ut puritatis et sanctitatis nobis sit dux atq; auctor, sic etiam nos pure et sancte in nobis ipsum in mundo hoc circunferamus, mortui uidelicet mundo, 2.Cor.4. mortificationemq; eius ubiq; in corpore pra nobis ferentes: si enim ita uiuamus, apud ipsum fiduciam habebimus, et liberati timore omni crimen: perfecti siquidem per bona opera in charitate, procul a timore erimus constituti. Huiusc rei confirmationem subiungit, cum inquit:

Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras eiicit timorem: quoniam timor pu-

nitionem habet. Qui aurem timet, perfectus in charitate non est. Nos amemus ipsum, quia prior ipse amauit nos.

Psal. 33. Timor non est in charitate: quis timor? pœna uidelicet et punitionis, ut ipse explicat. Posset enim quispiam amare timore inductus ne puniretur: qui sane timor perfectus non est, hoc est, perfecta charitas non est. Sed dubitante non nulli, quomodo cum David dicat, Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam non est desatio timentibus eum: nunc hic perfecta charitatem foras ejcere timorem dicat. Hoc modo enim sancti Dei perfecti in charitate non essent, quibus, ut timeant, præcipitur. Dicendum igitur, duplicum esse timorem: alterum initialem, qui punitionem ac pœnam ob malefacta incutit, cum aliquis uidelicet ad Deum accedit, quia timet ne puniatur: alterum perficiem, turbatione omni ac terrore liberū: qui propterea etiā castus dicitur, ac permanens in seculum seculi.

Psal. 18. Timor enim, inquit, Domini castus permanens in seculum seculi; cum initialis neque stabilis ac permanens, neq; castus sit, sed à perfecta charitate deficiat. Nam timor perficiēs est, qui ob perfectam charitatem semper sollicitum hominem reddit, ne in quopiam ex ijs deficiat, quæ à uehementer amante præstari ei qui amat, debent. Qui igitur uerè amat Deum, is Dei uoluntatem non

non ob pœnarum minas exequitur, sed amore uirtutis, ex uera erga Deum charitate illeatus, id facit, sc̄q; perficiente hoc timore stabilit, atque obfirmat. Vbi de perfecta charitate dixit, debere nos amare Deum etiam necessariō, demonstrat, propterea quod prior ipse nos amauerit: erga eum enim qui beneficijs nos præuenit, magnum studium in referenda gratia impendendum nobis est, quemadmodum latius superius declaratum est.

Si quis dixerit, Deum amo, & fratrem suū odio habeat, mendax est.

Cum charitatem à Deo ad nos, et à nobis ad Deum necessariō deducere nos ostenderit: addideritq; si ita nos amauit Deus, debere quoquē nos mutuo nosipso diligere: nunc rursus ad idem orationem refert, atq; inquit, necessarium nobis omnino esse ut fratrem amemus, charitatis Dei erga nos exemplo inducti, quam prorsus reddere ei debemus. Oportet, inquit, ut sine ulla excusatione fratrem diligamus, id quod maximum nostre erga Deum charitatis indicium est: nam si fratrem non amamus, ueq; erga Deum charitas ulla in nobis seruatur: quippe cum id quod debemus inter nos mutuo, intereat, quod ex charitate erga Deum acquisiueramus.

Qui enim non amat fratrē suum quē uidit, amare Deum quem non uidit, quo pacto pote

Et hoc mandatum ab ipso habemus, ut qui amat Deum, fratrem etiam suum amet.

Hoc ad redarguendos eos subiungit, qui diuinam charitatem uolunt adulterare: perinde ac si ita dicat: Charitas ex mutua omnino consuetudine conflatur: consuetudo autem ex eo existit, quod uidemus fratrem, atque inde præcipue in amore eius accensi coniungimur: quippe cum uisio sit, que in amorem maximè homines illiciat. Q[uo]d circa qui quod magis in amorem allicit, negligit, & fratrem quem uidet, non amat: quo pacto si Deum quem non uidet, neq[ue] ullo sensu percipit, cuiq[ue] nulla consuetudine est coiunctus, se amare dicat, uerum dicere iudicabitur? Si tamē, inquit, aliquis sit qui ita impudenter se gerat, ut Deum se amare cum afferat, fratre odio prosequatur, nonne præterquam quod charitatem diuinam adulterat, mandati quoq[ue] Dei transgressor est existimandus? illius uidelicet quod præcipit, cum inquit: In hoc cognoscant omnes meos uos esse discipulos, si mutuo uos amore prosequamini. Qui igitur Deum amat, & se eius discipulum esse affirmat, is fratrem quoq[ue] suum ex mandato eius diligat quoq[ue] necesse est.

De glorificatione Christi in gloria patris, & de uictoria aduersus malignum ex fide Iesu Christi in uitam. De auxilio peccanti fratri per orationem adhibendo, & de non peccando:

do: ubi monet, ut caueamus à daemonum cultu.
Caput V.

Omnis qui credit I E S V M esse C H R I S T U M, ex Deo natus est: & omnis qui amat eum qui genuit, eum quoq[ue] amat qui genitus ex ipso est. In hoc nos filios Dei amare cognoscimus, cum Deum amamus, mandataq[ue] eius seruamus.

Vbi ostendit, eum qui Deum amat, eiusq[ue] se esse discipulū afferit, amare etiam fratrem suum debere ex eius præcepto, idem rursus in hunc modum confirmat: Si mandatum accipimus à magistro nostro, ut mutuo nos amemus: si magistrū nostrum Iesum esse Christum credimus, in eo autem est Christus, quod Deus & homo est: mandata prorsus eius utpote magistri ac Dei seruabimus. At si eum esse Deum credimus, filij ipsius sumus, quemadmodum in Euangeliō dicitur: Quicumque autem eum receperunt, id est, quicumque in ipsum crediderunt, dedit eis potestatem ut filii Dei fiant. Si autem geniti ex ipso sumus, id quod ei qui genuit debetur, exhibebimus, id est, eum amabimus, cum natura comparatum sit, ut filii parentes suos amore prosequantur. Cum igitur omnes qui credimus, nati ex ipso sumus, propterea etiam mutuo nos, utpote fratres, atq[ue] ex ipso nati, amare debemus: quippe cum qui amat eum qui genuit, eum quoq[ue] amet qui genitus ex

ex ipso est. Deinde reciprocatur orationem, et ait, charitatē erga fratres, id est, erga filios Dei, charitatem erga Deum confirmare. Prius enim dixit, qui amat Deum, fratrem quoque suum amat: nunc ē cōtrario, qui filios Dei, inquit, amat, Deū ipsum etiam amat: charitatisque erga Deum iudicium, charitatem erga fratrem esse statuit. Deinde charitatem in Deum, mandatorum eius esse **Ioan. 14.** executricem afferit, recte id quidem: qui enim amat me, inquit Dominus, mandata mea seruat.

Hæc enim est charitas Dei, ut mandata eius seruemus: & mandata eius grauiā non sunt. **2. Cor. 15.** Quoniam omne quod natum ex Deo est, uincit mundū: & hæc est uictoria quæ uincit mundū, fides nostra. **Quis est** qui uincit mundū, nisi qui credit I B S V M esse filium Dei?

Per træctionem legenda hæc oratio est, hoc modo: Hæc est charitas Dei, ut mandata eius seruemus: quoniam omne quod natum ex Deo est, &c. Nam quod inquit, mandata eius grauiā non sunt, interiectum est. Non inquit autem, mandata eius sunt leuia, quemadmodū Christus ait, Iugum meum suave est & onus meum leue: sed, grauiā non sunt: propterea quod ei qui in uirtute proiectus iam est, etiam ea quæ ualde grauiā sunt, leuia habentur. Ita si quis fortitudinem ac tolerantiam, quæ honesta omnia efficit, amiserit, grauiā uel leuiſima quæque existimabit. Nam quia nonnullis

nonnullis Dei mandata, utpote Dei, grauiā esse uidebantur, proterea inquit, mandata Dei grauiā non sunt. Quid enim grauitatis & molestiæ in se habet, fratrem amare? Quid, uisere eos qui Mat. 25. in carcere sunt, grauiā ne est? non enim ē carcere educere & liberare; quod molestiam quandam præse fert, sed uisere tantummodo iubet: neque & grotantē morbo liberare, sed uisere: neque esfuriē tem opipara mensa excipere, aut nudum pallio ornato ac magnifico induere præcipit, sed ea tantum exhibere, quæ necessariæ indigentie succurrant, quam & qui esurit, & qui nudus est, requirit. Vbi hæc ita tractauit, aliud subdit, quod eos ad exercendam charitatem inducit: quæ est uictoria. Nam cum ex charitate erga fratrem, inquit, filios Dei uos constitueritis, illud etiam habetis, quod hoc recte factum cōsequitur, ut mundū uincatis: quod enim ex Deo natum est, uincit mundū. Deinde addit uictoriam, & id ex quo uictoria existit, fidem in Deum utraque esse affirmans: quæ ex Deo genita, omnē perfidiā uicit, atque elecit, ita ut neque Iudeus, neque Græcus, neque hereticus quampiā uim aduersus ipsam habeat. Et quia fides non ipsa sola, sed cum eo uincit qui ipsam habet, propterea insert: **Quis est** qui uincit mundū, nisi qui Iesum esse Dei filium credit?

Hic est qui uenit per aquam & sanguinē Iesus Christus: non in aqua solū, sed in aqua &

& sanguine. Et spiritus est qui testificatur, quia spiritus est ueritas. Quoniā tres sunt qui testificantur, spiritus, aqua, & sanguis: & tres in unum sunt. Si testimoniu[m] hominum accipimus, testimoniu[m] Dei maius est: quia hoc est testimoniu[m] Dei, quod testificatus de filio suo est. Qui credit in filium Dei, testimonium in seipso habet. Qui nō credit Deo, mendacē ipsum fecit: quippe qui in testimonium Dei, quod de filio suo est testificatus, nō crediderit. Atq[ue] hoc est testimonium, quod uitam æternam dedit nobis Deus: & hac uita in filio eius est. Qui habet filium, habet uitam: qui filium Dei non habet, uitam non habet.

Ioan.3. Quoniam generationis Dei, et geniti mentionem fecit, cū dixisset, Omne quod ex Deo natum est: atque id per sanctū baptismū nobis evenit: propterea subiungit, Hic est qui per sanguinem et aquam uenit Iesus Christus. Sed qua de causa uenit: ut nos regeneraret, ac filios Dei faceret: hoc enim ex eo quod superius dixerat, consequitur, hoc modo: Et omne quod genitum ex Deo est, uincit mundum. Sed quo pacto est genitum? per aquam & sanguinem. Qui enim uenit Iesus Christus, per aquam & sanguinem nos regenerat. Atq[ue] adiungit rursus repetendo: Non in aqua solum, nos regenerat uidelicet, sed in aqua & sanguine. Vult enim prius Christi, qui nos in filios adoptauit, declarationem ostendere: qui

cū

cū homo qui in ipso erat, adoptatus in filium à Deo fui[ss]et, ipse nobis quoq[ue] per suam adoptionem eiusmodi dignitatem gratificatus est. Hoc autem tribus temporibus manifestatū fuit: in baptisme in Iordanē, cū de celo pater, eum Matth.3^a qui baptizaretur, filium sibi dilectū esse, est testi Marc.1. ficatus. Quis autem erat qui in aquā ingrediebatur, nisi qui coniunctus cum Deo uerbo homo erat, qui cum occulto uidelicet apparebat ē huic siquidem exhiberi testimoniu[m] oportebat. Per aquam igitur, id est, in baptisme per aquam Iesus patris testimonio filius Dei est declaratus. At per sanguinem, quando cū pro p[ro]p[ter]e erat ut crucifi geretur, dixit, Glorifica me tu pater: et vox dela Ioan.12. ta est, quæ dicebat: Et glorificau[er]i, et iterum glorificabo. quam quidem uocem qui audierunt, tonitru[m] esse arbitrati sunt. Per spiritum uero est manifestatus, quando ē mortuis tanquam Deus resurrexit. Suscitare enim scipsum, filius Dei est. Marc.16. Nomine enim spiritus, Deus significatur: quippe Luc.24. cū spiritus Deus sit. Cum itaq[ue] tria sint que le Ioan.4. su ipsius in filium adoptionem testificentur, baptisma, crux, & resurrectio, indubitate Domini adoptatio censenda est: per quam adoptionem nobis quoq[ue] ipse, quippe cū totius humanae constitutionis primitiae extiterit, id donauit, ut filios Dei essemus. Ac tria hæc in unum Christus cōueniunt: id enim significat cū inquit, & tres in unum

in unum sunt, id est, in unum de Christo testimoniū cōcurrunt. Aduertendum tamen nonnullos patres spiritum hīc ita interpretari, ut nō de resurrectione, sed de patre intelligendum cēsent, quando in Iordanē clamauit, *Hic est filius meus dilectus: propterea quod spiritus quoque Deus, sicut diximus, dicit consuevit.* Posteaquam beatus Apostolus hāc dixit, confirmationem à minori subiungit, atq; inquit: *Si testimonium hominum aliqua de re admittimus: nōne multò iustius Dei, qui maior est, admittere testimonium debemus?* At hoc testimonium de filio suo, id est, de Christo, à Deo est. Qui igitur infidem Dei credit, quod uidelicet Deus sit, utpote Dei filius, in seipso habet testimonium, cum se adoptatum in filium credat per Iesum, qui adoptatus à Deo est. Qui nō credit, obnoxius duobus malis est: cūq; Deum mendacē faciat, et adoptionem, atq; ob id uita ēterna, seipsum priuet: quam quidem uita adoptatis à se filiis promisit Christus, atque in se habet, sicut in Euāngelio scribitur: In ipso uita erat. Quare qui habet filium per sanctū baptismā, uitam etiā habet. Quidcūq; enim baptizati in Christum sumus, id est, iuxta mandatum eius, Christum induimus. At qui filium Dei per baptismā non habet, neq; uitam habet, sed mortuus est. Nam mortuos nos peccatis suscipiens, per sanctū baptismā ad uitam suscitat.

Sicut

Sicut enim sape dictum est, qui conseputus cum Christo est per demersionem in sancto baptisma, Rom. 6. te, is mundo, id est, mundanis cupiditatibus mortuus est, et nō amplius sibi, sed Christo tantummodo uiuit, dum iuxta mandata eius in nouitate uite ambulat, nullumq; aditum peccato amplius præstat.

Hæc scripsi uobis, qui in nomen filij dei creditis, ut cognoscatis uitam uos ēternam habere, & in nomen filij Dei credatis. Atq; hæc est fiducia, quā apud ipsum habemus, quod quicquid petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. Et si nouimus audire ipsum nos quicquid petierimus, postulata quæ ab eo petimus, habere nos etiam nouimus.

Quasi in epilogo rem breuiter in summam coligit, atq; inquit: Scripsi hæc uobis tanquam hæreditibus uite ēterna: nam hæc nequaquam scriberentur, nisi ijs qui in spe uite ēterna uitam traducere: quippe cū neg; sancta canibus, neq; margaritas ante porcos projiceret, laude dignum censeatur. Cūn igitur tanquam hæredibus ēterna uitae hæc scribat, breuiter, ut diximus, resumit antedicta, eisq; in memoriam reducit, primum in nomen filij Dei sine ulla dubitatione credere eos debere, id est, in pietatem, quæ ab ipso nobis est tradita: hoc enim nomen filij Dei significat, ut superius diximus: cui quidē pietatis sancti baptismatis

gratia prævia est. Deinde huius indubitabilis fidei nullum aliud indicium esse ait, nisi fiducia, quæ per immaculatam fidem apud ipsum consequimur, sicut etiam superius à nobis est declaratum. Ac rursus fiducia huius signum id statuit, quod nullo ex ijs que ab ipso petimus, frustremur. Sed quid interdum fit, ut nō omnes omnia que petierint consequantur, neq; in omnibus exaudiantur, adiungit, secundum uoluntatem eius, ut eum qui præter magistri uoluntatem quippe petat, merito

Iac. 4. frustratum iri ostendat. Atq; in hoc beato Iacobo consentit: nam ille etiam, Petitis, inquit, et non accipitis, quia male petitis: id est, ea que inutilia uobis sunt, petitis. Postea mutato ordine, ac recte procata oratione, indicium hoc clarissimum reddit. Si nouimus, inquit, audire ipsum nos quicquid petierimus, postulata que ab eo petimus habere etiam nos credimus: perinde ac si ita dicat: Si secundum uoluntatem eius petimus, nos audit: et si audit nos, nouimus nos secundum uoluntatem eius omnia petere, habereque in nobis ea que petimus, hoc est, regnum et iustitiam ipsius, quæ uidelicet petere ipse etiam nobis mandauit.

Si quis uiderit fratrem suum peccatum non ad mortem, petat, & dabit ipsi uitam, peccantibus non ad mortem.

Adiungit hic quoddam ex ijs que secundum uoluntatem Dei petere nos vult: et quia per totam

tam epistolam fraternalm charitatē extollit ac celebrat, idq; uelle Deum afferit, ut charitatē erga fratrem sinceram seruemus: hoc unum esse ex ijs quæ uult Deus, inquit: ut si quis uiderit fratrem suum peccare nō ad mortem, petat, et dabit ipsi: quid dabit? uitam æternam: quibus? peccantibus non ad mortem. Iustitia quippe hoc est, ut peccanti fratri condoleamus, et ad salutem consequam opitulemur.

Est peccatum ad mortem, non de illo dico ut roget. Omnis iniustitia peccatum est. Et est peccatum nō ad mortem. Scimus omnem quī natus ex Deo est, non peccare: sed qui genitus ex Deo est, seruat seipsum, & prauus nō attingit eum. Scimus ex Deo uos esse, & mundū totum in prauo esse collocatum. Scimus etiam filium Dei uenisse, & dedisse nobis mentem, ut uerum Deum cognoscamus, & simus in uero in filio eius IESU CHRISTO. Hic est uerus Deus & uita æterna.

Ordo est in hunc modum: Est peccatum ad mortem, et est peccatum non ad mortem. De eo quod ad mortem non est, dico ut petat quippe, non de eo quod est ad mortem. Deinde rem ipsam explanans, peccati ad mortem, et non ad mortem, divisionē facit. Nā peccatum absolutē, quod quasi genusest, in duo haec partitur, atq; inquit: Omnis iniustitia peccatum est, tam quod ad mortē, quam quod non ad mortem est. Sed de peccato quod

ad mortem est, ne roget, id est, ne petat: nam non exaudietur, propterea quod male petit. de eo etenim intelligit, qui nullam præse fert conuersionem: quippe cum solum id peccatum ad mortem sit, quod ad pœnitentiam nullam respicit: quo etiam

Mat. 27. *Iudas implicatus, æterna morte est oppressus.*

Pro. 12. *conseruant, ad mortem peccant. Vix enim iniuriarum recordantium ad mortem, inquit Salomon: nam neque isti cum memoriam iniuriarum semper retineant, & iram erga proximum repositam seruent, unquam pœnitentia ducti conuertuntur, sed impœnitenter peccant. Hæc ubi explicauit, quorum hominum sit ad mortem peccare significat, atq; ait, eum qui adoptatus à Deo in filium est, neq; ad mortem neque non ad mortem unquam esse peccaturum: quippe cum semel inhabitanti in se per adoptionem Christo se se cum dediderit, intactus atq; impollutus à peccato permanens sit. Sed ne quispiam putet huiusmodi hominem naturam prorsus ita immutasse, ut peccare in posterum amplius nō possit, subiungit: Sed qui genitus ex Deo est, seruat seipsum: ut significet uidelicet, eum nisi seipsum seruet, à prauo & scadalis eius permanens. Cum uero inquit, *Hic est uerus Deus &c. hic, pro relatione nomine, qui, positum uidetur.**

dignauit, ut si nos donum eius nobis diligenter custodiamus ac conseruemus, non peccare etiam posimus. Nam alioqui, inquit, cum mundus in prauo & maligno collocatus sit (mūdum autem appellat eos, qui in adoptionem filiorum Dei se ipsos per bona opera mimime transmutarunt) nihil uetaret quo minus nos quoq; inter pereuentes connumeraremur: quippe cum cogitatio hominis ad praua à iniuriente sua studiose incumbat, quemadmodum diluuij tempore Deus pronunciavit. Sed quia, inquit, filius Dei uenit, & mentem nobis dedit, id est, dignitionem, qua interna animi notione ipsum uerum Deum agnoscimus, & in ipso nero filio ipsius Iesu Christo sumus: ex huius magnifico dono hunc esse uerum Deum, & uitam æternā perspicimus, atq; illæs à prauo & scadalis eius permanenus. Cum uero inquit, *Hic est uerus Deus &c. hic, pro relatione nomine, qui, positum uidetur.*

Filioli custodite uos ipsos à simulachris Amē.

Quærunt nonnulli, cur si ad perfectos fideles hæc scribit, custodire seipson à simulachris moeat? dicendum est, eum quoniam ad catholicam & uniuersalem ecclesiā hæc scribit, quæ nō tota electo populo explebatur: ad eos qui in ipsa negligenter erant, quorū facilem lapsum suspicatur, hac monitione uti.

Gen. 6.

D. IOANNIS EPISTOLAE
secundæ argumentum.

Hanc Ioannes Electæ & filijs eius scribit. Occasio eius scribendæ hæc fuit. Cum filios eius bene in fide cōuersari uideret, & multos deceptores & illusores circumstare, qui dicerent aduentum Domini in carne nō esse, hac epistola eos munit: ac primum, quod filii eius bene in fide ambulent, i. etat: deinde, non nouum esse fidem nostram mysterium docet: de charitateq; rursus ait, horraturq; ut in doctrina ipsius tradita perfidant: eumq; qui Christum in carne non uenisse affirmat. Antichristum esse ait, præcipiq; huiusmodi homines neque in domum admittendos, neq; salutandos prorsus esse.

D. IOANNIS EPI-
STOLA SECUNDA.

De recta uita in charitate Dei perfidem piam immutabilem: de non introducendo hereticum in domum, & salutando in peccatum: promisio aduentus sui. Cap. unicum.

Resbyter Electæ dominæ & filijs eius, quos ego in ueritate amo: & non ego solus, sed etiam omnes qui cognoverunt ueritatem, ob ueritatem quæ in nobis manet, & nobiscum erit in æternum. Erit nobiscum gratia, misericordia, pax à Deo patre, et à Domino IESU CHRISTO filio patris in ueritate & charitate.

Nonnulli hanc et sequentem epistolam non esse

esse Ioannis illius dilecti à Domino, sed alterias cognominis opinati sunt, propterea quod et presbyterum in his seipsum appellat, et alteram ad mulierem, que una tamum erat, alteram ad Catum, qui etiam ipse erat unus, scribit: id quod uniuersali epistolæ minime conuenire aiunt. Illud quoque in argumentum adducunt, quod inscriptionem, non sicut in priore, facit: diverso enim modo in illa est exorsus. Sed ad hoc quod extrema loco dicunt, ita respondendum est. In priore non hoc modo eum inscriptione usum fuisse, eò quod non ad certam personam, neque ad locorum quorundam ecclesiam scribebat, quemadmodum Petrus, et ante Petrum Iacobus, ille ad eos qui in dispersione erant Iudeos: hic ad duodecim Iudeorum tribus separatim scribere afferentes: sed ad omnes fideles siue in ecclesia aliqua, siue in nulla essent congregati, communem sermonem faciebat. Presbyterum autem hic se, et non Apostolum, neque seruum Iesu Christi, ut cæteri Apostoli, appellat: non Apostolum quidem ob id fortasse, quia ipse non fuit primus qui in Asia uerbum annunciarit, sed post Paulum: et non in transitu, sicut ille, prædicationis cursum absoluens, sed illic manens, et præsens ad præsentes uerbum exponit. Sed neque seruum se uocat, propterea quod quum uelementer à Domino fuerit dilectus, extra serui-

tutis timorem se esse confidebat. Presbyterum autem tantummodo seu seniorem se appellandum censuit, uel quia cum senex iam esset, hac. Act. 20. 2. Petr. 5. scripsit, uel ut se episcopum nomine presbyteri esse declareret. Per illud enim tempus, quemadmodum ex Apostolorum gestis, que beatus Lucas scripsit, ex Petri epistola uidere licet, de episcopis etiam Presbyteri nomen dici consuerat. Ad mulierem autem fidelē scribere nihil est. Gal. 3. ueritus, quia in Christo Iesu neq; marem, neque feminam agnoscit. Ad Caium etiam scribens, qui unus tantum erat, Paulum habet autorem, qui etiam ipse ex ad Titum, ex ad Timotheum, ex ad Philemonem priuatos homines epistolas mittit. Atq; hæc de inscriptione dicta sufficiant. Ex loquitione autem ex reliqua orationis dispositione, germanæ esse Ioannis hæ epistolæ uidetur: quippe cum etiam in his sæpe oratio repeta tur, atq; eadem, ubi qualibet occasio inciderit, de eisdem rebus dicantur, atq; ita sicut in superiori re omnia confirmantur. Duo uero sunt, quæ Electæ huic tradit: unum, ut in charitate ambulet: alterum, ut hæreticos auersetur. Electæ uero uel ex nomine eius proprio, uel ex uirtute appellat: quam se amare in ueritate inquit, neque se solum, sed omnes quoque qui similes ei moribus sunt, qui ueritatè in se stabilitatem ac firmatam reuera habent: hoc enim significat cum inquit, ob ueritatem

ueritatè quæ in nobis manet: ea autem est fides in Christum. Porro amare se in ueritate inquit, propterea quod sicut quog; ex ore tantum ac lingua amare possumus, sicut ipse in priori epistola de quibusdam falsis fidelibus ostendit. Cum uero dixit, ob charitatem quæ in nobis manet, id est, ueram & firmam, & non uariatam, subiungit, & nobiscum erit in æternum, ut donum id esse ita stabile declaret, ut amitti etiæ non possit: quippe cum fieri queat, ut etiæ si firmati aliqui in re aliqua sint, nisi recte stabilitate ea utatur, ex ea rur sum possint exturbari ac dimoueri. Addit præterea, erit nobiscum gratia & misericordia, & pax, &c. bona manifestans, quæ ex perfecta charitate efflorescunt. Inquit autem à Domino Iesu Christo filio patris, eo quod solus ipse Deus propriè est pater. Vnde etiam Paulus, ex quo, ait, omnis paternitas in celo & in terra nominatur. Postea infert, in ueritate & charitate, ut confirmet orationem, ex uerae charitatis indicium declaret. Ephes. 2.

Gauisus ualde sum, quod de filijs tuis inueni ambulantes in ueritate, sicut mandatum à patre accepimus.

Causa reuera maximi gaudij est, cum aliquem sine offenditione in fide Christi ambulare iuxta mandatum eius inueninrus. Mandatum autem eius est, de quo in Euangeliō ait: Qui amat me, mandata mea seruabit. Nam patrē nunc Christū uocat, qui Ioan. 14.

Esaie 8 datorū sibi à patre filiorū per dispensationē pater est. Vnde dictū id est: Ecce ego, et pueri quos
Heb. 2. dedit mihi Deus. Vide autē quām uerū Ioānis hu-
2.Ioan. 2 ius epistola hēc sit. Hoc enim cum eo conuenit quod in priore etiā positiū est, cūm diceret: Et no-
uimus eum qui amat Deū, mandata eius seruare.
 Ambulare siquidem iuxta mandata, et seruare
 mandata idem est. Cūm enim actiue uirtutes sint,
 et in operatione essentiā suā habeant, qui iuxta
 eas ambulare definit, eas nō seruat, id est, nō custo-
 dit. Ambulare autē progressum significat: quan-
 tum enim quis in uirtute operatur, ulterius pro-
 greditur, habitūq; honesti perfectionē sibi subin-
 de cōparat: quippe cūm infinita, et nunquā defi-
 ciens uirtutis uia sit. Propterea, ut puto, etiam il-
1.Pet. 1. lud dictū est, In quæ angeli prospicere cupiūt: tan-
 ta siquidē donatorū nobis ab eo qui humanitatē
 assūmpfit, bonorū magnitudo est ac magnificen-
 tia, ut desiderabile etiā angelis sit, si eorū uel par-
 uam percipere cognitionem possint: id enim si-
 gnificat ταπανηγήν, id est, prospicere. Vnusquisq;
 enim qui sapit, nō id quod cessaturū est, appetit,
 sed quod perpetuō progreditur, et incorruptibili
 gloria elucescit. Sed quia fieri nō potest, ut quod
 inexhaustū est, totū cōprehendatur: satis superq;
 est, si uel aliquatenus participes eius efficiamur.

Et nunc rogo te Domina, nō quasi manda-
 tum nouum tibi scribens, sed quod habuimus
 à prin-

à principio, ut diligamus nos mutuō. Et hēc
 est charitas, ut iuxta mandatum eius ambule-
 mus. Hoc est mandatū, sicut audiūstis à prin-
 cipio, ut in eo ambuletis. Quoniam multi se-
 ductores in mundum ingressi sunt, qui Iesum
 Christum uenire in carne non confitentur.

Hoc etiā cum ijs quæ in priore dicta sunt, con-
 sentit. Nam nō nouum mandatū se scribere aſſer-
 rit, id quod etiam illie dixit: ut ostendat se ea quæ
 iam pertractarūt, et operando iam experti sunt,
 tradere, et nō noua et difficilia, quæ moleſta ef-
 fe ob insuetudinem poſſint: subiungitq; quod sit
 mandati huius opus, ut diligamus nos mutuō:
 et charitatem simul in eo existere ostendit, dum
 secundum ipsam ambulamus: mandatumq; ab ini-
 tio non alterius causa nobis datum esse ait, quām
 ut in eo ambulemus: ultro citroq; eadem com-
 misſens, ac repetens, ut uidelicet per charitatem
 unionē ipsiſ indiuisam procuret, ne ad ſeducto-
 res qui iam in mundum procererunt, Dominiq;
 aduentum in carne reprobabant, ſegregarentur:
 per mandatum autem Domini iuxta quod non
 recenter, ſed à principio et antiquitus ambulat,
 erraticam ac falſam hēreticorum opinionem no-
 uam effe declarat: atq; ita hortetur, ut mandatū
 quod ab initio accepérunt, ſequunt, deceptione il-
 lorū ne ſeducantur. Nam de huiusmodi ſeducto-
 ribus mandauit Christus, cūm diceret: Multi ue-

Luc.21. nient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus, et multos decipient: ne post ipsos eatis. Hec igitur mandata seruantes hortatur, ne decipientur, sed eum qui huiusmodi falsa dicit, Amichristum esse opinentur.

Is est seductor & Antichristus. Videate uos ipsos, ne perdamus quæ operati simus, sed mercedem plenam recipiamus. Omnis qui transgreditur & nō manet in doctrina CHRISTI, Deū nō habet. Qui manet in doctrina CHRISTI, is & patrem & filium haberat.

Subintelligenda ad perfectiorem declaracionem uerba hæc sunt: Qui igitur hæc non confiteratur, ut apte subiungatur, is est seductor, et Antichristus. Alioqui enim inconnexa oratio est, cum e plurali numero ad singularē transitus fiat. Cum uero inquit, Qui Iesum Christum uenire in carne non confitentur, et non, uenisse: eos significat, qui secundum Domini aduentum reprobant. Quoniam etiam ipse Dominus, cum ait,

Luc.21. Multi uenient in nomine meo, non de primo, sed de secundo suo aduentu intelligit. Tamen si qui secundum irritum facit, primum quoque reprobetur necesse est. Nam si qui in carne aduenit, secundò se uenturum esse pollicitus est: prorsus qui secundum repudiat, primum refellit. Si enim aduenisse eum credit, promissionem quoq; eius certam futuram esse existimat: si promissionem non admittit,

mittit, nulla ratio est cur aduenisse eum credere dicendus sit. Propterea, ut puto, dilectus hic discipulus, uenire, et non, uenisse, dixit, ut utrumque Domini aduentū in carne negantes comprehenderet. Monet igitur ut ab ipsis his caueat: et causam infert, ne ex eorum consuetudine et consilio quæ operati prius fuisse, amittatis, sed integrum mercedem accipiatis. Sed dicet fortasse ex his quipiam: Quid si non credidero Christi aduentum in carne, et bene operando tamen uitane traduxero, nonne ob bona opera potero et interpios connumerari, et mercedem accipere? Hanc obiectionem præuenit apostolus, ac tollit: nemo, inquietus, qui aduenum Domini in carne reprobat, se uel operū remunerationē perfectam, quæ fidelibus debetur, accipere, uel piuum omnino censi posse existimet. Sed omnis qui transgreditur mandatum eius, id est, Christi qui aduenit, et non manet in doctrina ipsius, Deum non habet. Nam si is reprobari conficeretur, qui uenit ut homines perfectam Dei cognitionem doceret: quomodo pius est existimandus, qui diuinorum spectaculorum enarratorem contemnit? impius sanc is est: quemadmodum ē contrario pius, et diuinus ille est, totamq; in se diuinitatis integritatem habet, id est, patrem et filium et spiritū sanctum, qui in Christi doctrina firmatus est ac stabilitus. Ipse enim de patre docet, cum ita inquit:

- Iohn. 16.** Omnia quæcunq; habet pater, mea sunt: et multis alijs in locis tum de se, tum de patre doctrinā tradit, se filium, illum patrem esse declarans. De spiritu item sancto, ubi ait: Quem ego mittam à patre, spiritus ueritatis, qui à patre procedit. Ac
- Mat. 28.** demum de his perfectius, cùm inquit: Baptizantes ipsos in nomen patris et filij, et spiritus sancti. Atenim quòd de patre et filio tantummodo à Domini discipulo facta híc mentio sit, et non de spiritu sancto, nulli id scandalō esse nobis debet. Res enim in presentia id exigebat, ut de hoc tantū, id est, de patre et filio diceretur. Atq; hęc, ne longius euagemur, hac de re dicta sufficient.

In doctrina autē Christi, id est, euangelica, ille manet, qui iuxta ipsam et sapit et agit, hoc est, cōtemplatiue et actiue uitam traducit. Qui ab ea recedit, est impius. Sicut enim qui per exactam uitę traductionē sese Deo cōciliat, pius est, quem admodum Abraham: unde ab eo audiuit, Ego Deus tuus sum: sic qui præter Euangeliū mandatum uiuit, est impius, cùm sese ipse à Deo excludat. Cùm igitur impius sit is qui à diuina eruditione et doctrina sese alienat: qui in ipsa manet, pius est, et patrem et filium habet. De hoc enim etiam filius ipse inquit, cùm ait: Apud ipsum ueniemus, patrem uidelicet, et cōmorationē apud ipsum faciemus: quippe cùm ex mandatorū observatione templum se et habitaculū Dei unusquisque

quisq; faciat, atque ita Deum in se habeat. Duo bus autem modis habere Deum aliquis dicitur: Nam et creature omnes habere Deum dicūtur, unde et Paulus inquit: In ipso enim uiuimus, et Act. 17. mouemur, et sumus. Atq; hic modus ad rerum es- sentiam tantum spectat. Altero modo habetur Deus, cùm quis benē agendo eum colit: quo signifi cato et Deus Abraham, et Deus Isaac, et alio Exod. 3 rum denique piorum Hebræorum Deus dicitur. Mat. 22 Aduertendum autē, qui habet filium, habere etiā Mar. 12 patrem. Qui enim, ut inquit ipse filius, filium uidit, uidit et patrem. Et rursus: Ego, inquit, in pa tre, et pater in me est. ut ex hoc etiam cōsubstan tiales pater et filius esse cognoscātur. At si quis dicat, ex hoc nihilo minus fieri etiā posse, ut qui discipulos excipit, filium quoq; et patrem ha beat, quippe cùm de ipsis dicat Saluator: Quis uo scipit uos, me suscipit: qui uero me suscipit, eum Luc. 9 quoq; qui me misit, suscipit: respondendum ita Mar. 9 est, de doctrina tantū ea à Salvatore híc dici: qui enim Apostolos, doctrinam ipsorū admittendo, suscipit, is per ipsos filiū quoq; et patrem docen tes suscipere dicendus est. Tametsi nihil obstat, quim ita quoq; dicere possimus. Quia qui manet in doctrina Christi, et filium et patrem habet: cùm Apostoli in ea maneant, adeo ut prædicare etiam eam ubiunque nitantur, fit ut qui ipsos qui templo Dei sunt, suscipit, is eos suscipiendo

filium quoq; et patrem, qui in ipsis est, habeat.

Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam nō affert, ne in domum ipsum admittaris, neque saluere ei dicatis. Qui enim saluere ei dicit, in operibus eius prauis communicat. Cum multa haberem uobis scribere, nolui per chartam & atramentum id facere, sed uenturum me ad uos, & corām ore loquuturum spero, ut gaudium uestrum expletum sit. Salutant te filii sororis tuæ electæ. Amen.

Confirmat eos ad quos est hec epistola, ut si quis ad eos cum hac confessione non acceſſerit, non modò sub teclum non admittatur, sed ne ſalutatione quidē ulla dignus habeatur: quippe cū ſalutatio atque allocutio huicmodi, ſolis ijs qui ijsdem moribus, eademq; fide prædicti ſunt, exhiberi conſueuerit. Quibus enim ſalutem hanc præfamur, niſi et moribus et fide ſimilibus? Vnde ſi impijs, inquit, huicmodi ſalutationē afferemus, proſuſi quaſi fidelibus et pījs afferemus, in ſocie tatemq; noſtrām eos aſſumeremus: atq; ita nobis ne in barathrum ſuum nos detrahant, periculum maximum impendebit. Caufam poſtmodum quur breuem admodum epistolam ſcriperit, et hic et in ſequenti exponit: cum ſe ſperare dicit ut corām, præſens que reſtant dicenda, ipsis præſenii bus explicet. Ex eo uero quod in calce epistolæ poſtremo ita inquit, Salutat te filii ſororis tuæ electæ

electæ, nonnulli argumentum faciunt, quod non ad mulierem, ſed ad eccliam ſcripta epifola hec fit. Quia de re, ſi quis ita uelit, nihil ego contendendum conſuerim.

D I V I I O A N N I S Epifolæ tertiae argumentum.

E Epifola hec eſt de hospitalitate, in qua prium Caium ap̄ probat, quod omnium teſtimonio hospitalis eſt comprobetur: horatq; ut eodem in propoſito periſſens, fratres benignè deducat & uſcipiat. Diotrephe uero accuſat, quod non ſolum ipſe fratres non uſcipiat, ſed alios etiam id facere prohibeat, in eosq; multa maledicta iactet: cuiuſmodi homines alienos à ueritate eſſe, neq; Deum cognoscere afferit. De meum contrā teſtimonio multorum comprobat.

A R G V M E N T U M alterum.

E Epifolam hanc fratres quodam commandans ad Caium ſcribit, hospitalitatē eius teſtimonio omniū comprobatum admittit, ac magnis laudibus prosequitur, magisq; eum ad eandem incitat, dum Diotrepheum qui contrā faciebat, accuſat ac dannat. Demetrium quoque ab eadem benignitate laudat, fidelegi ei teſtimonium exhibet. Breui autem ita epifola uitio eandem ob caufam, quam etiam in ſuperiori te conmemorauit: quia uidelicet ſe coram plura cum eo loquuturum ſperabat.

DIVI IOANNIS EPI- STOLA TERTIA.

Gratulatio ob testimonium hospitalitatis Ca-
erga fratres: ubi contrà de in hospitalitate &
improbitate Diotrephis nonnulla dicit. Deme-
tri laus ex eadem benignitate erga peregrin-
os. Aduentus sui propediem futuri promis-
sio.
Caput unicum.



Resbyter Caio dilecto, quem ego
in ueritate diligo.

De hac inscriptione in superio-
re satis dictum est, ut eadem hic re-
petere superuacuum existimem. In ueritate autem
diligit, qui secundum Dominum interna animi
2. Ioan. 3. charitate diligit, sicut sepe etiam superius di-
2. Ioan. 1. ximus.

Dilekte, supra omnia opto te prosperè age-
re & ualere, sicut prospere agit anima tua.

Prospere agit, prospereq; ingreditur in tradu-
cenda uita secundum euangelium.

Gauisus enim sum ualde cum uenirent fra-
tres, & testificarentur ueritati tuæ, quemadmo-
dum tu in ueritate ambulas.

In ueritate ambulat, qui in euangelica simili-
tate ambulat. Ambulare autem hic non de cru-
rum motione intelligitur, cum una sit omnibus
pedes

pedes habentibus animalibus huiusmodi ingre-
sio, qua de loco in locum transeunt; sed de ordina-
to animæ incitatione, moderatoq; progressu,
quo pauci qui ognitione prædicti sunt, utuntur.

Maius his non habeo gaudium, ut filios
meos in ueritate audiam ambulare.

Quod inquit maius, græce est μεγάλη, quod
si maiorius dicas, comparatum ex comparati-
uo factum, quod iuxta græcanicæ lingue usum
reprobatur, utpote cum augmento augmentum
adiungat.

Dilekte fideliter facis, quicquid in fratres et pe-
regrinos operaris, qui charitati tuæ in cōspectu
ecclesie testimoniū exhibuerūt, quos si deduxer-
is dignè Deo, bene facies. Pro nomine enim
eius egressi sunt, nulla re accepta à gentibus.

Fideliter facis, id est, quod fideli uiro dignum
est, facis.

Nos igitur tales recipere deberimus, ut uerita-
ti cooperatores efficiamur. Scripsi ecclesiæ, sed
is qui primatum ipsorum appetit Diotrephes,
non admittit nos.

Recipere, id est, suscipere: ut illud, Recep-
erunt me sicut leo paratus ad prædam. Instruit au-
tem nos, ne expectemus ut qui indigent, ad nos ue-
niant, sed nos ad ipsos accurrimus, & sequamur
ut Abraham & Lot.

Propterea si uenero, opera eius commemo-
rabo, quæ facit.

1. Thess. 5.
2. Pet. 3.
Act. 13.
2. Cor. 6.
Psal. 118.
- Si mandatum nobis est, ut malum pro malo minimè reddamus, quomodo Apostolus hīc nunc hæc minatur? Dicimus, mandatum iubere ne retribuamus ei qui in nosip̄sos tantum peccarit: nam si quod contra nos facit quispiam, fidei quoque impedimentum affert, huic resistendum est. Sicut Elymæ Paulus vias Domini peruertentii.

Dum uerbis malis nugatur in nos: & nō cōtentus his neque ipse suscipit fratres, & uolentes prohibet, & ex ecclesia ejicit. Dilecte, ne malum imiteris, sed bonū. Qui bene agit, ex Deo est: qui male agit, Deum non uidit.

Verbis malis nugatur, id est cōuiciatur, et maledictis incepsit. Cum autem nulla luci cum tenebris cōmunicatio sit, nullaq; Christo cum Beelial cōsensio: non debet is qui ex Christi agnitione illuminatus est, ex imitatione impie se gerentium tenebris, id est, flagitiōsis ipsorum operibus commisceri. Sicut enim, inquit, qui bona operatur, ex Deo est & cognitionis eius lumine mentis oculum illustratum habet: atque ita cūm totus lux sit, & eum qui uere lux est Deum uidet, & ab alijs tanquam luminare in mundo conspicitur: sic qui mala agit, in tenebris ingreditur, & neq; ipse Deum uidere, id est, ea que sunt Dei agere, neq; ab alijs uideri potest, sed odiosus & detestabilis omnibus est, iuxta illud: Iniustitiam odi ac detestatus sum.

Demetrio

Demetrio ab omnibus, & ab ipsa ueritate testimonium exhibetur, & nos quoq; testimonium perhibemus, & nostis uerum testimoniū nostrum esse. Multa habebam scribere, sed scribere per atramētum & calum tibi nolo: sed spero statim uisurum te esse, & ore corām loquemur. Pax tibi. Salutant te amici, & tu amicos nominatim saluta.

Testimonium exhibetur ab omnibus, qui uidelicet ueritatem habent: & ab ipsa ueritate, id est, à re ipsa, ipsaq; operis executione. Sunt enim aliqui, quibus licet de uirtute à nonnullis testimoniū exhibeatur, rei tamen ueritatis cūm à uerbis opera discrepent, nō eonsentit. Sed si quis ab omnibus, etiam infidelibus, exhiberi testimoniū intelligendum censeat, eò quod uerbum hoc, omnes, cunctos complectatur, is non male fortasse opinabitur: quippe cūm Paulus fideles dare operam iubeat, ut & apud Iudeos, et apud Græcos, & apud ecclesiam Dei offensione omni careant, Quemadmodum, inquit, etiam ego omnibus in 1. Cor. 10, omnibus placebo.

KK

DIVI IVDÆ CATHOLICÆ
Epistolæ Argumentum.

Epistolam hanc ijs qui iam crediderunt, Judas scribit, ex eo occasione natus, quod nonnulli prodiuerant, qui promiscauam & indifferentem esse fidem docebant, & Dominum negabant. Vnde fratres in fide confirmari, primumq; eos hogatur ut certent, & in tradita sibi fide persistant. Deinde flagitosos illos homines ut seductores interdicunt, moneiq; ne nulla cum illis societas, nullumq; commercium habeatur, propterea quod non satis sit quod vocati fuerint, nisi etiam prout conuenit uocacioni, ambulent, & se se gerant. Nam antiquitus quoq; cum populum ex Ægypto eduxisset Dominus, eum ubi in fide non persistit, punivit: & angelis qui proprium statum non seruauerant, non pepercit. Vt ab huic modo sceleris documentis recedendum omnino sit, cum Michael etiam archangelus diabolo maledictum infere passus non fuerit. Quocirca futuram eorum perniciem non secus ac Sodomorum inquit. Polfermo morali monitione adhibita, atq; eis fidei stabilitatem à Domino precantes, finem facit.

DIVI IVDÆ EPI-
STOLA CATHOLICA.

De studio fidei in Christum adhibendo, ob impiorum hominum & flagitiorum prouenit: ubi de futura ipsorum punitione, ex similitudine eorum qui antiquius peccauere. De miseria ipsorum ob errorem & impietatem et obscenitatem & maledicentiam et simulationem & auaritiam. Monitio ut in fide stabiliatur, & proximum tum arguant, tum misericordia & benignitate prosequantur ad salutem.

Caput unicum.

Judas



Vdas IE SV CHRIS TI seruus,
& frater Iacobi.

Satis fuit Apostolo huic ad famæ cōciliationem, postea quam seruum se Christi appellauit, Iacobi etiam nomine honestari. Iacobi enim celebris ob uitatem apud omnes fama erat effectura, ut doctrina huius apud auditores maiorem haberet autoritatem, libentiusq; admitteretur: præsertim si is qui genere & sanguine cognatus esset, non alienus à cognati moribus & uita esse, sed sub uno Domino Christo degens, idem seruitutis iugum cum fratre trahere proposuisse conficeretur.

Vocatis ijs qui Deo patri dilecti sunt, & Iesu Christo reseruati, misericordia uobis & pax & charitas multiplicetur.

Cum Dominus dixerit, Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum: uerum esse id beatus hic uir nunc ostendit. Eos enim qui à patre dilecti sunt, Christo esse reseruatos inquit: unde etiam uocatos eos appellat: non enim ex se id habent quod uocati fuerint, sed ex patre, qui eos traxit. Misericordiam autem & pacem & charitatem ipsis optat multiplicari: misericordiam, quia per uiscera misericordiæ Dei uocati, & assumpti in ministros ab ipso sumus: pacem, quia hanc quoque nobis idem Deus pater donauit, Ephes. 2:2 cum per filium suum Iesum Christum, nos qui Ioan. 3:1

Ephes.5. ipsum offendamus, sibi reconciliavit. Charitatem, quia ob charitatē erga nos unigenitus filius eius ad mortem pro nobis est deditus. Has igitur abundantanter exhiberi ipsis optat, cum beato David cōsentiens, qui inquit: Extende misericordiam tuam ihs qui cognoscunt te. Alia tamen lectio in exemplaribus nonnullis reperitur: nam pro rois dñi nra p̄i v̄.xvii.ū. v̄.xviii. id est, ihs qui in Deo patri dilecti sunt, est rois dñi nra p̄i v̄.xviii. id est, ihs qui in Deo patre sunt sanctificati.

Dilecti, cum omne studium adhiberem ut uobis de communi salute scriberem, necessitatem scribendi ad uos habui: rogans, ut pro fine quę semel sanctis tradita est, decerteris. Subingresi enim nonnulli homines sunt iandum proscripti in hoc iudicium, impii, qui Dei nostri gratiam in libidinem transmutant, & solum dominantem Deum & Dominum nostrum Iesum Christum negant.

Argumentum epistole his significat, quod studio salutis ipsorum hęc scribat, ne ob simplicitatem à sc̄elestissimis hęreticis capiatur, quos quasi notat, ac manifestos omnibus ex flagitosissima, obscenissimaq; uita reddit. De his Petrus di-

2. Petr. 2. xit, sed hic latius ac diffusius agit. Proscriptos
2. Petr. 3. autem ipsis inquit, quoniam et Petrus et Paulus mentionem de ipsis fecerunt, cum in extremis
2. Tim. 4. temporibus huiusmodi seductores uenturos dice-

rent

rent. Quin ante hos ipse etiam Christus ait: Multi in nomine meo uenient, et multos decipient: ne post ipsis eatis. Cum enim Christianos se appellent, nomine hoc multos fallunt. Intelligit autem hic de sc̄elestissimis impurissimis hominibus, qui à Nicolao et Valentino et Simone sunt profecti: qui cum uentre et intemperantiae essent detiti, doctrinæ huius professionem simulabant, ut eius prætextu insinuare se in domos facile possent, atq; ita mulierculæ peccatis accumulatas in captiuitatem inducerent. Nocturna enim sacra commenti, cubilibus et impudiciis se dedebant. In libidinem autem transnutant, inquit, id est, adulterato signo temperantiam in libidinem transformant: ex quo fit ut Dominum nostrum Iesum Christum etiam negent. Quo pacto enim Christum non negant, qui uitæ impuritate et immunditia quasi clamore quodam præconio totius temperantiae magistrum a se abdicant atq; alienant? Nulla siquidem luci cum te nebris societas est. Rogat uero, ut qui semel Christum salvatorem admirerunt, eiq; crediderunt, pro fide decerterent: id est non remisse ac negligenter se gerant, sed uiribus omnibus contendant, ut fidei huic magis ac magis incumbant. Nam cum uerbum quod carnem assumpit, admirerimus, si alterum esse diceremus eum qui ante secula ex patre prodierit, alterū qui in extremis tem-

poribus ex matre in mundum uenerit, quomodo unum dominantem ac dominum non negaremus? Vnus enim Dominus est Iesus disp̄sationis unio-ne. Qui nanque ante secula Dei uerbum erat & Deus, carne in deitatis gloriam reducta, quam ex sancta uirgine à principio conceptionis assum-p̄vit, unus & idem omnium Dominus est.

Num. 14. Commonē facere autem uos uolo, cūm se-mel id cognoscatis, Dominū cūm ex Aegypto populum saluum fecisset, secundō eos qui non crediderūt, perdidisse: & angelos qui principa-tum suum non seruarūt, sed proprium domici-lium deseruerunt, in iudicium magni diei, uin-

Gen. 19. culis æternis sub caligine reseruasse. Sicut So-doma & Gomorrah, & circum ipsas ciuitates, simili modo ut isti fornicatae, & post carnem al-teram profectæ, in exemplum propositæ sunt, ignis æterni pœnā subeuntes. Similiter sanè et isti insomniantes carnem inquinant, domina-tionem abrogāt, glorias maledictis insectatur.

Posteaquām flagitiosam immundoru Nicolai-tarum & Valentinianoru & Marcionistarū uit-am significauit, eosq; ex impuritate quasi iniusta quadā nota manifestauit, hæc etiam infert: Domi-nus, inquit, ex Aegypti terra cūm seruasset popu-lum &c. tum ut declaret, eundē esse Deum & ue-teris & noui testamenti institutorū, et non, sicut isti scelesti aiunt, alterum esse Deum ueteris testa-menti ultorem & crudelem, alterū noui mansue-tum

tum et benignum afferentes: tum ut neq; hos man-suros esse inultos ostendat. Nam & qui ex Aegy-ptio fuerunt seruati, licet Deus ipsos per maximā potentiam, & iusfrandum quod patribus ipso-rum datum fuerat, ex Aegyptiaca uiolentia eri-puisset, non tamen ubi peccauerūt, propterea in-ulti permanere, sed meritas pœnas dederūt, neq; ipsis uel Dei benignitas erga patres suos, uel pro-digiorum mirabilis ostentatio quicquā profuit. Quia neq; angelis id profuit quod ex Deo exor-ti, et intellectuali natura fuerint dignati: neq; So-domitis, quod cūm Lot cōuersati sunt: sed qui per fidem mare rubrum siccis pedibus pertransierāt, posteā per dissidentiā perierunt. Eos uero qui an-gelicæ dignitatis præstantiam fuerant consecuti, ubi ex negligentia in suo principatu non perman-eſere, sed datam sibi Dei benignitate cœlestem uitam reprobarunt, Deus in iudicium, id est, in condemnationem magni diei supplicij intole-rabilis reseruauit, in ignem, sicut Christus etiam **Matth. 25.** inquit, paratum & reseruatum diabolo & an-gelis eius. Sodomitæ autem in exemplum & ar-gumentum æterni ignis ipsos excepturi propo-siti sunt, cūm post carnem alteram abierint, & fornicati sint, id est, desciuerint & declinarint: id enim fornicari hic significat. Carnem autem alteram uocat masculum sexum, quippe quæ di-versa sit, et à coitu generationis aliena. Caro si-quidem

Gen. 2. quidem ad coitum accomodata, fœminæ caro est, iuxta id quod à progenitore nostro dictum fuit, Os ex ossibus meis, et caro ex carne mea. At marium caro altera est, id est, diuersa à coitu. Quæ netiam fœminæ ea est propria et accommodata, quæ uni legitimè iungitur: nam quæ profusa est ac prostituta, altera etiam ipsa est et aliena, parumq; à mascula in flagitio distare censenda est. Vbi exempla hæc dixit, orationis cōsecutio nem prætermissam auditori intelligendam reliquit, in hunc modum: Si igitur erga illos ita se gesbit Deus, nihil priore ipsorum forte exoratus: nunquid hos ita flagitiosa agètes liberabit, quod filius Dei propter homines in mundum uenerit, et pro his contumelias et afflictiones sustinuerit? nemo hoc dicet. Nam licet benignus sit dominus et misericors, iustus tamen reuera etiam est; ita ut per ueram iustitiam ijs qui peccarunt, non pepercerit: per misericordiam meretrices et publicanos in regnum introduxerit, id quod à beato Petro ante dictum fuit, ubi scriptis: Si enim Deus angelis qui peccauerūt, non pepercit et c. Cū uero inquit, insomniantes carnem inquinant, nimiam rei obsecnitatem orationis honestate mirabiliter obtexit: ut significet, et uita eos esse impuros, et lingua et ore obsecnos: perinde ac si nimia actionis ipsorum turpitudo somniorum illusioni per quam similis sit. Scelestoriū horum

a. Pet. 2.

horum Borboritarum, id est, cœnosorum hominum obsecnitatis, quam cum mulieribus concubentes execrabiliter patrabant, à beato Epiphilio Cyprio detegitur, in libro quem contra ipsos conscriptum Panarium inscripsit, cuius inefficacem uim insomniactionem hic uocat, propterea quod eiusmodi, id est, irrita et uana ea sunt, quæ in somnis illudunt. Cum igitur suam ipsorum carnem cœnoſa hac obsecnitate inquinent, contra diuinam naturam insuper etiam insaniant, dominationem eius et uniuersi imperium abrogantes. Latius de his agit beatus Ireneus Lugdunensis, in redargutione falsi nominis eognitionis, à quo qui diffusus horum insanias audire cupit, cognoscere poterit. Vel dominationem, id est, Christi mysterij ceremonias abrogare, dum loco angelicorum mysteriorum sua flagitia perpetrant.

Glorias autem uetus et nouum testamentum appellat, ut Paulus etiam inquit, cum ait: Si enim quod exinanitur in gloria est, multò magis id est quod in gloria permanet. Et rursus: Si enim ministratio damnationis gloria est, ministratio iustitiae gloria multò magis erit. Vel etiam glorias uocat ecclesiasticas dignitates, quas maledictis incessabat, sicut ex tertia etiam loanis dilecti apostoli epistola uidere licet, ubi Diotrephem prauis sermonibus, id est, conuicijs contra ipsos nugari inquit.

1. Cor. 3.
2. Colof. 3.

Zach.3. At Michaël archangelus cum diabolo discep-
Eccl.21. ptiens, de corpore Mosis cum alteraretur, iudi-
cium illi in ferre maledicti ausus, non est: sed di-
xit, Increpet te Dominus.

Vbi maledicentiae illorum mentionē fecit, ut
non eos solos castiget, sed omnes etiam homines
moneat ut ab huiuscemodi malo linguam coēr-
ceant, cūm conuicijs ne aduersus dignos quidem
uti liceat, Michaëlis archangeli exemplum sub-
iungit: quasi ita dicat, Isti quidem temere ita ac
petulanter contra omnes maledicta congerunt,
cūm tamen neque eos qui maledictis sunt digni,
insectari conuicijs iustum sit, id quod ex archan-
gelo Michaële manifestum est, qui cūm aduer-
sus diabolum disceptaret de corpore Mosis, ac
posset eum ob impudentiā maledictis iure incer-
fere, id minime sibi faciendum censuit, sed tantū-
modo dixit, Increpet te Deus diabole. Quod si
ita erga diabolū se gesit archangelus, ut neq; ho-
mine conuicijs affici passus fuerit, quomodo isti
uel Deum omnium autorem, uel hominem fra-
trem & sibi cognatum prosequi maledictis ac
conuicijs audent? Ac de his hac tenus. Iudicium
autem de corpore Mosis huiusmodi fuit. Mi-
chael archangelus, Mosis sepulturæ præfuisse
dicitur: cumq; diabolus id non pateretur, sed cri-
Exod.2. men inferret, quod Aegyptium interfecisset, quasi
ob id ad se pertinere Moses, ac propterea hono-
rate

rata sepultura eum affici nō permitteret, ita re-
spondisse. Hoc autem producit Apostolus, ut
tiam rationū redditionē, quæ unicuiq; post exi-
tum ē corpore debetur, significet, eundemq; esse
et ueteris et noui testamēti Deū ostēdat. Nā cum
hominibus, qui tunc erant rudiores adhuc, obscu-
ram rem Deus per apertā uellet manifestare, dia-
bolum uidelicet cum prauis suis demonibus ani-
mabus nostris post discessum ex hac uita aduer-
sari, quō redditum ad superiora nobis præpediat:
bonos uero Dei angelos opem nobis ferre, sicut
beatus Antonius inspexit: ut ea tunc agerentur,
permisit. Verum tamen Michaël tunc diabolum
quidem expulit, non tamen insolenter ac super-
be: sed domino omnium Deo iudicium permisit,
ac dixit, Increpet te Deus ô diabole.

Isti autem quæ non nouerunt, maledictis **2.Pet.2.**
prosequuntur, quæ uero naturaliter ut irratio-
nalia animalia sciunt, in hjs corrumpuntur.

Ac Michaël quidem ita neq; contra hominē,
id est, Mosem, maledictum tolerauit: at isti de do-
gmatibus quæ non nouerūt, maledicos sermones
conferunt: quod uero naturali incitatione indi-
stincte ut bruta animalia sciunt, ea quasi equi in
uenerem furentes, aut porci consestantur.

Væ ipsis, quoniam uiam Cain ingressi sunt, **Gen.4.**
& errore Balaam mercede sunt effusi, & con-
tradictione Core perierunt. **Num.16.**

Viam Cain, id est, per fraternalm cædem: nam etiam ipsi cùm talia doceat, fratres, id est, cognitos sibi homines, prauis doctrinis interficiunt: uel cùm semen deuorent, fratrem occidunt, qui potestate in semine continetur, quemq; feminis absoluta maturitas in uitam deprompsisset. Barlaam autem sequuntur, quia ipsi quoquè non securus atq; ille lucri causa ea agunt. Cum Core uero pereunt, propterea quod sicuti ille docendi autoritatem, indigni cùm sint, sibi præripuerunt.

2. Petr. 2.

Isti sunt in charitatibus uestris scopuli, coepulates intrepide, seipso pascentes, nubes aqua carentis à uentis circumductæ, arbores autumnales, infructuosæ, bis emortua & eradicaæ, unde lœuæ maris sua ipsorum dedecora despumentes, stellæ erraticæ, quibus caligo tenebrarum in æternum reseruata est.

1. Cor. 11.

Adhuc eo tempore in ecclesijs mensæ siebant, ut Paulus quoq; in epistola ad Corinthios inquit, quas charitates appellabat: in his, inquit, conueniunt isti non ob utilitatem que in ipsis existit, sed ut occasionem captent, animas instabiles illiciendi ac fallendi, quemadmodū etiam Petrus in secunda epistola citat. Quod uero inquit, intrepide, uel ad scopulos referendum, ut sententia ita euadat: scopuli coepulates intrepide, hoc est, cùm conuiue nihil timeant, ipsi repente quasi scopuli perniciem animabus ipsorum inferunt. Vel ad pascentes

pascentes etiam referri potest, hoc modo: intrepidè se ad pascendum constituues, cùm nullam timeant damnationē, ex eo quod pascere nesciunt: sed cæci cæcos deducant, et in foueam, ut Domini Mat. 15. natus inquit, cum ijs qui pascuntur, delabantur. Luc. 6. Scopulis autem, et aqua carentibus nubibus, et arboribus autumnalibus, et undis feris, et stellis erraticis eos comparat, propterea quod que illis natura insunt, ea ipsis ex proposito et electione sibi compararunt. Nam scopuli nauigantibus infesti sunt ac pernicioſi, cum in opinatio occurront: sic isti coepulantes imperatam perniciem inferunt. Nubes uero aqua carentes à uentis agitate quibus locis infederint, ea loca imbre minime refrigerant: aquam enim non habent, sed caligine obducunt atq; offuscant. Simili modo isti animas conuersantium non salutari sermone irrigant ac recreant, sed detestabilibus documentis obtenebrant, prauis dæmonum studijs agitati. Autumnales quoq; arbores cùm bis moriuntur, dum et fructus amittunt, et folijs destituuntur tunc enim et fructuum amoenitate, et foliorum florida uenustate priuatae arida apparent: istis similes sunt, qui etiæ ipsi bis moriuntur, dum frustum suum uorando semen perdant, et decore qui ex temperantis uite traductione euenit, penitus destituantur: unde etiæ à paradiſo, id est, Domini ecclesia eradicantur, et foras proiecti ad Joan. 15.

ignem æternū colliguntur. Qualem enim statum habere, aut radicem potest, qui ob uoluptatis col luuiem ab omnibus proijcitur? At stellæ erraticæ dicuntur, non quòd fidei nostræ firmamento correspondentes, solem iustitiae Christum habent per ipsas progredientem, & quatuor uirtutum horas & tempora perficiemem, fidelesq; qui in his constituti sunt, uiuificantem: sed quia cum in angelis lucis transformari uideantur, sicut qui eis præsidet malus dæmon, aduersus Domini dogma ta tantummodo feruntur: atque ita accedentes ad ipsos obscurant, & sibi caliginem æternam comparant. Vndis feris item comparati similitudinem ipsorum minimè respuunt: quippe cum furiose etiam ipsi & impetuose maledictis contra Deum mentes à prauitatis spiritibus exagitentur, suāq; ipsorum dedecora despument, in spumam postea etabundum tumorem maledicentia, ex uite sue instabili ac dissolubili turpitudine desinentes: talis enim, cui cōparantur, spuma undarū natura existit. Posteaquam ita dixit, Enoch quoq; reservatam ipsis à Deo afflictionem, in extremo uidelicet iudicio, prædixisse ostendit, cum inquit:

Apoc. 1. Prophetauit autē & istis septimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce uenit Dominus in sanctis millibus suis ad faciendum iudicium contra omnes, & redarguendos omnes impios ex ipsis de omnibus operibus impietatis ipsorū, quæ im-

piè

piè egerunt, & de omnibus asperis quæ loqui sunt contra ipsum peccatores impij.

Impius à peccatore in eo differt, quod impius contra Deum peccat: peccator in ijs quæ ad uitam spectant, à iustitiae scopo recedit.

Isti sunt susurrones, reprehēsores, iuxta concupiscentias suas ambulantes, & os ipsorum loquitur superba, admirantes personas utilitatis causa. Vos autē dilecti, memores sitis uerborū, ^{1. Tim. 4.} quæ predicta uobis ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi sunt: quia dixerunt uobis in extremitate temporibus uerturos esse illusores, qui iuxta suas impietatum cōcupiscentias ambularent.

Omissis similitudinibus, iam ad uerbum istorum indicium manifestandum accedit, susurronesq; ipsos & reprehensores uocat. Est autem susurro, ille qui tacite ac misitando, non aperete, quod sibi displicet, reprehendit ac carpit. Reprehensor uero, id est, ^{2. Tim. 3.} ^{2. Pet. 3.} quasi portionem & sortem aliorum reprehendat, ille est, qui omnia ac semper studet uituperare. Sunt igitur flagitosi isti, inquit, susurrones: non enim fidenter doctrina sua ac libere uti ob turpitudem possunt: quippe cum periculo non uacet, si obscenitatem suam cum impietate & maledictis commixtam vulgauerint. Reprehensores item sunt, utpote qui aliorum omnia, & ueritatem calumnientur, ut sua scelera uidelicet & flagitia cōmendent. Quod autem prius dixerat, quod

532 IN EPIST. CATH.

mercede isti sicut Balaam effusi fuerant, id nunc apertius explicat cum ait, personas admirantes utilitatis causa, id est, eos qui in dignitate constituti sunt, adulatio[n]e prosequentes, ut utilitatem inde et lucrum consequantur. Cum uero inquit, memores sitis uerborum quae praedicta uobis ab Apostolis sunt, de ijs intelligit quae et in secunda epistola a Petro, et a Paulo in omnibus ferendisuntur. Vnde patet Iudam post reliquos Apostolos haec scripsisse.

Isti sunt qui disterminant animales, spiritum non habentes. Vos uero dilecti, sanctissimae uerstrae fideli superadficantes uosipso[n]s, in spiritu sancto orantes, uosipso[n]s in charitate Dei conseruare, expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in uitam aeternam. Et alios qui dem redarguite, dum dijudicamini: alios comiseramini & saluos facite, rapientes ex igne, in timore, odio prosequentes etiam ex carne maculatam tunicam. Ei autem qui seruare ipsos potest, offensione omni carentes, & statuere in conspectu glori sue immaculatos in exultatione, soli sapienti Deo salvatori nostro gloria & magnificientia, imperium & potestas nunc & in omnia secula, Amen.

Alterum scelerorum horum hominum crimen subiungit: non enim soli ipsi, inquit, percurent, sed eos etiam qui sunt ecclesiæ alumni, deprædati: id enim significat cum inquit, qui disterminant

nant, id est, qui extra ecclesiæ terminos, hoc est, extra fidem et sacram ecclesiæ tabernaculum homines abducunt, et separant. Cum enim sua diuersoria et collegia speluncas latronum fecerint, ab ecclesia rapiunt, atque ad se abigunt. Faciunt autem hoc cum sint animales homines, id est, qui iuxta mundi conuolutionem uitam traducunt: nam animam sepe uitam solere appellare diuinam scripturam, superius iam diximus, ut illud in Job: Omnia quecumque habet homo, pro anima sua, id est, pro uita sua dabit. Hos autem animales homines Paulus admittere ea quae sunt spiritus Dei, non posse inquit. Cum igitur isti animales sint, animali etiam utuntur doctrina, de qua dictum illud est: Sapientia haec desuper a patre luminum non descendit, sed terrena est et daemonica, spiritum diuinum in se non habens qui loquatur. Atque illi quidem ita se habent, inquit: uos uero dilecti sanctissimæ uestræ fidei superextruentes, id est, uosipso[n]s in spiritu sancto instaurantes, et iuxta spiritus sancti doctrinam uestras congregantes in orationibus facientes, uosipso[n]s in charitate Dei conseruare, misericordiam Domini expectantes, que in extremum diem aeternæ uitæ uobis dispensatur: et illos si à uobis disident (id enim significat quod inquit, dum dijudicamini) redarguite, et impietatem ipsorum omnibus manifestare. At si ad curationem spectare uideantur,

LL 3

Hier. 7.
Mat. 21.
Mar. 11.
Luc. 19
Job 2.
1. Cor. 2.
Iac. 3.

534 IN EPIST. CATH. IVDAE.

ne eos repellite, sed charitatis uestre misericordia assumite, & ex igne ipsis promisso salvos facite. Assumite autem ipsis etiam cum timore, proficientes uidelicet ex cauentes, ne forte ipsorum admisso, si negligenter uos geratis, calamitatis uobis in causa sit, ita ut qui iam estis stabiliti, in Pet. 4. eandem impietatis ipsorum refusione sensim delabamini: quippe cum uitium lubricum sit, atq; ad imitationem cuilibet facile obrepatur. Admittatis igitur ipsis, inquit, sed cum timore, id est, proficiencia & diligenci cautione: & ad misericordiam qua ipsis prosequimini, odium quoq; accedit, ut flagitiosa ipsorum facta odio habeatis, & detestemini etiam maculatam, id est, inquinatam ex carne ipsorum tunicam, utpote qua ex contactu carnis ipsorum, sordem & detestationem etiam ipsa contraxerit. Vel assumentes ipsis cum timore futurae poenae, efficite ut penitentiam agentes digni misericordia conspiciantur. Vbi hæc dixit, uoto atque imprecatione epistolam concludit, atq; obsignat.

CATHOLICAE EPISTO-
LE D. Iude finis.

INDEX

INDEX RERVM NO-
TATIV DIGNARVM QVAE
in Actis Apostolorum & Epistolis ca-
tholicis continentur.

A

- | | | |
|---|-------------------------|-------------------------|
|  | Bel. 472 | Actorum liber resurre |
| | Abrahæ | cōtionis demonstra- |
| | habitan | tio est. xxv |
| | ti in Me | |
| | sopotamia apparuit | |
| | Deus. 88. 89. 90 | |
| | Abraham quo modo iu | Actorū Apostolorū li- |
| | stificationis ex fide, | ber non minusutilis |
| | & iustificationis ex | q̄ euangeliorū. xxij |
| | operibus exemplum | |
| | fit. 296 | Acta Apostolorum ge |
| | Abrahæ obedientia ad | sta Pauli continent |
| | Deū & fiducia quā | xxxij |
| | ta. 94. 95 | |
| | Abrahæ exemplo Pau | Acta Apostolorum re- |
| | lus fidem absq; ope | surrexisse Christum |
| | ribus, & Iacobus fi | præcipue ostendūt, |
| | dem non sine operi | sicut euangelia ue- |
| | bus iusticare aſſe- | nisse in mundum. |
| | runt. 295. 296 | xxij |
| | Actorum liber spiritus | Adolescentes in audien- |
| | sanceti gesta, sicut e- | do uerbo. 453 |
| | uangelia Christi ges- | Adulationis admisſio |
| | ta appellari posset. | quām grauis. 157 |
| | xxxij | Adulter qui falsa man- |
| | | ta exequtur. 308. 309 |

I N D E X.

- A**dulteri appellantur q
peruertunt scriptu-
ras & falsa docent,
ut cōmoda carnalia
consequantur. 308.
309,310,311
- A**duocatus apud patrē
Christus quo modo
dicatur. 447,448
- A**duentus Christi secun-
dus iustis gloriā ex
lætitia allaturus est.
338
- A**duentus Domini pro-
rogatur ob salutem
nostram. 434
- A**duentus Domini Hie-
rosolymorū captivi-
tatem significat. 321
- A**duentus Domini sicut
fur. 433
- A**egrotantes oleo
ungendi. 325
- A**egyptiusuir præstigia-
tor. 326
- A**emulatio duplex, bo-
na & mala. 305,306
- A**emulatio qd. 305,306
- A**eneas resolutus san-
tur à Petro. 133
- A**er siccus supra modū
obscuram solis lucē
redit. 407
- A**er ex aquæ exhala-
tione fit. 407
- A**ffectus cūm à co-
hibente liberū eua-
dunt, in peius ferun-
tur. 401
- A**fflictiones cur non
omnes peccatores
patientur. 333,334
- A**fflictiones patientes
non omnes ob pec-
cata. 373
- A**fflictionib. cur non
omnes iusti afficiantur.
333-334
- A**gabus propheta
prænūciat famē. 150
- A**gabus Paulū uincien-
dum prophetat. 222
- A**ranus, 352
- A**rawūμ̄os, 352
- A**ger ad sepulturā em-
ptus mercede pro-
ditionis

I N D E X.

- A**ditionis. 14
- A**zopāos. 213
- A**grippa rex. 245,246
- A**grippa qui Herodes
dicitur ab Angelo
percussus. 156,157
- A**grippa rex Iudeæ.
151
- A**loue lapsum. 212
- A**λαρήν. 317
- A**llegoricus sensus
vj
- A**mandus proximus non uerbis sed
re. 473
- A**μαρτία. 466
- A**mbulare in ueritate.
514
- A**mbulare iuxta māda-
ta est seruare māda-
ta. 505,506
- A**micitia mundi est ini-
citia erga Deū. 311
- A**mor fraternus quid.
366
- A**anagogicus sen-
sus. vj
- A**naniaς qui Paulū ba-
- p**tizauit, diaconus
erat. 127
- A**naniaς & Sapphira
cur ita seuerē puni-
ti sint à Petro. 66
- A**naniaς qui de agro de
fraudauit, pœna sa-
crilegij punitur. 64
- A**vāθην. 240
- A**ncile. 212
- A**ndreas Apostolus ubi
prædicarit, & ubi
& quo pacto mor-
tuus. xxix
- A**ndreas nominis signifi-
catio. 512
- A**nima inuidia caret
cum se damnat. 33
- A**nima ex operationib.
uidetur. 484
- A**nime trāquillitas sp̄i
ritualis sanctitas &
catur. 324
- A**nime iustum in ma-
nus Dei deducūtur.
111
- A**nima pro uita. 274.
314

I N D E X.

- Anima* uitam significat
59
Animales homines. 533
Angelo animabus post
discessum è corpore
opem ferre. 527
Angelus, dominus dici
tur. 102
Angelum pacis dari no
bis precanur. 398
*Angelus Christus ap
pellatur.* 100
*Angeli quoquè Christi
mysterium cognoscere cupierūt.* 337
Angelus magni cōsiliij.
100.102
*Angeli duo in specie ho
minū Christū in cœ
lum ascēdisse annū
ciant, et cur.* 10
*Angeli ex lētitia my
sterij salutis cecine
runt, gloria in altis
simis Deo.* 337
*Angelus unicuiq; pre
fes.* 156
*Angelus appetit Cor
Apsto*
- nelio quādo erat in
quiete et compun
ctione. 136
*Angeli non ferunt con
tra diabolum male
dicientiam.* 418
*Angularis lapis Chri
stus.* 349
Avoūia. 466
*Antichristi ex discipu
lis Domini cur exi
stant.* 459
*Antichristus est qui ne
gat Iesum esse Chri
stum.* 460
*Antichristus in mundo
est per praeios suos*
479.480
*Antichristus supra om
nē qui dicitur deus,
extolleter.* 480
Antiochia sedes regia.
149
Autophagia. 256
*Apollos qui et Apel
les Corinthiorū epi
scopus.* 205
Apostolus missus. 328

I N D E X.

- Apostolorum undecim
spiritus sancti au
nomina.* 12
*Apostoli quo pacto di
uersis linguis loque
rentur.* 21
*Apostolorum perfectio
in Actis Apostolo
rū perficitur.* 21
*Apostoli libri erant, ac
leges animatæ.* xxij.
xxij
*Apostoli nullā prorsus
pecuniā habebāt.* 37
*Apostoli incōnexa lo
cutione interdū uti
confueuerunt.* 45
*Apostoli baptizati fue
runt primum aqua,
deinde spiritu.* 6
*Apostoli deridentur
quasi ebrij.* 21
*Apostolis tantū cur ap
paruit Christus post
resurrectionē et nō
omnibus.* 3
*Apostoli in Hierosoly
mis permanfere.* 112
*Apostoli duodecim dā
toritatē habebāt* 115
*Apostoli non à male dī
cis liberari petūt.* 59
*Apostoli dignitate epi
scopali prædicti erāt*
175
*Apostoli è carcere ab
angelo educūtur.* 152
*Apostoli, id est, mīsi q
literas ferunt.* 264
*Apostoli quorū iūsi ne
post ascensionem ab
Hierosolymis rece
derent.* 4
Apparitio quid. 250
Appij forum. 262
*Appropinquādū Deo,
ut appropinqnet* 314
*Aqua est quæ terrā
conglutinat.* 430
Aquila iudeus. 201
*Arati hemistichiū ci
tatur à Paulo.* 198
*Arbores ad materiam,
et alimentū homini
bus exhibendū.* 430
Arbores autūnales. 529

I N D E X.

- A**rca Noë ecclesiam significat. 376
Aræ Athenis inscriptio Ignoto Deo, cur. 196
Areopagus. 195. 196
Argumentatio ex cōdītione & suppositiōne. 412. 413
Arrogantia quid. 317
Ascensionis principiū uisum est, quod ad fidem confirmandam faciebat, finis non ita. 9
Ascensio Domini die sabbati. 11
Ascendit Christus per nubem. 9
Angos. 98. 99
Auaritia ex concupiscentia. 455. 456
Auditio absq; affectio ne obliuionem inducit. 286
Auditor uerbi & non executor, cōteplantis in speculo simili. 283
Augustus prorex. 247
Aures audiendi qui h̄ beat. 481
Aures sibi obturantes nō audiunt uerbum Dei. 266

B

Babylon. 106
Babylon Roma appellatur ob excellētiā imperij. 343
Balaam benedictio non fuit uaticinij furentis, sed prophetiae. 421. 422
Balaam à iumento muto redargutus. 420.
 421
Balaam. 408. 527. 528
Baptizari post baptisma Ioannis oportebat. 205
Baptismatis mysterium 145
Baptisma credentium fundementum. 32
Baptismus aquæ quam necessarius. 145. 146
 Baptisma

I N D E X.

- B**aptisma quo pacto sit bone cōscientiae interrogatio. 376
Baptismatis conseptuū rācū Christo. 496.
 497
Baptizati spiritu & igne Apostoli. 30. 31
Baptizati in Christo, id est, iuxta mandatum eius. 496
Baptismus spiritus quā aquæ principalior. 6
Baptismus aquæ quam magnificiendus. 122
Baptizati una cū Apostolis centum & uiginti. 205
Baptizati spiritu & igne in aduentu spiritus fuerunt Apostoli 19
Barnabas à Paulo in epistolis cōmendatur 184
Barnabas spiritu sancto plenus. 149
Barnabas Paulū & Tar-
- so duxit Antiochiam. 149
Barnabas mansuetus filius cōsolationis. 132
Barnabas filius consolationis uēdito agro pecuniam in mediū protulit. 62
Barnabas Iuppiter, & Paulus Mercurius existimatur. 158
Barnabas erat benignior. 183. 184
Barnabæ & Paulo sacrificare uolunt Lycaonij. 170. 171
Bartolemæus Apostolus ubi prædicarit, & ubi sepultus. xxx
Bartolemæi nominis significatio. 12
Beatos prædicamus qui sustinent. 322
Beneficia Dei in nos consideranda. 155
Benignitas quid. 367
Bestie qui credunt ex gentibus. 138. 139

I N D E X.

- B**estiae irrationalē spe-
ciem hominū signi-
ficant. 140
Bonus Deus et bo-
nos homo quomodo
dicatur. 149
Borboritarū hæretico-
rū obsec̄enitās. 524.
525
Breuiati uerbi disci-
pulus. 284.300
Breuiati uerbi copiosa
sententia. 93
Brutis animalibus com-
parat homines scri-
ptura, quando uitu-
perat, et quādo re-
mouere ab affectib.
uult. 419.420
Cain ex odio frā-
trem interfe-
cit. 472
Cain. 527.528
Calamitates et tribu-
latiōes nō esse mala,
cū beatificetur. 368
Calceamenta soluere iu-
man-
- betur Moses. 103
Calceamentū, mortis et
corruptionis signū.
102
Candace regina Aethio-
pie. xxxij
Canis reuersus ad uo-
mitum. 423.424
Caprea discipula. 134
Carceris custos Stepha-
nas baptizatur. 190
Caro altera, que. 524
Catholicæ epistole cur-
dicanter. 269
Carthāga. 240
Caueillatio. 96
Cæsarea Stratonistur-
ris. 157
Cæsares, reges Ro. 245
Cerdoniani hereti-
ci. 417
Cerinth⁹ hæretic⁹. 458
Charitas perturba-
ta et fōrdida. 484
Charitas omnib. uirtu-
tibus maior, etiam
martyrio. 396
Charitas erga Deū, est

I N D E X.

- mandatorum eius
executio. 492
Charitas erga proxi-
mū, charitatis erga
Deū indicū est 450
Charitatis præceptum
quo modo nouū sit.
451.452
Charitas operit multi-
tudinem peccatorū.
384
Charitas Dei in eo non
est, qui nō succurrit
proximo. 473
Charitatis præceptū,
præceptū uetus es-
se, et Iudeis et gen-
tibus. 450
Charitas perfecta ex o-
peribus demonstra-
tur. 449
Charitas, bonorum om-
nium perfectio. 401
Charitas Dei erga nos.
519
Charitates mensæ di-
cuntur. 528
Crispus princeps syna-
- gogæ Domino cre-
didit. 201
Christianis recedendū
et maledicentib. Do-
minum. 208
Christus post resurre-
ctionē per dies XL
apparuit apostolis. 3
In Christi doctrina ma-
net, qui iuxta ipsam
et contemplatiue et
actiue uitam tradu-
cit. 509.510
Christi mysterium non
nouum esse, sed anti-
quum. 341
Christus apud inferos
quibus salutem attu-
lit. 374
Christus patiēdo dupli-
cē gratiā nobis exhibi-
bit. 373
Cum Christo cōglorifi-
cantur, qui cū ipso
nunc patiuntur. 360
Christum post resurre-
ctionem Apostolos
docuisse. 387

I N D E X.

- Christus quo modo pa-*
ter etiam ipse noster
dicatur. 340
- Christus propitiatio est*
pro peccatis totius
mundi. 446
- Christi uita à terra sub-*
lata, quo pacto. 121
- Christus post resurrec-*
tionem cur assidue
usq; ad ascensionem
cum discipulis uersa-
tus non fit. 3
- Christi nomine genti-*
les appellando fore
prænuntiatū fuit. 178
- Christi corpus impati-*
bile post resurrectio-
nem, ante patibile
fuisse. 142
- Christus quo modo in*
folio David cōsedit.
29
- Christus, id est, unctus*
abfq; oleo. 6
- Christus quo modo per*
aquam ex sanguinē
uenerit. 494
- Christus sicut Moses.*
102.103
- Christus quo modo ad*
inferos prædicauit.
380
- Christus si Deus nō fu-*
isset, multò gravius
quam Herodes per-
cussus à Deo fuisset.
157
- Christiani Antiochiae*
discipuli primū ap-
pellati sunt. 149
- Christus post baptisma*
in certamen cū dia-
bolo descendit, ut fi-
dem post baptisma
opera requirere cō
firmaret. 298
- Christi adoptionē in fi-*
liū tria testificantur
495.496
- Christi declaratio quod*
effet filius dei tribus
temporib; facta. 495
- Christus primus resur-*
rexit. 251
- Circūcisionis signū.* 95
- Circūcisio carnalis cō*
muniter utilis non
erat. 175
- Claudus qui ad portam*
Speciosam assidebat
36
- Clerus congregatio sa-*
cra. 391
- Cœli antiquitus ex*
aqua. 427
- Cognoscere duo signifi-*
cat in scriptura. 448
- Cognoscitur à Deo qui*
Deū cognoscit. 449
- Cognoscere Deum quo*
modo non dicantur
qui peccant. 467
- Comunicatio cum he-*
reticis quam mala,
Ex quo malorū cau-
- sa.* 478
- Comunia omnia inter*
fideles apud Aposto-
los erant. 60.61
- Concessio Pauli.* 224
- Concilium Apostolorū*
Hierosolymis pri-
- mā factū de ijs que*

I N D E X.

- seruari deberent ex*
lege à gentibus. 179
- Concupiscentiā omniū*
malorū causam esse
455
- Confessio gratiarū a-*
cōcio interdum dici-
tur. 383
- Confessio in Christo quo*
modo opere facien-
da sit. 479
- Confessio quænā apud*
inferos non fit. 383
- Confessio quam utilis-*
444
- Confitemini uobis mu-*
tuō. 325
- Confitendum esse pec-*
cata. 212
- Coniugalis usus perfe-*
ctiorem in modum à
Petro quam à Pau-
lo consulitur. 365
- Coniuratio quorūdam*
ad Paulum interfici-
endum. 238
- Compatiētia quid.* 366
- Conscientiam qui nō la-*

I N D E X.

- tet, minus latere deū
potest. 475
- C**onsciētia quo modo
fūadere posimur.
474
- C**onsciētia cōdemnāt
te peccare nos non
ignoramus. 475
- C**onsciētia. 370
- C**onfēnsio et ad multo
rum infirmitatē ac-
commodatio et de-
scēnsio. 224
- C**orrectio. 414
- C**ontinentia quām ne-
cessaria. 401
- C**onuicijs ne aduersus
dignos quidem uten-
dum esse. 526
- C**onuiciatus et mina-
tus est Christus per
increpationē et ex-
probationē, nō per
concepcionē et uin-
ditam. 359.360
- C**onuiciūm quid. 367
- C**or est cōscientia. 475
476
- C**or conscientiam signi-
ficat. 287
- C**or intellectum signifi-
cat. 60
- C**or et anima quo mo-
do unū efficiatur. 60
- C**ore. 527.528
- C**ornelius centurio ex
operibus ad fidē uo-
catur. 135
- C**ornelius baptizatur
et q.cā ipso erāt. 145
- C**ornelio cum pietati
se dedidisset angelus
apparuit. 142
- C**orona anni tēpus ni-
tae. 302
- C**orpora etiam immor-
talia efficienr, ut
una cum anima cor-
porum retributio-
nem accipiant. 428
- C**raftina dies q.d p̄z
ritura sit, ignora-
mus. 315.316
- C**reatura, cōstitutio e-
tiā à scriptura inter-
dum solet appellari
254
- C**rea-

I N D E X.

- C**reatura humana ma-
gistratus. 354
- C**redere In nomen filij
Dei qd sit. 498.499
- C**rescens ubi prēda-
rit, et ubi mortuus.
xxxij
- C**ultrices mulieres.
168
- C**upiditates aduersus
spiritū militant. 352
- C**ustodiæ noctis qua-
tuor. 432
- C**ustodiūtur à Deo qui
credunt. 332
- C**yrus templum in-
staurauit. 39
- Kyri. 57
- D
- D**Amaris 200
- D**aniel uir cupi-
ditatum. 335
- D**auid inuentus à Deo
ex corde. 162
- D**ēmonū damnatio in
abyssum. 413
- D**ēmoni etiam uera di-
centi acquiescendū
non est. 189
- D**ecretū Apostolorū à
quibus abstinere de-
beant. 179.180.181
- D**eficiens in nullo man-
dato est nemo. 292
- D**ēsideriū. 196
- D**emetrius argantarius.
210
- D**emonstratio que fit
per opera omniuer-
borū curiositatecer-
tior est. 364
- D**ēmonū. 37
- D**etrahens fratri legē
damnat. 314.315
- D**eus est qui omnia ad
finem perducit. 58
- D**eus unus et idem no-
ui ueterisq; test. 242
- D**eus omnia habet co-
gnita ac definita. 16
- D**eo comparat et supe-
riorib. homines scri-
ptura cū salutare a-
liquid consultit. 420
- D**eus uicisitudinis et
mutatiōis omnis ex-
pers. 289
- MM 2

I N D E X.

- D**eus clemens et misericors. 274
Deum in nobis esse ex charitate mutua ergano cognoscimus 483. 484
Deum nemo uidit. 484
Deum pure et sancte in nobis habere debemus. 487
Deus ubiq; non procul ab unoquoq; nostru 199
Deus Abrahæ et Isaac quo modo dicatur. 511
De semen est Christus. 470
Deus ex operationibus uidetur. 484
Deum se esse dicere, uel alijs dicētibus affentre, quam pernicium crimen sit. 156. 157
Dei sedes in anima. 198
Deus misertus nobis est per filium. 395
Deus vocauit nos per filium. 194. 195
Deus est bonitas. 482
Deum sicuti est quo modisimus uisuri. 465
Deus charitas est. 452. 484. 483. 485. 486
Deus in templo Hierosolymitano non habitabat, sed operabatur. 198
Deuotio duplex, Deo et diabolo. 240
Diabolus animabus post discessu ex hac uita aduersari. 527
Diaboli infidiae quam assidue. 393
Diaboli filius qui peccat. 469
Diabolus quomodo preueniat precantes, si non potest quicquam facere, nisi peccando locu ei demus. 468
Diabolus pater est mandatorum studiorum. 456
Diabo-

I N D E X.

- D**iabolus ante Christi aduentu penam suam non certo nouerat. 393. 394
Diabolus cur ita assidue hominibus insidiatur. 393
Diabolus gloria etiam cuiusdam particeps 419
Diaconiu publicu proptuarium unde dicatum. 81
Diaconia discipulis electi eleemosynarum ministri. 81
Diaconi et dispensatores quales esse debeant, quam patientes et prudentes. 82
Diaconorū septem nomina. xxvij
Dianæ Ephesiorum ob templum seditio et tumultus. 210
Dij existimabantur apud barbaros et ueteres qui aliquid uel præclaru uel præstigiasti egissent. 261
Dies boni. 64
Dies mali huius seculi. 368
Dies aliqui præfiniti ieunio et oratione Cornelio erant. 142
Dies dicitur euentus rerum, sicut nox praeditio ipsarum antequam eueniant. 407
Dignu patre se prestat re debet qui adoptari cupit. 339
Diligere uere. 514
Diligibilis. 352
Diluvium figura baptisimi. 376
Dionysius Areopagita ad fidem accedit. 200
Dicitur. 212. 213
Dicitur. 274
Discissio uestimentorum ob maledictum. 170. 171

I N D E X.

- D**iffensio inter Paulum et Barnabā ob Marcū qualis fuerit. 181.182
Dives sicut flos foeni. 275
Diuinarū rerū contem ptiis in iram etiā mi tem incendit. 65
Diuinū omne opus exceptis personalib. cō mune trinitati est. 47
Diuitiae auaris sicut ignis thesaurizatæ. 320
Docēs ea quæ nō facit, maiore sibi cōdēna tionē acquirit. 299
Doctrinæ genera duo, humanū et diuinū. ij
Doctrinæ genus diuinum. ij
Doctrinæ humanū genus quodnam. ij
Doctrina Christi ex ijs quæ agebat. 2
Doctrina sermo præmitatus esse debet. 370
Doctrinæ nouæ ex demoniaca sapientia. 306
- D**octorib. ecclesiæ plesq; magis acquiescēdū, quam uni. xy
Dogmata etiā quædam quæ alibi non facile reperiūtur, in Actis Apostolorum conti nentur. xxij
Dolus procul à verita te. 347
Dominus rex appellatur. 247
Domini uerbū in eternum manet. 239
Dominus tardat erōis niū pœnitentiā ex pectat. 432
Dominus. 37
Dominus superbis aduersatur. 312
Domus dei, fideles. 387. 388
Dormiendū et ignave et oscitantे uiuen dum non esse. 393
Duplici animo uir. 274

I N D E X.

- D**uplici animo homi nes qui dīfuxi di cuntur. 314
Duri ceruices. 96
Dux templi. 54
- E**cclesiæ. 213
Ecclēsia catholica et uniuersalis uō tota electo populo expletur. 501
Ecclēsia catholica non habet rugam. vj
Ecclēsia catholice illuminatio est examen illuminationis par ticularis. vij
Ecclēsiae catholice sen sus ex ueterū docto rum scriptis agno soitur. xij. xij
Ecclēsia instituta quæ hodie quoq; seruan tur, à uetusissimis doctoribus compro bantur. xij
In Ecclesia catholica nullus error subesse aut falsitas potest. vj
Eleemosyna uera ex proprijs labori bus. 220
Eleemosynæ uis quan ta. 82
Electiōe nostra etiā est opus ad salutē. 374
Electione et declaratio ne esse opus, nec gra tiā solā sufficere. 82
Electionis et declaratiōnis uis. 83
Electionis uis Paulus. 127
Elementa præcipua duo ignis et aqua. 320
*U*eris. 132
Europæ uuln actuata. 326
Ephesios alloqui tur Paulus, eisq; ecclē siam cōmendat. 218
Epici. 194
Ezionēs. 223
Exidrūs. 332
Episcopipresbyteri 219
Episcopū pro presbyte ro sumi consueuisse

I N D E X.

- in scriptura. 216
Episcoporum gradum obtinuisse Aposto-
los. 151
Epistola Apostolorum 179. 180
 Erat de Deo non tem-
porariā existentiā,
sed subsistentis rei
substantiam signifi-
cat. 438
Esseni. 227
Evangelia scripta euangelistarū à do-
ctrina Christi quāe tradunt, fuisse nun-
cupata. 1
 Euangeliū Christi do-
ctrina appellatur. 1
Euchetæ hæretici. 426
 Eūyūmōwūy quid. 367
Eunuchus cur ab ange-
lo non ductus sit ad
Philippum. 119
Eunuchus Candaces u-
bi prædicarit, et
mortuus sit. xxxiiij
Eutychius suscitatur à

Faciendū prius
esse, postea do-
cen-
- Paulo. 214
 Exaltatio futura im-
mutabilis est. 392
 Exaltatio humana ci-
tò delabitur in humili-
ationem. 392. 393
 Exaltatio uera ex hu-
miliatione compa-
ratur. 393
 Excessus mentis. 138
 Exemplaris probatio.
413. 415
 E. g. l. u. f. s. p. 64
 Existimatio et arrogā-
tia. 313
 Expectandum non esse
ut indigi ad nos ue-
niant. 515
 Explorator alienorum
387
 Extrema hora quo mo-
do dicatur tandem.
457
 Extremum et ultimum
pro pessimo. 458

I N D E X.

- cendum. 318
 Facies de solo homine
proprie. 276
Facta Christi omnia
quo modo explica-
rit Lucas et ceteri,
cùm Ioannes dicat
mundum capere nō
posse libros qui scri-
berentur. 2
Facta Christi ante Ioan-
nis baptisma spiritu
tantū nouerat apo-
stoli. 16
 Fames oborta ob perse-
cutiones in Christia-
nos. 150
 Fatalis necessitas nulla
est. 8
Felix ab uxore Iu-
dea in lege satis in-
structus. 243
 Feret eos lœdunt qui ar-
matura uirtutis ca-
rent. 261
Fidelis Deus quomo-
do dicatur. 444
Fides cognitione meri-
tum nō amittit, imo
magis meretur. ix
Fides de obsecutione ex
affectu cum consen-
su dicitur. 294
Fidei finis salus est. 334
Fides est cordis circum-
cisio. 175
Fides non sufficit, nisi
studeamus ingredi in
illam requiē uitæ pu-
ritate. 298
Fides per poenitentiā et
baptisma emicat. 32
Fides duplex ante ba-
ptisma et post ba-
ptisma. 297
Fides sine operib. mor-
tua. 295
Fides ante baptisma o-
pera non requirit.
296
Fides est ut cognoscant
te solum, et c. 42
Fides operibus carens,
grauioris peccati fa-
cit nos reos. 298
Fides sine operib. ipsam

I N D E X.

- confirmantibus non
 iustificat. 294
Fides sola salutem face-
 re non potest. 275
Fides sine operibus le-
 gis iustificat. 296
Fides purificat corda.
 175
Fidei duo significata.
 289
Fides in impuro animo
 inesse non potest. 295
Fides quæ ex affectu est
 carere operibus non
 potest. 295
Fides uincit mundum.
 493
Fides quando requira-
 tur, et uoluntas ad
 curatioes miraculo
 se consequendas. 133
Fides stabilimentum om-
 nium honorum. 400
Fides post baptisma per
 fectionem ab operi-
 bus requirit, teste
 Paulo. 297
Fides de simplici rei co-
 sensu. 296
Fiduciam habere apud
 Deum quo modo pos-
 simus. 463.486.
 487.488
Filiij Dei sumus. 464
Filius diaboli q[uod] ex pro
 posito peccat. 470
Filios morum imitatio
 facit, non natio. 92
Filiij Dei efficiuntur ex si
 de. 491
Per Filium omnia facta
 sunt. 280
Filiij Dei ex adoptione
 ex prophetarum spiri-
 tuali institutioe. 46
Filiij diaboli in utero
 nonnulli appellatur,
 ob nimiam improbi-
 tatem. 470
Finis omnium prophe-
 tarum Christus. 384
Fœni flos gloria no
 stra. 344
Fœnu omnis caro. 344
Fœni flos gloria nostra
 276

Fontes

I N D E X.

- Fontes aqua carentes.
 422
Forenses. 213
Fortuna et fatu in ma
 nifestis nullam uim ha-
 bet. 219
Fratres esse nomine no
 ta æqualitatis, quam
 amicitiae et conci-
 liationis. 32
Fugiendū esse ali-
 quando Christiano
 pro tempore. 170
Futurorū cognitio ad
 animæ salutē nullam
 utilitatem assert. 7
G
Alatia duplex
 329
Gamalielis concio quam
 prudens. 78
Gamalielis consilii de
 Apostolis dimitten-
 dis. 77
Gamaliel Pauli magi-
 ster credere in Chri-
 stum uidebatur. 75
Gamaliel in Christum
 credebat. 75
Gaudebant Apostoli q[ui]
 pro nomine Iesu ca-
 si fuissent. 77
Generatio Christi
 inenarrabilis. 121
Gentes dicuntur etiam
 Iudei. 58
Gloria, uetus et no-
 uum testamentū. 525
Gloriari in Domino
 quid sit. 318
Gloriae diuinae potesta
 tes, et ecclesiastici
 principatus. 418
Gloriae ecclesiastice po
 testatis. 525
- Gnostici heretici.**
 397.422.426
Gratia absque literis
 lögē melior, sed lite
 re necessaria. 319
Gradus humanæ perdi
 tionis cupiditas, pec-
 catum, mors. 278
Græcorū codicū fides
 non temere absque
 doctorum et teme-

I N D E X.

- H**abere Deum duobus modis dicimur, esse mia ex benē agendo. 510, 511
Hereditas nostra in cœlis. 332
Hereses ortum habent ex emulatione et inuidia. 306
Hæretici ne salutandi quidem sunt. 512
Hæretici fragmentis auditores captati. 405
Hæsitanus dum petit non perseverat, ob arrogiam. 273
Helias cur per ignem ascenderit. 9
Herbæ ad pecudum ui-
 sum. 429
Herodes uermiculari morbo moritur. 156
Herodes in Galliâ relegatus. 151
Hierosolymorū euersiois et miseriae prophetia Iohannis. 25
Homo interior occultus cordis. 363
Homo lignis et faeno similis. 201
Honor regib. exhibendus est. 356
Hostiae spirituales Deo acceptae sunt. 348
Hostias offerre immaculatas non possunt, qui charitatis vinculo connexi non sunt. 348
Humania machina-
 menta non recusabat
 Paulus, quando occasio postulabat. 130
Humilis exaltatur. 314
Humiliatio in hac uita exaltatione in alia acquirit.

I N D E X.

- acquirit. 365
Humiliatio seu humili-
 tas quid. 367
Humilitate omniē exer-
 cituit Paulus. 316
Hypocrisis pro cō-
 demnatione. 324

I

Iacobus Alphai ubi prædicarit, et ubi interfecitus, et sepultus. 3xx
Iacobus Apostolus ubi prædicarit, et ubi et quo pacto mor-
 tuus. 29ix
Iacobus Hierosolymo-
 rum episcopus. 152
Iacobus occiditur. 151
Iacobi nominis signifi-
 catio. ij
Iacobo sedes Hierosolymitana cōcessa. 13
Ieiunium iudeorū. 255
Iesus stans cur uideatur à Stephano. 110
Ignis diluvii necessa-
 rium. 428
Ignis elementū ex aqua duo reliqua expri-
 mit. 427
Igni Deus similis appa-
 ret ob omnipoten-
 tiā. 102
Ignoscit ijs Deus qui per obediētiā eum agnoscunt. 74
Immoratio in uitio quām fugienda. 282
Impius à peccatore qd interfit. 531
Impij ante tēpus quan-
 doq; moriuntur ob impietatem. 257, 258
Impisac peccatoribus Dei cultus et pie-
 tas deridenda res uide-
 tur. 379
Impius quis. 389
Impius est qui à doctrina diuina se alienat. 510
Impiorum uia peribit, sed non ipse impius. 434, 435

I N D E X.

- Impeccabiles nō effici-
mūr gratia dei, sed si-
donum dei custodia
mus, non peccare e-
tiam possumus. 500
- Imperfectum est omne
quod à nobis profi-
ciscitur. 279
- Impudenter quomodo-
cung; contradicere
studet. 22
- Impuritati uite dediti
Christum negat. 521
- Incarnato uerbo dei
tas nunquam absuit
neq; in monumēto.
164
- Incircuncisi corde. 96
- Inconstans vir fructui
et flori similis. 274
- Infantes Iudeorum ex-
ponuntur. 96
- Ingressus Domini in-
carnatio. 163
- Instauratio naturae no-
stre fieri non pote-
rat nisi manu poten-
ti Dei. 179
- Interrogatio interdum
- fit ad affectum exci-
tandum et cognitio
nem nostram. 206
- Inuidia quo malorum
causa. 347
- Ioannes Apostolus
ubi predicari, et
ubi sepultus. xxix
- Ioannes attributam sibi
gloriam depellit. 163
- Ioannis secundam epi-
stolam esse Ioannis
Apostoli. 503. 504
- Ioannis nominis signifi-
catio. 12
- Ionas exequi uaticinii
nolebat.
- Ioseph ante Christi pa-
sionem mortuus fue-
rat. 408
- Ioseph in Aegypto co-
gnitus. 91
- Ira et iustitia Dei nos-
turbat. 282
- Irascendum ut ne pecce-
mus quo pacto. 284
- Irenaei liber contra falsi
nominis cognitione:
4:7

I N D E X.

- Iritatio inter Paulum
et Barnabā. 182. 183
- Iritatio Pauli Athenis.
194
- Israel duplicitate sumi-
potest, in laudem et
uituperium. 39
- Itinera. 276
- Iudas Galileus. 227
- Iudas suspensus crepuit
statim post proditio-
nem. 14
- Iudas sortem Apostolo
rum sortitus. 13
- Iudas ut nō nulli putat,
post suspendium su-
peruicit. 14
- Iudei Galilæi dogma.
76
- Iudas Galileus seditionis
autor. 76
- Iude nominis significa-
tio. 12
- Iudas Iacobi frater. 519
- Iudei ex pauperib. pin-
guescentes ad occi-
sionem præparaban-
tur. 320
- Iudeorum ingratitudine
contra benemeritos
99. 100
- Iudei Christi tradidie-
runt, et negarunt. 41
- Iudei persecuti semper
funt prophetas. 108
- Iudei qui erant Hiero-
solymis in omnes gē-
tes ad Iudeos missis
literis doctrinā Chri-
sti calumniabantur.
264. 265
- Iudei etiam gentes di-
cuntur. 58
- Iudicaturus uiuos et
mortuos quomodo
sit Christus. 380
- Iudicij futuri prophe-
tia loélis. 25
- Iudicium sine misericor-
dia illi qui misericor-
diā nō fecerit. 291
- Iudicium, id est, explora-
tio et examinatio à
domo dei incipit. 388
- Iudicium tribulationes
uocantur. 388

I N D E X.

- Iudiciū de corpore Mo-**
sis. 526
Iugum quod ferri non
potest, quodnam sit
176
Iumenta ad seruitutem
hominum. 429. 430
Iurans falso quomodo
in hypocrisī inci-
dat. 324
Iurare per Deum quorū
prohibeamur. 324
Iurare per Deū lex iu-
bebat, ut à iuramen-
to dæmonum illici-
tò auocaret. 323
Iurare per cœlum cur
prohibeamur. 324
Iurandum nullo modo
esse. 323
Iustitia qui habitus. 282
Iustitiā faciens ex Deo
est natus. 464
Iusti causa impij uiuūt.
257. 258
Iustus Christus. 109
Iustus multo cum labo
re salutem consequi
tur. 380
Iusti deprecatione efficax
multum ualeat. 326
Iusti afflictio & tri-
bulatio tribus de
causis. 371. 372
Iustus est qui iustitiam
operatur, non qui
ocio uacat. 466
Iustus est qui iustitiam
facit. 467
Iustificatur unusquisque
in Christo. 165
- L
- L**apis reproba-
tus in edifica-
tione, quomodo in
caput anguli euase-
rit. 53
Lapis offensionis. 348.
349
Lapis summi anguli.
348
Lampetiani heretici.
426
Laudari in Domino qd
sit. 319
Legislator Christus
per

I N D E X.

- per Mosei prænun-
ciatus. 102. 103
Legislator unusest. 314
Aeropagēter. 159
Lex iam soluebatur. 62
Lex incipiebat contem-
ni ex solui. 67
Legis Mosis obserua-
tionem approbant in-
terdum indulgendo
imperfectioni homi-
num, ut postea per-
fectionem introdu-
cant. 288
Lex soluebatur. 202
Lex uetus in institutio-
nes angelorum. 109
Lex menuis, lex natura-
lis de charitate. 451
Lex libertatis, lex Chri-
sti. 255
Lex ob utilitatem gen-
tium data. 362
Lex in cordibus scri-
pta tempore Apo-
stolorum. xix
Libertas non debet
esse prætextus mali
tiæ Christianis. 355
Liber in Domino qui
nulli im honestæ rei
seruit. 356
Libertini. 84
Libri magici & preſte-
gioſi cur comburen-
di, & non uendendi
211
Ligna in sabbato mor-
te punitur. 65. 115
Lingua est mundus in-
iustitiae. 301
Lingua moderādam ef-
ſe. 302
Lingua parua cùm sit,
magna facit. 300
Lingue igneæ in adu-
tu spiritus quid sig-
nificant. 19
Lingua diuitis in infer-
no quorū torreretur.
301
Lingua est rota genera-
tionis. 302
Lingua incoercibilema-
lum. 302
Lingua omnibus esse be-

I N D E X.

- nedicendū. 303.304
Lingua exornat iniusti
 tiam. 301
Lingua est rota gehenna. 301
Lingua est ignis. 300
Linteum à Petro uisum
 quid significaret. 138.139
Linteum ecclesia. 138
Literarum auxilium re
 pudiare quam grā
 ue peccatum sit. xix
Litera etiam euangeli
 ca sine spiritu occi
 dit. viij
Literalis sensus. viij
Longanimitatis et pa
 tientia, id est, manu
 dūrias et rōuorū
 differentia. 322
Lot ab impijs referua
 tus ob continentia.
 412.415
Lucas discipulus Pau
 li semper ipsi adha
 sit. xxij
Lucas medicus Amio
 chenus. xxv
Lucas cur cætera usq
 ad mortē Pauli per
 secutus non sit, lice
 cum eo esset. xxxij
Lucet qui bene agit s16
Lumbos succingere qd
 sit. 338
Luna sanguinea quid
 portendat. 26
Lusciosum esse. 402
Lux intelligibilis est
 Christus. 441
Lydia purpuraria.
 187
Lysie epistola ad Feli
 cem. 239
 M
Māxipobūla. 312
Magistri opti
 mi est docere ea que
 cōferunt, nō que re
 quiruntur. 7
Magistrū adulterii ne
 mo toleraret. 308.309
Magorū cōsuētudinem
 esse uitandā. 114.115
Malū substantia nō est.
 346
 Malū

I N D E X.

- Mali** in secundo Domi
 ni aduentu cæcutiēt
 402
Manēn Herodis colla
 ctaneus unus ex di
 scipulis et doctori
 bus. 159
Mandata carnalia diffi
 cilia imponenda ali
 cui non esse. 176
Mandatorū obseruatio
 ut cognoscamus deū
 facit. 447
Mādata Dei grauiā nō
 sunt. 493
Mandata Christi sunt
 spiritualia. 2
Mandatis Christi obe
 diem ipse etiā Chri
 stus obsequitur. 477
Manēs in Christo est q
 sine intermissione vir
 tutes exercet. 467
Manifestare omnia stul
 titiae interdū est. 217
Manus Dei. 55
Marcio hæreticus. 417
Marchus hæreticus im
 purissimus. 417
Marcus qui etiam Ioan
 nes dicebatur. 155
Marcus filius Petri us
 nō nullus placet. 395
Marcus discipulus Pe
 tri. 162
Marcus Barnabæ con
 sobrinus. 155
Marci Euangelij inscrē
 ptio. 1
Marcus redire cū Pau
 lo et Barnabā uole
 bat. 182
Marcus Euangeliſta u
 bi prædicarit et mor
 tuus sit. xxxij
Maria mater Marci.
 154
Maria mater Domini
 una cū Apostolis ade
 rat in cœnaculo. 12
Ad Martyriū erit para
 tus qui Christi uesti
 gia sequitur. 328
Matthæus apostolus u
 bi prædicarit, eru
 bisit sepultus. xxx
 NN 2

I N D E X.

- M**atthæi nominis significatione. 12
Matthæi euangelij inscriptio. 1
Matthias Apostolus ubi prædicarit, et mortuus sit. 330
*M*æftrigov. 515
*M*ætrop. 531
Menas à Menodoro diminutiue. 398
Mendax Antichristus est. 460
Mensæ in ecclesia quas charitates uocabat. 528
Metras à Metrodoro diminutiue. 398
Michaël non tulit maledicuum iudiciu[m] contra diabolum. 363
Michaël diabolo ueritus est cōuiciari. 526
Mille anni apud Deum unus dies. 432
Miraculū claudi à Petro & Ioanne sanitati. 38
- M**iracula maiora quæ Christus quomodo fecerint Apostoli. 69
Miracula quæ in Actis Apostoli fecisse com memorantur. xxvij
Misericordia quid. 367
Misericordia cōtra iudicium gloriatur. 292
Misericordia erga proximum, Deum nobis propitiū reddit. 384
Missio Barnabæ in Antiochiam. 148. 149
Mnaso Cyprus. 223
Molchom & Moloch, idem. 103
Molestiam noluit Eu[nuchus] præbere Hippo. 123
Moloch idolum Moabitum. 103
Mores non educatio sicutem affert, ut in Manaë & Herode. 158. 159
Morti sponte se dedit Domini

I N D E X.

- D**ominus. 112
Mortuam Tabetam filii suscitauit Petrus 133. 134
Moses, Ananias, Daniel, coacti peregrinas scientias didicerunt. 98
Moses, beatus. 102
Moses, Christi figura. 99
Moses Deo uenustus. 97
Moses, lapide a stabulis in manibus gestauit xx
Moses, legis figura. 102
Moses mansuetus, Elias austerus. 184
Moses non ira, sed Dei zelo Aegyptum interfecit. 98
Moses omni sapientia Aegyptiorum eruditus fuit. 97. 98
Moses tabernaculi figuram in monte Sina accepit. 106
Mysticus sensus. vi
- M**oses ut fuit per matrem & cum matre. 45
Moses ut in terrâ Marian fugit, ita Christus e Iudea in Galileam. 99
Mosi angelus. 109
Mulieres honestæ Græcæ aliquot ad fidem conuerse. 193
Mundus iniustiæ. 301
Mundus quid. 301. 312
Mundi amicitia immitia Dei est. 290. 446
Mundum se ab omnium sanguine testatus est Paulus. 218
Mutua charitas intenta. 384
*M*uouâs, lusciosum esse, nihil aliud quam cæcutire significat. 402

I N D E X.

- N**aaseni, Lam
petiani & Eu
cheta ijdem,
gnostici hæretici. 426
Nabuchodonosor Rex
templum Hierosolym
itanū incendit. 39
Naturales cogitationes
legem Paulus uocat
451
Nauigatio Pauli peri
culis plurimis et ma
ximis plena. 253. usq;
ad 259
Nazareorū factio. 291
Nazareus Christus. 37
Nazarenus Deus. 40
Ne posideatis aurū ne
que argentum, neq;
duas tunicas, neque
calceos, neq; zonā,
neq; uirgā: ut fuit ser
uatū apostolis. 153.
154
Nero insanus factus an
nō fui imperij tertio
decimo Paulū inter
fecit. 267. 268
- Nero Occidentalib. par
tibus imperabat. 246
Nestori⁹ hæretic⁹. 443
Νικόπ⁹ quid. 212
Nicolaus sceleristi
mus hæresiarcha. 521
Nissaeus Georgius. 140
Nobis haud licet in
terficere quenquam, in
d.eorū excusatio. 42
Noctu uisum Paulo ap
paruit. 186
Nocturna sacra, nefan
da. 523
Noë exemplū. 374. 411
412. & 427. cū seq.
Nomē pro existimatiōe
& gloria, scriptura
sēpe accipit. 52
Nominis Dei sola inuo
catio, egrotos red
dit sanos. 42. 43
Non, de quibus rebus
dici debet. 324
Nouē mandatū, quale.
452
Non i cœli, noua terra
spectatur. 433. 434

Nox

I N D E X.

- Nox aut tenebre quid
442
Nubes aqua carētes
qui. 528. 529
Nubes quid in scriptu
ra. 9
-
- O**Bediendū prin
cipibus omni
bus. 354. 355
Obedientia mulierū er
ga uiros iuxta scri
pturam. 361. cū seq.
Obedientia ueritatis p
spiritū est, non obe
dientia in falsis. 343
Obliuīōis auditor quis
284. 285
Obsecrationi & mini
sterio uerbi incum
beant apostoli. 81
Obtrectatio misericor
diam nonnunquam
obscurat. 291
Occisiō Iacobi apo
stoli. 151. 152
Occisiō, quomodo in
telligitur. 308
- οἰροφλυγία. 379
Oleo ungebant Apo
stoli egrontantes. 325
Oleas nō facit ficus. 305
Oliuēti mōs prope Hie
rusalem. 11
Opes luctū parant. 319
Οπλαρία. 250
Operosa humiliatio 312
Operis effector, quis
284. 285
Opera an fidem supe
rant. 296. 297. 298
Operare iustitiam quid
sit. 143
Operibus Abraham iu
stificatus; quid. 297
Operibus premiū exhib
uit angelus. 136
Oratio Pauli ad A
grippam. 247. 248.
249. 250
Oratio Pauli ad Areo
pagit. 190
Oratio Pauli ad Iude
os. 231. 232
Oratio Petri ad Israēlē
tar. 26. usq; ad 38

I N D E X.

- Orandi horas habebat
Apostoli. 35
Ore eodem benedicitur
et execratur. 305
Origenes an multa in-
stituta ecclesiæ attu-
lerit. xij
Origenis opinio de sab-
bati itinere. 11
Ostia carceris terræ
motu aperta. 190
- P
- P**Acem de alta-
risacerdos ex-
hibet. 398.399
Πάγκος. 196
Palladium. 212
Panis in aquam proij-
ciendus. 319
Παραλυτός. 446
Παραλογίσμος. 283
Παρανύχα. 285
Paradisus ecclesia Do-
mini. 529
Parati esse debemus ad
respondendum de fi-
de. 367.369
Paratus, id est, firmus
- et stabilitus. 379
Parentum primorū pu-
nitio. 67
Παρεπίδημος. 330.331
Πάρεγον. 332
Πάροδος. 331
Participes diuinæ na-
turæ facti sumus ex
Domini aduētu. 399
400
Parturigines pericula
significant. 28
Parturigines inferni.
28
Parturigines mortis.
27
Parvulorū esse regnum
cælorum. 347
Pascha extra Hierusa-
lem celebrare nō li-
cebat. 84
Passio Christi per Esaiā
et Hieremiam. 336
Pastor exemplar subdi-
tis esse debet. 391
Pater etiam ipse iudica-
re nō tanquam filius,
quomodo intelliga-
tur

I N D E X.

- tur. 318
Pater propriè est Deus
505
Pater etià Christus ap-
pellatur filiorū per
dispensationem. 505
Patientia. 322
Pauli uocatio eo tem-
pore facta, ut resur-
rectionis fides con-
firmaretur. 123
Paulus ciuis Romanus
233
Paulus cur non offen-
sus à uipera fuerit.
261
Paulus Pharisæus. 236
Paulus se defendit apud
Agrippam. 247.
248
Paulus comprehendit
tur in Hierosolymis
et uincitur. 225
Paulus ad Felicem in Ce-
sarea mittitur à Ly-
sia. 239
Pauli defensio apud Fe-
licem. 241.242
- Paulus et Barnabas
Lucio et Manaen
per impositionem ma-
num ad prædicantem
dimititur. 160
Paulo in Hierusalem in
templo oranti per ui-
sionem apparuit De-
us. 231.232
Paulus quo pacto Tar-
sensis ciuis sit, ex
Romanus. 228.229
Paulusquo pacto ad Ga-
latas se nō abiisse in
Hierosolyma dicat.
131
Paulus sporta è muro
Damasci demittitur
130
Pauli uisio iuxta Da-
mascum. 224.231.232
Paulus et Barnabas
presbyteros creant.
172.173
Paulus consenit cædi-
Stephani. 111.232
Paulus Athenas dedu-
ctus. 124

I N D E X.

- P**aulus à Barnaba ad Apostolos adduciatur. 130
Paulus et Silas uirgis cæduntur, et in carcerem intruduntur. 188
Paulus et Barnabas episcoporum dignitate prædicti. 173
Paulus quo pacto Hierosolymā nō ascenderit, ut ad Galatas scribit, cùm uideatur ē contrario fecisse. 174
Paulus erat uehementer et seuerior. 183.
Paulus in uisione ea uocem Christi tantum audiuuit, non alij. 125
Paulus timebatur à discipulis. 130. 232
Paulus uas electiois 127
Pauli gesta ferē cur cōtineantur in Actis Apostolorum. xxij
Pauli gesta cur nō omnia scripta à Luca fuerint. xxij
Paulus à discipulis spiritu sancti iussu declaratur Apostolus, ut cū potestate posset prædicare. 160
Paulus quomodo natus Romanus. 230
Paulus et Barnabas cōuertuntur ad gemes 167
Paulus baptizatur. 128.
129
Paulus et Silas ē carcere ad purpurarię adeunt. 191
Pauli oratio ad Areopagum. 195
Paulus ē Saulo appellatur. 160
Paulus magum cæcum facit et Sergiū Paulum conuertit in Cyprus. 160
Paulo in somnis Domini nus apparet. 202
Pauli uiso de libera tione

I N D E X.

- tione à naufragio. mosesto post passio
255. 256 nē Christi anno. 266
Pauli nonnulla scripta difficilia quæ indo- Paulus sub Nerone in-
cti distorquēt in per- terfectus est. 245
niciem suā. 434. 435
Paulus in Italiam nauigat. 254
Paulus Pharisaeus. 248
Pauli promptitudo et desiderium de salute aliorum. 252
Pauli causa omnes qui in nauigat, seruantur. 257. 258. 259
Pauli manū uipera agreditur in Melita insula. 260
Paulus apud Neronem absolutus, alios decem annos euangelium prædicarit. 266
Pauli prædicationis anni quinq; et triginata. 267
Pauli martyriū. xxxi. 229
Pauli martyriū trigesi Pauperes feruentiores in fide. 290
Pauperes nō esse postponēdos diuitib. 289
Pauper nullus et indigens erat. 61
Pauperes electi disci-

I N D E X.

- puli à Christo. 290
Pax Dei erga nos. 519
Pax quæ in cognitione
 Dei constitit. 398
Pax in Christo quæ sit.
 395. 396
 Non Peccare et nō fa-
 cere peccatum, quid
 intersit. 471
 Peccator quis. 389
 Peccatum est iniquitas
 466
 Peccatum quām graue
 sit ijs qui in Deū et
 diuinis res peccant
 128
 Peccatum consilij esse
 non fortunæ. 255
 Peccatum ad mortē quod
 nam fit. 500
 Pentecostes dies festus.
 18
 Peregrini omnes qui se
 cundum Deum ui-
 uunt. 330
 Perfectio omnium Chri-
 stus est. 384
 Perfectus est qui in ser-
- mone non offendit.
 406
 Pericula esse uitanda.
 256. 257
 Personarū acceptio ui-
 tanda. 289
 Petentes à Deo quan-
 do non frustramur.
 310
 Potentib. quæ Deus nō
 exhibeat. 310
 Petendum à Deo quo-
 modo sit, ut nō fru-
 stremur. 275
 Petendū quo pacto sit
 ut exaudianur. 498
 Petendum à Deo abſq; dubitatione. 274
 Petendum esse abſq; ha-
 sitatione. 273
 Petenda à Deo sunt re-
 gnum Dei et iusti-
 tia. 498
 Peteræ à Deo quomodo
 et quid debeamus.
 309. 310
 Quod Petimus accipie-
 mus, si mandata ser-
 uemus

I N D E X.

- nemus. 475
 Petri nominis significa-
 tio. 12
 Petrus è carcere ab an-
 gelo educitur. 152
 Petrus et Ioannes mis-
 si in Samariam, ut
 spiritū sanctū ipsis
 daret. 114
 Petrus per tertiam in-
 terrogationē reuo-
 catus. 12
 Petrus apud Simonē Co-
 riariū moratur. 135
 Petri iusitio de comeden-
 dis omnibus cibis.
 137. 138
 Petrus quasi os cōmu-
 ne omnium Aposto-
 lorū. 32
 Petro rationalisgregis
 cura cōmissa est. 12
 Petrus princeps Apo-
 stolorum. 161
 Petrus intrepidè cōcio
 natur accepto spiri-
 tu. 22. 23
 Petrus lachrymis cri-
- men abluit. 12
 Petrus princeps Apo-
 stolorum. 161
 Petri cōcio quām pru-
 dens et ad auditō-
 res accōmodata. 27.
 29
 Petri et Ioannis maxi-
 ma unanimitas. 35
 Petro discipulorū prae-
 sidentia erat cōmis-
 sa. 13
 Petrus missus on poste-
 rior prophetis. 328
 Petri signa. xxvij
 Petrus Apostolus ubi
 prædicarit, et ubi
 et quo pacto mor-
 tuus fit. xxix
 Pie colentes. 167
 Pilatus Galilæorū san-
 guinem cum sacrifi-
 cijs cōmisiuit. 67
 Plauvij. 411
 Pluvia matutina poenī
 tentia in iuuentute.
 281
 Pluvia uestpertima por-

I N D E X.

- nütentia in senectute. 281
Pharisei iustatio diuinis aures magis obturabat. 309
Pharisæus Paulus. 236
Philippenses Romani. 229
Philippi filii prophetae merito uirginatus. 223
Philippi in domum diversit Paulus Cæsare. 222
Philippos cur spiritum sanctum in eos non deduxit quos baptizauerat. 116.117
Philippos à spiritu p̄tus, & in Azotum deductus. 123
Philippos unus ex septem diaconis in Sa maria predicat. 113
Philippi diaconi signa xxvij.xxvij
Philippi nominis significatio. 122
Philippus apostolus ubi prædicarit, & ubi mortuus. xxix
Philosophia humana non alienat nos à Deo, immo ad eum ad ducit. ix
Phinees commendatus quod duos interfecit. 98
Pietas est quicquid Dei ratione fit. 98
Pœna in exordijs rerum feuerissima esse debet. 66
Porticus Salomonis. 39
Non Posse, interdu de uoluntaria impotencia intelligi. 471
Posse Dei per bona opera efficimur. 328
Posidencium nihil, gra dus quatuor. 219.220
Posidere duas tunicas & calceos & perā, nisi ad tempus non fuisse interdictu apostolis. 153.154
Potestas

I N D E X.

- mūdanæ datæ à Deo. 362
Potestas terrenarū re rū diaboli nō est. 362
Præcogniti à Deo cauere debemus, ne indigni ea præcognitione efficiamur. 337
Prædestinatio Christi passionis. 26
Prædicatio omnib. cōmunicatur. 9
Prædicta à Christo in Euangelijs, in Actis Apostolorū euenis se cōspiciuntur. xxij
Præparatio animæ requiritur ad gratiam consequendam. 42
Præparat se unusquisq; ad Satanā suscipiens dum. 65
Præsentia rerū est dies 407
Præuenit nos charitate Deus. 481.482
Precia possessionū cur ad pedes Apostolo- rū, & nō ad manus traderentur. 62.63
Presbyteri etiā episco pi dicebantur. 390
Presbyterorū cura, & officium. 219
Presbyterū pro episco po sumi confuseisse in scriptura. 216
Presbyterorum dignitatē habuisse Apo stolos. 158
Presbyterorū & similiū creationes ut siebant. 173
Presbyteri creatur. 172
Presbyter etiam episcopus appellabatur. 504
Principatibus humanis subiectos nos esse debere. 189
Principes in utilitatene dati, sicut lex. 362
Principes populi. 52
Priscilla. 201
Probatio fidei patiētā efficit. 272
Profundum & silentium

I N D E X.

- mundi initia, ut hæretici.* 416
Drogreßionis & profecitius gradus. 400
Prohibet spiritus Paulum uerbum Dei loqui in Asia & Bithynia. 186
Promissioes nostras dei uoluntati permittendas. 175
Promissio ante templū & ciucuncisionem, &c. 92
Prophetæ de animæ salute inquisuerunt. 335
Prophetæ diuino spiritu afflatos noscere ea quæ dicēda ipsis sunt. 407.408
Prophetæ ueteres cur interpretati uaticinia sua nō sint. 408
Prophetæ noui testamenti seipsoſ interpretabantur. 409
Prophetæ sponte exercebantur prophe-tias non coacti. 408
Prophetæ usq; ad Ioan-nem fuisse quomodo intelligatur. 150
Prophetia nemurarum rerum est nox. 407
προσύλυτος. 330.331
πρόσωπον. 276
Profelyti. 167
Prouidentia Dei omnia contingere. 389
Prouidentia Dei quam benè omnia expediat. 97
Proximo bonum participandum. 343
Proximum amare maximū charitatis erga Deum indicium est. 489
Proximū amandum esse uero affectū adominio mandatum est
Proximum odio habēs in tenebris est. 450
Proximo ministrandū in ea quebantur prophe-tias non coacti. 408
Proximum qui non amat, quē uidet, quo pacto Deum amat quem non uidit. 489.490
Pſallendū cūm lacris est aliquis. 324.325
Pſallens absque sanctitate nugatur. 325
Publij patrem in Melita sanat Paulus. 261
Pueri in audiendo uero. 261
Pugna & bella ex uoluptatibus. 306
Pugnantes cōtra Deū seipsoſ feriunt. 78
Puluerem ē pedibus ex cutere quid sit. 169
Purificatur Paulus ad confessionem. 224
Pythia. 188.189
Pythonis spiritum habens puella. 188

I N D E X.

- in ea re qua indiget.* 384
Q **V**aternio-nes quatuor militum cur Petruſ custodiebant. 152
Quingenti & septuaginta uiderant Dominum post resurrectionem. 13
Quinq; millia à Christo saturati, quinq; millia ab Apostolis conuersa significabant. 51
R **E**dempti sumus sanguine agni. 339
Refrigerij tempus, resurrectionis tēpus. 40
Refrigerij tempora tribulationes. 39
Refrigerij tempus, tempus captiuitatis Iudeorum. 40
Regale sacerdotium, quia à rege sacerdo-
OO

I N D E X.

- tium distinctum nō
 habent Christiani,
 quemadmodum Iu-
 dæ olim. 351
Regnum mundanū re-
 stituendum esse in-
 telligebant Aposto-
 li, dum adhuc essent
 imperfecti. 7
Regnum Dei uiolenta
 tribulationum com-
 paratur. 389
Religio pura quæ nam
 fit. 287
Religio, id est *deponēta*,
 que. 286
Remitti debita dum o-
 ramus, nobis impre-
 camur, si proximo
 non remittimus. 305
Non Remittere pecca-
 ta proximo, quām
 graue iudicium in-
 ducit. 255
Reposita in propheta-
 rum & Apostolo-
 rum prædicationi-
 bus. 328
- Reppham. 105
 Reprehensor quis. 531
 Reprobis perditionis
 nulla causa est Deus.
 349
 Reprobi in eo statu in
 quem se ipsi præpa-
 rauerūt, positi sunt.
 349
 Resurrectio Christi
 cur interdum à pa-
 tre esse facta dicar-
 tur. 341.342
 Resurrectio per Osee si-
 gnificata. 336
 Resurrectio Christi dō
 uinitatis præcipua
 uis ac summa. 16
 Resurrectionis finis ui-
 sus est, qui ad fidem
 faciebat, principiū
 minime. 9
 Resurrectionis due ra-
 tiones à Paulo refre-
 runtur. 248.249
 Resuscitatus à patre Ie-
 sus et se suscitasse e-
 tiam dicitur. 164
 Resuscitati

I N D E X.

- lex requirebat, erat
 anima contrita. 323
 Sacrificia lex iubebat,
 ut à dæmonum sacri-
 ficijs auocaret. 323
Sadducæ negare resur-
 rectionem. 236
Sadducæ ob resurre-
 ctionem indignati.
 70
 Salomon quando tem-
 plum cœpit ædifi-
 care. 107
Salus sortito non exhi-
 betur. 374
Saluti proximi succur-
 rendum. 326
Salus prædicata fuit ho-
 minibus ab ipsis mü-
 di primordijs. 376
Roma Babylon cur
 dicatur. 395
Romæ uenit Paulus. 262
Rostrum. 276
Rota generationis uita
 nostra. 302
Rubus ardens quid
 significaret. 101
 S
Sabbati iter. 11
Ssacrificium quod
- lex requirebat, erat
 anima contrita. 323
 Sacrificia lex iubebat,
 ut à dæmonum sacri-
 ficijs auocaret. 323
Sadducæ negare resur-
 rectionem. 236
Sadducæ ob resurre-
 ctionem indignati.
 70
 Salomon quando tem-
 plum cœpit ædifi-
 care. 107
Salus sortito non exhi-
 betur. 374
Saluti proximi succur-
 rendum. 326
Salus prædicata fuit ho-
 minibus ab ipsis mü-
 di primordijs. 376
Salutem afferunt mo-
 res nō educatio. 159
Salutem ociosis non da-
 ri. 470
Saluos facit Christus
 eos qui dignos salu-
 te se prestant. 375
Sanguis pro cæde. 64

I N D E X.

- S**anctificatio, id est segregatio ab alijs. 328
Sanctificare debemus Dominum in corde. 369
Sancti estote. 338
Sancti uiri post mortē pro uiuetibus intercedunt. 404
Sanctus & Blandina martyres. 353
Sapiencia desuper casta, pacifica, &c. 306
Sapiencia humana & demoniaca. 306
Sapiencia mundi nō est philosophia naturalis sed hallucinatio & incohatio eius. iiiij. v
Sapphira examinatur. 64
Sceua filij exorcistae à uexato à dæmonibus ceduntur. 209
Scientia non tam humana quam diuina etiam inflat. iiij
Scientia humana repudiari à Christiano non debet ob diuinam. ix
Scientia peregrina & gentilium aspernanda non est Christiano. 98
Scientia mysteriorum Dei ei aduenit, qui per opera exercitatos sensus uerè habet. 401
Scopuli hæretici. 528.
 529
Scripture inuestigatio in fide confirmat. 193
Scripturam distorquentes & depravantes eidem iudicio obnoxij sunt, ac si prophetas et apostolos occiderent. 435
Scriptura non ex iniuria quæ fieri nō possint, mandat. 312
Scriptura sancta non sancte

I N D E X.

- S**ancte explanatur, cum ecclesiæ catholice sensu non exponitur. xj
Seruos Christi se esse Apostolos gloria bantur. 270
Seruos diaboli qui à prauitate superatur. 470
Sicarij qui. 227
Signa sunt infidelibus. 135
Sectæ apud Hebreos tres, Pharisæorum, Sadducæorū, et Esenorum. 227
Segnior qui est, à Deo alienus est. 449
Seminilega aus. 195
Seniores. 52
Sensus ratione evidenter. 347
Sensus quatuor scripturaræ sacræ. vj
Septem gentes superatae ab Hebreis in terra Chanaan. 162
Septuaginta Apostoli. xxvij
Seruitus in Aegypto per quadringtonos annos. 94
Seruos Christi se esse Apostolos gloria bantur. 270
Seruos diaboli qui à prauitate superatur. 470
Sicarij qui. 227
Signa sunt infidelibus. 135
Signum nullum post resurrectionem fecit Christus. 144
Signa etiam apud sanctos fiunt ut infides inducantur. 135
Signa fiunt duobus de causis. 133
Signa non omnia eadē facilitate efficiuntur. 155
Signum resurrectionis maximum comedere et bibere. 144
Similes Deo quo modo erimus. 465
Simon hæreticus. 521
Simon magus cur non 00 2

I N D E X.

- punitur à Petro si-
cut Ananias. 118
 Simon per diminutio-
nem à Simeone. 290
 Simon magus baptiza-
tur. 114
 Simon magus. 113
 Simon magus cur non
morte punitus est.
115
 Simon Cananæus apo-
stolus ubi prædica-
rit, & ubi mortuus.
xxx
 Simonis de Christo hæ-
refis. 460
 Simonis nominis signi-
ficatio. 12
 Simulatio procul à ue-
ritate. 347
 Simulatione interdum
ex dispensatione u-
tendum. 235
 Sobrietas legis im-
perfecta. 338
 Sodoma & Gomorra
in cinerem redactæ
in exemplum omni-
- bus qui impie actu-
ri sunt. 411.412
 Sol iustitiae Christus
quatuor virtutū ho-
ras & tempora con-
stituens. 530
 Soliciti esse non debe-
mus quid loquamur
ad principes & ter-
rorē inferentes. 369
 Sors non reprobata. 17
 Softhenes princeps sy-
nagogæ uerberatur.
202
 Στριγωνόρος. 195
 Spes per Mosen data,
mortalis. 227
 Spes nostra est conser-
vatio nostra. 332
 Spes à Deo nobis dona-
ta est. 331
 Spiritus sanctus cur nō
statim, uel certo
ac præscripto quo-
dam die descende-
rit. 8
 Spiritus sanctus in spe-
cie ignis. 19
 Spiritus

I N D E X.

- Spiritus sanctus disci-
pulos omnia demum
docuit. 7
 Spiritus sanctus quo-
modo datus aposto-
lis à Christo post re-
surrectionem ante-
quam spiritus de-
scenderet. 5
 Spiritum sanctum non
ante perfectam recō-
ciliationem descen-
disse. 6
 Spiritum sanctum Chri-
stus tulit ex patre. 30
 Spiritus sanctus in spe-
cie columbæ. 19
 Spiritus sancti uenturi
promissio. 4.5
 Spiritus cum sonitu de-
scendit ob Iudæos et
alios, non ob Apo-
stolos. xx
 Spiritus in testamen-
to nouo spiritualius
datus. xix
 Spiritus sanctus per ma-
num impositionē
- tradebatur. 115
 Spiritus sancti inuisibi-
lis sensibile quoddā
& euidens signū ex-
hibebatur. 207
 Spiritus sanctus eiusdē
in patre & filio sub-
stantię. 265
 Spiritus sancti aduen-
tus cur cū statu ui-
lento & impetu de-
scenderit. 18
 Spiritus sanctus descer-
dit in gentiles ut lin-
guis etiam loqua-
tur. 144
 Spiritus sanctus cūm
dabatur, mirabile
quid quod sensu per-
cipieretur, euene-
bat. 115.116
 Spiritus quis sit princi-
palis. 313
 Spiritus sanctus acce-
dit cūm mutua cha-
ritate perseuerarēt.
19
 Spiritus sancti exhibi-
00 4

I N D E X.

- tio duplex, purgans
 & perficiens. 5
Spiritus sanctus quor
 presente Christo nō
 aduenerit. 5
Spiritus est Deus. 495
Spiritus bonum propo
 situm significat. 313
Spiritualis lex perfe
 cta & liberalis. 286
Squallidus locus
 obscurus cur sit. 407
Squamae ex oculis Pau
 li decidunt. 129
Stephanus capiturn
 & accusatur. 85
Stephani facies tanquam
 angelii. 87
Stephani concio quam
 prudens. 87.88
Stoici. 195
Subditi esse debemus
 omni humanae crea
 ture, id est principi
 bus. 353
Subiectio libera quenā
 sit. 356
Subiectio nostra prim
- cipibus os obstruit
 infidelibus. 354
Subiecti esse principi
 bus non debemus, si
 quid contra Deum
 iussent. 354.357
Sudaria & semicinctia
 è corpore Pauli de
 sumpta spiritus ma
 los eiiciebant. 208
Sumptus erga inopes
 solus non perit. 339
Superbia. 312
Superbia ex concipi
 scientia. 455
Superbi inimici Dei
 sunt. 212
Superbus humiliatur,
 313
Superstitiosus. 196
Surrectio, id est incita
 tio. 83
Surgere, id est, excita
 ri. 70
Sus in uolutabro lota.
 424
Suscipere Christū qui
 suscipit Apostolos
 quo-

I N D E X.

- quomodo dicatur. Petro suscitatur. 133
 511 134
Susurro quis. 531 Tabulae & literæ cur
 datae Moſi. xvij
Syluanus Pauliffo
 cius. 953 Taddæus qui & Iudas
 29 ubi prædicarit, &
 29 ubi fit mortuus. xxx
Synagogæ pro loco cō
 uentus. 84 Tardi ad irascendum es
 se debemus. 280.281
T Abernaculi
 reædificatio
 ad templi instaura
 tionem referri non
 potest. 178 Tardi ad ea quorum pe
 riculosa est tracta
 tio, esse debemus. 282
Templum in Hie
 rusalem cur extru
 dum. 107
Templi curâ cur tantâ
 haberent Iudei. 86
Templum Dei unusquis
 que efficitur ex man
 datorum obseruatio
 ne. 510.511
In templo degebant cre
 dentes. 33
Tempestatem patitur
 Paulus. 254.255
Tenebrae, ignorantia.
 442
Tenebrae eum non com
 00 5

I N D E X.

- prehenderunt. 44
 Tenebræ peccati. 442
 Tenebrosus est qui ma
lè agit. 516
 Tentare Deum, diffi
dere. 175
 Tentandū Deum non
esse. 156
 Tentari à Deo nem
inem quomodo dica
tur. 278
 Tentatur unusquisq; à
propria concipi
scentia. 277
 Tentationes charita
tis & cōpunctionis
incrementū. 271
 Tentationes que à
Deo, appetende. 272
 Tentationes iustis ad
coronam, peccatori
bus ad poenam dan
tur. 333
 Tentationes à Deo no
turbant animū, sed
sedant. 278.279
 Tentationes à nobis,
animum turbant. 278
- & 279
 Tentationibus affligi et
exerceri qui seruire
Deo uolunt. 270.271
 Tentationes que à no
bis eueniunt, cauen
dæ. 270.271
 Tentationes deprecari
quomodo consulue
rit Christus. 276
 Tentationum genus du
plex à nobis, & à
Deo. 271
 Tentationes sanctis ui
ris, gaudij in causa
sunt. 271
 Tentationibus gauden
dum. 270
 Tentationibus et à Deo
& à nobis patientia
confert. 277
 Tentiorum artifex
Paulus. 201
 Ter uox prolatæ uerita
tem rei significat. 141
 Ter uox auditæ à Petro
quid significat. 140.
241

Tertia

I N D E X.

- Tertia hora cur descen
derit sp̄iritus. 24
 Terra ex aqua emersit.
427
 Terra per aquam quo
modo sit. 430
 Terræ motus. 189
 Terra ex aquæ coticre
tione existit. 427
 Tertullus Paulum accu
sat apud Felicē præ
siderem. 241
 Testamentum uetus à
nouo illustratur. viii.
& v.
 Testamenti ueteris le
ctio ob noui clarita
tem repudiāda Chri
stiano non est, inō
magis amplectenda
est. ix
 Testamenti ueteris lu
men luci dici, sed nu
be obscuratae simile
est. viii
 Testamentum nouū est
ueritas et corpus ue
teris. y
- Testamentū nouum li
teris traditum pro
occasione. ij
 Testamentū nouum in
tabulis cordiū scri
ptum. ij
 Testamenti noui scri
ptura ab ecclesia ca
tholica comproba
tionem sui petit. yj
 Testamenti noui lumen
luci clarae meridia
næ simile est. viij
 Testificatio Dei de fi
lio. 494
 Testes falsi quo pacto
fuerint qui contra
Stephanum testifica
ti sunt, et Christum,
cum uera uideantur
dixisse. 86
 Tharra Abrahæ pa
ter non fuit parti
ceps peregrinatio
nis. 92
 Tharra Abrahæ pater.
90
 Thomas incredulitate
sanctus

I N D E X.

- sanatus. 12
 Thomæ nominis signifi-
catione. 12
 Thomas apostolus ubi
prædicari, & ubi
sepultus. xxx
 Theudas à Theodosio
diminutium. 398
 Theudas. 75.227
 Timor castus quis
sit. 488
 Timor qualis, qui san-
ctos semper comi-
tatur. 339
 Timor ex pœna. 357
 Timor in charitate quo
pacto non sit. 488
 Timor ex conscientia.
357
 Timor multis modis di-
citur. 357
 Timor perficiens. 358.
359.488
 Timor initiatorius. 357
358
 Timor initialis pœnam
intentans. 488
 Timendus Deus est. 357
- Timotheus mulieris Iu-
dæ filius circunci-
ditur. 185
 Timotheus. 215
 Titus ubi prædicari,
& ubi mortuus fue-
rit. xxxvij
 Tolle ipsum, quid si
gnificet. 226
 Tranquillitas spi-
ritualis anime san-
ctitas. 325
 Tres tabernæ. 262
 Tribulationes ab ami-
cis Dei non sunt a-
lienæ. 186
 Tribulatio ob proba-
tionem. 186
 Tribulationes quæ ob
pietatem inferuntur,
male non sunt. 368
 Tribulationes & ten-
tationes quomodo
sustinenda. 389
 Trina dimercio in ba-
pitismate cur fiat. 145
 Trinitas significatur.
335.336

Tropo-

I N D E X.

- Tropologicus sensus. *vj*
 sum deducit. 123
 Via institutio & tradu-
ctio uitæ appellatur.
124
 Via Christifides. 208
 Viæ animi motiones.
274
 Videntes quo modo nō
uideant, & audiен-
tes non percipient,
ex prophetia Esaiæ.
266
 Vindicta inferenda &
retribuendum ma-
lum, cum peccatum
in nos commissum e-
tiam in ecclesiam et
fidem redundat. 516
 Viri perfecti in audiен-
do uerbo. 453
 Virtus in operatione ef-
fentiam suam habet.
506
 Virtutis uia est infini-
ta. 506
 Virtutes dum fiunt, exi-
stunt. 465
 Virtutes morales absq;
fide
- V Anitati sub-
iecta creatu-
ra quomodo effecta.
428
 Valentini hæretici.
405.521
 Valētini hæresis de pa-
tre. 461
 Vapor quid. 316
 Vates gentiles non e-
rant compotes men-
tis dum uaticinaban-
tur. 408
 Vaticinium, id est, ux-
ter, fit ab ignoran-
te, & furore agita-
to. 421.422
 Veloces ad mandata
Dei esse debemus. 281
 Venustus. 97
 Vera loquutio interdu-
ueritatem offendit.
235
 Verbū, id est ratio. 283
 Via fides quæ ad Chri-

I N D E X.

- fide malum esse Augustinus afferit, si coniunctæ cum superbia aut aliquo alio uitio sint.* 333
Virtutes morales in actu exteriori tantum non cōsistunt. 333.
Visa in somnis quæ euulgari debeant. 326
Visio maxime in amorem allicit. 490
Visiones et apparitiones pro difficultate et facilitate rerum tum humanius tum diuinius fiunt. 186
Visitationis dies. 353
Vita nostra est imago. 316
Vita nostra est uapor. 316
Vitium ubiq; ferè cum uirtute reperitur. 21
Vitium lubricum. 534
Vitium excedens, peruerstatię inducit. 21
- Vitia hominum ad res non sunt transferenda.* xij
Viuorum et mortuorum iudex quomodo sit Christus. 381.
382
Vltima peiora prioribus cum quis post agnitione peccat. 402.423
Vimbra Petri infirmos aliquos sanabat. 67.68
Vnaniimitas quid. 366.367
Vnctus est Iesus spiritu sancto, quantum ad humanitatem. 143.
144
Vnctio, spiritus sanctus. 463
Vncti per baptisma. 460
Vocati ex misericordia Dei. 519
Vocationem firmam facimus sobrie agentes, et

I N D E X.

- do et continendo.*
402.403
Voluntas Dei est ut credamus. 456
Voluntatem Dei faciens manet in eternum. 454
Voluntarie Deus omnia creauit. 280
Vox de cœlo delata in monte Tabor. 378.
379
- V**xores in erogando pauperibus liberaiores esse debent. 364
- Y**πομονή. 322
 ὑπερηφανία. 313

F I N I S.

Errata.

- Pagina 387. uersu 23. lege, quis finis.
 Pag. 424. uersu ultimo, lege, efficitur.

Series chartarum,

a	b	c	A	B	C	D	E	F	G	H
I	K	L	M	N	O	P	Q	R	S	
T	V	X	Y	Z	AA	BB	CC			
DD	EE	FF	GG	HH	II	KK				
LL	MM	NN	OO							

Omnis quaterniones, sed c est duernio.